




SL/24-1-d-41





Digitized by the Internet Archive  
in 2015

<https://archive.org/details/b24756325>



82  
K  
22  
[.]





Норманъ Мооре.

A. CORNELII CELSI  
DE MEDICINA  
LIBRI OCTO.

AD FIDEM OPTIMORUM LIBRORUM

DENUO RECENSUIT

ADNOTATIONE CRITICA INDICIBUSQUE INSTRUXIT

C. DAREMBERG

BIBLIOTHECAE MAZARINAE PROCURATOR.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCCLIX.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or author name, which is mostly illegible due to fading.

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS LIBRARY	
CLASS	61 (02) "a"
ACCN.	13038
SOURCE	
DATE	



SALVATORI DE RENZI

NEAPOLITANO

ALBERTO DES ETANGS


PARISIENSI

VIRIS DOCTISSIMIS AMICISSIMIS

DE CELSO OPTIME MERITIS

D. D. D.

CAROLUS DAREMBERG.





## PRAEFATIO.

Compluribus causis eo adductus sum ut peculiari studio in Celsi tractatum de medicina mentem adverterem. Primo quod doctissimus Des Étangs egregiam edidit horum librorum interpretationem vernaculam, adjunctis ipsius Celsi verbis, qualia apud Targam leguntur\*). Deinde idem de medicina opus retractavi, ideo quod admodum eruditus de Renzi Neapolitanus publici juris fecit majorem hujus scriptoris editionem\*\*). Quo saepius autem Celsum perlegebam, eo magis me detinuit cum dicendi nitor ac brevitatis tum perspicacitatis judicii sensusque verax et ad agendum accommodatus, quibus omnibus genuinam nobis repraesentat civis Romani imaginem. Nec facile dixerim magisne tamquam medicum an tamquam literarum studiosum me delectarit. Quodsi rem naturalem ac medicam spectes, permultis sane additamentis augeri possit opus Celsianum, vix tamen pauca quaedam reperias quae resecanda sunt. Immo parum abest quin hodie pro compendio rei medicae adhiberi possit. Utique clarissimis linguae latinae monumentis accensendum est, sed eheu! vix alium novimus librum qui pejus a librariis habitus sit atque in quo plura emendanda restent. Ecce argumenta, L. B., cur virum probum et strenuum B. G. Teubnerum adii eumque permovi, ut Celso locum concederet in corpore scriptorum classicorum cum graecorum tum latinorum, quod

---

\*) Paris. 1848. 8<sup>o</sup> majori; pertinet ad corpus scriptorum latinorum auctore viro ornatissimo Nisardo editum. Prostat etiam separatim apud Didotos.

\*\*), Neapoli 1851, Vol. II. 8<sup>o</sup>. Continet editio illa praeter ipsius Celsi verba e Targae editione anni 1810 petita adnotationum ejusdem editoris bonam partem, Morgagnii epistolas, dissertationes Rhodii et Kühnii, lexicon Celsianum, interpretationem italicam, pharmacopoeam Celsianam, cetera.

multis jam abhinc annis edere aggressus est. Cui viro, quum brevi postea diem supremum obierit, non possum quin hic, occasione data, pro egregia in me benivolentia publice gratum animum obtester: nec minores gratiae mihi agenda sunt hujus viri generis, qui jam, socero vita defuncto, opus quod ille inchoarat summo studio absolvere pergunt.

Vereor tamen ne hisce conatibus admirationis, quia jamdiu Celsum colui, majorem rationem habuerim quam virium mearum exiguitatis. Jam olim, quum de interpretatione Celsiana a doctissimo Des Étangs edita verba facerem, jure optimo summis laudibus extuli egregia in Celsum merita viri clarissimi Targa, qui, quamvis saepius morborum taedio vel rerum publicarum vicibus ab incepto distractus, nihilominus per totum fere vitae curriculum, quod ei satis longum obtigit, summam operam dedit ut e Celsi contextu expungeret menda innumera quibus conspurcatae erant omnes editiones antiquiores. Tunc temporis affirmare ausus sum, etiam post laborem a Targa exantlatum, immo post curas renovatas, quas idem vir in novissima sua editione\*) Celsi anno 1810 4to Veronae edita publici juris fecit, multa adhuc emendanda superesse; posthac saepius denuo eundem Celsum retractavi, atque in ea re magis semper magisque mihi persuasi me non frustra olim haec affirmasse. Recte sane agnovit Targa quibusnam in rebus reprehendenda esset editio Lindenii, qui nimia temeritate, ne dicam audacissima protervitate, Celsi verba emendare conatus est; recte perspexit idem quanti aestimandi sint duo antiquissimi codices hunc scriptorem exhibentes, nimirum Med. I et Vat. VIII; nihilominus tamen Lindenium passim sequi maluit, ubi me iudice hisce egregiis instrumentis fidem habere debebat. Quod vero semper in edendis priscis libris summum habui praeceptum, id nunc quoque

---

\*) Exstat sane editio tertia eurante Targa quae Paduae 1815 12<sup>o</sup> prodit; de hae editione tamen, quae perraro obviam fit, tacent bibliographi, nec aliud quid continet nisi repetitum editionis Veronensis contextum, etiamsi typographus in monito praemisso lectores certiores faciat se in usum suum convertisse novissimas emendationes quas exemplari editionis anni 1810 subjecerat Targa qui nonagenario major mortuus est.

tenendum esse censui, praeceptum dico quod codices mss. presso pede sequi jubet; numquam a codicibus Med. I et Vat. VIII discessi nisi ubi insanabili laborabant ulcere; quantum potui, sedulo abstinui a conjecturis; ubivis suspectas habui emendationes Lindenii, quotiescumque saltem earum necessitatem non probabat vel rerum, vel verborum, vel syntaxeos ratio. Ceterum infra (in *Adnot. critica*) subjunxi indicem omnium locorum, quibus aliquid in contextu anno 1810 a Targa edito immutavi, additis argumentis quibus permotus ita agere decreverim. Praeterea duabus inprimis de rebus lectores monitos esse volo: primo praecipue loco operam dedi ut aliquatenus saltem semper iisdem literis exararentur eadem vocabula, non solum quod ad voces attinet quarum recta scriptura e codicibus petenda erat (cf. *Adnot. criticam*), sed etiam ubi major fides habenda est praecipis quae observari jubent viri linguae latinae peritissimi, de qua re nullam mentionem esse faciendam in *Adnot. crit.* censui. Verumtamen, etiamsi sedulo ad hanc rem animum attenderim, neque admodum prolixum sit Celsi volumen, denuo schedulas a prelo madidas relegens incidi in anomalias nonnullas (ex. gr. ubique legas *ceteri*, non *caeteri*; *circuitus*, non *circumitus*; *demptus*, non *demptus*; *promptus*, non *promptus*; *exemptus*, non *exemptus*, cet.; ceteroquin de anomaliis gravioribus videsis *Adnot. crit.*) huc pertinentes, quas, Deo adnuente, posterius tollere mihi licebit.

Arcto vinculo cum recta vocabulorum latinorum scriptura cohaeret quaestio quae spectat rationem repraesentandi graeca. Qua in re notandum est utrumque codicem antiquissimum exhibere voces graecas easdem modo graecis literis exaratas, modo latinis, si Targae fides habenda est: unde vix fieri potest ut regulam statuas ad quam omnes dirigantur. Voces graecas fere semper ubi graecis literis apud Targam, qui ipse Lindenium secutus est, exaratae erant, eodem modo in contextum meum transcripsi, vel Targa duce emendatas, vel a me ipso ad linguae graecae leges exactas. Attamen sunt quaedam vocabula graeca adeo frequenter in libris Celsianis obvia, eaque latinam scribendi rationem imitantia (cf. ex. gr. pp. 171, 27; 192, 21; 194, 28, 29; 195, 26; 199, 15; 209, 25; 211, 12, 18; 217, 14, 22, 23, 24, 25, 26,

28; 221, 29; 229, 2; 231, 28; 234, 13, 36; 236, 23, 31; 246, 37; 251, 12; 258, 18. — vide praeterea *Indicem vocab. graecorum*), ut iis, exceptis nonnullis locis sat facile circumscribendis, servari possit habitus ille latinus; sunt vero alia quae literis graecis exarare jubet ipse orationis contextus.

Ceterum haec quaestio mihi in mentem revocat aliam magis generalem, qua inquirendum est quatenus Celsus sermonem suum latinum vocabulis graecis variarit. — Certo constat, uti recte doct. Des Étangs, consentientibus omnibus viris doctis, in *introductione* sua animadvertit, Celsi aetate parum abfuisse quin Romae universa medicina penderet a medicis graecis seu liberis, seu servis. Constat item, Celsum opere suo medicinam a peregrina servitute liberare Romanosque ipsa hac disciplina erudire voluisse; nostri enim tractatus omnino ita se habet, ut vix tamquam nudum bene dicendi exercitium vel otii eruditi fructus venditari possit. E libris graecis haud dubie haurire coactus est Celsus cum ipsam disciplinam medicam, tum permultas locutiones artem medendi spectantes, quibus nulla linguae latinae vocabula respondebant. Verum Latinos sibi quaerebat, non Graecos lectores, Quiritium sermonem graecae scientiae accommodare volebat; nec carebat oratio vernacula locutionibus verborumque circumscriptionibus sat multis artem salutarem spectantibus iisque jam olim usu receptis, quas scilicet vel plebeja quaedam medicina indigena vel adsiduum cum erudita Grajorum arte commercium invexerat. Nec dubium quin hasce dictiones locutionesve avidè capessiverit Celsus, quotiescunque vel res ipsas vel sua de hisce rebus cogitata accurate repraesentarent. Haud mirandum igitur quod Celsus non infrequenter graece locutus est; cave credas tamen eum vel temere, vel saepius quam ipsa rerum ratio jubebat ad graecum sermonem confugisse. Neque arbitrari licet, si certe codicibus mss. fidem habeas, eum interdum genuinas dictiones graecas ignorasse; insuper mirandum est verba graeca desiderari quum potissimum expectentur: v. gr. ubi de calvariae suturis agitur (VIII, 1), et eo loco ubi leguntur illa (p. 264, 16): *Id antiqui tunicam nominabant*; in mente enim Graecos, non Romanos certum est Celsum ha-



buisse, ideoque hic: *quam Graeci χιτῶνα vocant* aptissime inseruisset. Itaque quid unoquoque loco scripserit noster eruere constitui, atque haec ratione omnia quae aperte glossematum speciem referunt, e Celsi contextu, id quod jam ante me sat frequenter facere aggressus est Targa, expellere conatus sum. Proponam insuper locos nonnullos ubi verba graeca aliunde inuenta esse vehementer suspicor, subjunctis argumentis cur ita sentiam.

Glossemata haec certo satis antiqua sunt, quum exhibeantur et a cod. Vat. qui saec. X scriptus est, et a Florentino qui XII, et a Parisino n<sup>o</sup>. 7028 qui XI. Ni fallor, saeculo VII, VIII vel IX originem debent profectaue sunt ex illis Latinorum ludis literariis, quorum magistri eo usque saltem linguam graecam callebant, ut vel libros graecos qualicumque tandem modo latine interpretari, vel orationem vernaculam inspersis vocabulis alienigenis corrumpere valerent, adeo ut codicum margines ultimim essent eruditionis refugium, quae jam a plerisque inutilis habebatur, nec aliud quid nisi rerum obsoletarum studium prae se ferebat\*).

Praeter haec glossemata graeca, quibus refertum est opus Celsianum, multo majorem etiam continet copiam glossematum latinorum, additamentorum denique interpretamentorumque cujuscumque generis. Istorum additamentorum nonnulla integra resecurit Targa\*\*); maximam vero partem nucis inclusisse satis habuit. Sed hac in re nimia usus est cautela; immo ego ipse, licet multa quae supervacanea videbantur ultro deleverim, jam video me non omnia praestitisse quae praestari potuerint; diuturnus enim orationis Celsianae usus me nunc vetat quominus obelisco non adjecto in edi-

---

\*) Quum permultos codices inde a saec. VII usque ad XII exaratos tractaverim, satis compertum habeo quanta ostentatione latinus libros transcribentes graece loqui tentent hujus aetatis librarii.

\*\*); Ex. gr.: p. 33 l. 1: *quando sane ad sanitatem venit*, post *finitur*; — 72, 15: *et quae tertio libro*, ect., post *nuclei*; cf. *Adn. crit.*: — 147, 20: *quod χολιζόν nominatur*, post verbum *comparatum*; — 203, 23: *quod sit scrupulorum III. S.*)-(I, post vocem *laser*; — 309, 11 *super vesicae cervicem*, post verbum *incidi*.

tionem meam recipiam locos sat multos, de quorum genuina origine partim dubitabat Targa, partim nihil suspicionis habebat. *Adnotatio critica* resarciat quae nimia codicum reverentia permotus facere omisi. Non est, credo, cur nos retineat codicum auctoritas, immo ne consensus quidem; qui enim antiquas membranas tractare solitus est, ipsum orationis contextum quem exhibent ad artis criticae leges exigit, utpote quum contextus ipse adminicula suppeditet quibus discerni possit qui loci genuini sint, qui non sint. Hujus artis decreta in ejusmodi rebus haud dubie aliquatenus oppugnari possunt, nec semper ab iis aliena est propria cujusvis editoris sentiendi ratio: quamobrem modus adhibendus est huic artis criticae usui, rationesque ubivis reddendae, id quod numquam facere neglexi, cur ita nec aliter feceris.

Totidem fere exstant codices Celsum exhibentes quot hujus scriptoris editiones; longe tamen abest ut omnibus idem pretium eademve auctoritas sit tribuenda. Primo loco monendum est omnes hosce codices ab eodem prototypo profectos esse; nam omnes, verbi gratia, magnam referunt lacunam (pag. 154, 6 meae editionis) aliasque aliquanto minores (pag. 144, 35; 153, 26; 154, 6; 212, 17; 238, 3; 292, 25; 305, 26 et 362, 4) obvias. Omnes praeterea eadem habent glossemata cum graeca tum latina, ut supra jam notavi. Quod ad aetatem attinet, in duas classes distribuendi sunt, quarum altera constat Vat. VIII, Med. I\*) et Paris.

---

\*) „Cod. Medicus primus Plut. 83, Florentiae in Bibliotheca Medicea asservatur. Idem ille est Medicus codex quem Rhodius Cocchiusque laudarunt. Scriptus fuit saeculo XII ineunte. Bapt. Pallavicinius Regiensis Episcopus illum emendandum suscepit; in quo tantum sibi licere voluit, ut alium plane fecerit. Usus est autem vetustissimo et corruptissimo, ut ipse ait, exemplari; ex quo colligi potest, nonnulla ipsum ex conjectura immutasse. Ceterum id exemplar ei perquam simile videtur unde Medicei (II—VII) ceteri derivantur. — Octavus Vaticanus (Vat. VIII = N<sup>o</sup> 5951) scriptus fuit saeculo X, non tamen eadem manu. In hoc cod. ut in Med. I librorum in capita divisio nulla est; sunt tamen, ut in illo, plures tituli margini adscripti.“ Targa. — Desinit his verbis lib. VIII cap. 21 (p. 360, 27) *et in interiorem et in*, ut certiore me fecit vir amicissimus abundans doctrina, nunc Romae degens, Du Ricu; non autem in his: *Genu vero et in*, ut

7028\*) qui manifesto eidem familiae accensendus est cui duo priores. Vix est quod moneam, orationis Celsianae contextum constituendum esse tribus his codicibus, quippe qui reliquis longe plures continent egregias lectiones multoque paucioribus deturpati sunt mendis. Qui duos priores excussit, Targa, satis bene munere suo functus esse videtur; nihilominus tamen multum interest ut demum inspiciantur, adhibita omni illa accuratatione ac cautela quam hisce rebus impendere solent nostrae aetatis viri docti (de qua re praecipue videsis Rothium v. dd. in eximia praefatione ad Suetonium). Nec omni spe destitutus sum fore ut aliquando nanciscar novam horum codicum collationem omni qua hodie opus est cura peractam. Reliqui codices, non excepto Paris. 6864, ad saec. XV vel XVI\*\*) referendi sunt, et qui hosce codices exararunt librarii

---

volebat Targa. Cum Mediceo I consentit. In Med. I post haec verba: *supra summum ventrem* (IV, 20; p. 146, 24) sequuntur illa: *subjienda sunt* (IV, 27; p. 154, 6) quasi nihil desit. Suppleta est lacuna ea a Nicolao Nicolo. In eodd. Med. I et Vat. VIII desunt haec verba: *ne sueurrere quidem statim sibi possunt* (V, 27, 11; p. 204, 13) usque ad illa: *insanabiles reperiuntur* (V, 28, 12; p. 213, 21).

\*) Hic codex numquam antea excussus erat, etiamsi doct. Des Étangs cum perlustravit; varietatem tamen lectionis notare neglexit. Dolendum est revera quod tantummodo lacinias vel selectos e Celso locos continet, etiamsi multo major sit harum laciniarum copia quam e notitia catalogi Biblioth. regiae colligere licet. Modus quo haec fragmenta se invicem excipiunt omni ordine caret, atque insuper nonnulla ab aliis capitulis avulsa sunt, aliis subjuncta. Quamvis easdem exhibeant lacunas ac codices integros Celsi libros continentes, nihilo minus magni faciendae sunt haec lacinae; summa cura in omnibus locis dubiis inde excerpti varias lectiones. Cod. Bodleyanus 724 (Laud. E 55) saec. XIV scriptus est. Continet tantummodo partem operis Celsiani quae chirurgiam spectat, ac plerumque cum inferioris notae eodd. consentit.

\*\*) Immo nonnulli e libris typis expressis transcripti esse videntur. Inde a renovato saec. XV literarum studio multos lectores habuit Celsus; per integrum vero medium aevum fere abjectus jaeuit. Affirmare quoque licet hunc scriptorem oblivioni deditum esse simulatque opus suum conscripsisset; adeo magna apud Romanos, regnantibus imperatoribus, pollebat auctoritate medicina graeca; ipsa etiam rerum ratione favente perstitit labente imperii Romani

plerique inter calligraphos fortasse, minime vero inter eruditos numerari possunt. Et enim nullum ex iis emolumentum ad orationis contextum constituendum petere licet, quum solis literarum ductibus et paginarum proportionibus eleganter componendis operam dederint. Ceteroquin mendis scatent iisque longe praeferendae sunt editiones antiquae (inprimis ed. princeps Florentina anni 1478 et Aldina a. 1528), quantumvis impuri fuerint fontes e quibus profluxerunt fere omnes: nam duos codices magni faciendos, Vaticanum dico et Florentinum, nemo in usum suum convertit editor antiquus. Praeterea mihi praesto fuit, favente egregia doctissimi Gersdorf, qui Bibliothecae Paulinae apud Lipsienses praest, benivolentia, ingens omnis generis schedularum farrago diversarumque editionum Celsi exemplaria adnotationibus plena, quae omnia debentur eximia doctiss. Kühnii diligentiae, qui novam editionem Celsiani operis moliebatur. Verum enim vero parum abest quin hisce collectaneis examinandis oleum et operam perdiderim.

Libri Hippocratei, quibus multa debuit Celsus, mihi saepius opem tulerunt ad emendandos locos a librariis male habitos. Quod ut agnoscas, inspicere, sodes, *Adnotationem criticam*. Plurimi editores Celso subjungunt indicem locorum Hippocrateorum a nostro adlegatorum; nec aliter mihi agendum esse duxi. Unumquemque locum denuo cum Hippocrate sedulo comparavi qualis a Littré, viro summo, editus est\*). Quos locos jam suppeditant editiones priores, iis complures nunc demum addidi (cf. *Indicem locorum Hippocratis et Celsi inter se comparatorum*).

Non fugit me universum in Celsum exantlatum laborem eo tantummodo me perduxisse ut, duce Targa, immo meliore jure quam ille, fateri cogar: „Quo magis Celsianae cuen-

---

splendore eadem auctoritas. Nee mirandum igitur quod adeo pauci reperiuntur eodices antiqui Celsi opus continentis.

\*) Secutus sum librorum Hippocrateorum in paragraphos distributionem a doctissimo Littré propositam. Qua solet benivolentia mecum communicavit vir omni doctrina ornatissimus schedas quarum ad exemplar edetur IX Operum Hippocratis volumen, quod paucis mensibus in lucem prodibit; unde mihi lieuit Lib. II *Prorrheticorum* quasi ex ipsa hae editione citare.



dationis opus ad finem perducere festinamus, eo plures majoresque difficultates offendimus quae nos longius quam sperabamus morantur“ (Targa Morgagno; p. 489 in ed. Veron.).

Prae ceteris librum V, VI et VIII male habuerunt librarii; quibus interpolationibus autem pravisque lectionibus obsiti sunt duo priores, earum facile tibi rationem reddes considerata praescriptionum medicinalium multitudine quae in iis inveniuntur. At contra liber VIII idcirco potius depravatus est quod librarii eum transcripserunt, non intellectis rebus de quibus Celsus verba facit.

In votis est ut aliquando in lucem edam quae de vita scriptisque Celsi comperta habeo, subjectis operum deperditorum fragmentis, quae jam olim e libris cum manuscriptis tum typis expressis collegi. Verum quae his de rebus literis mandavi nondum eo perducta sunt ut jam prelo subdi possint.

Quodsi post egregia doct. Targae in Celsum merita aliquot additamentis augere mihi licuit hujus viri labores, susque deque non habebunt, spero, meorum conatum paucitatem quicumque lectores non ignorant quantum desudandum sit editori qui mendis expurgare interpretarique constituit opus scriptoris tam varia tanque difficilia pertractantis argumenta. Illam vero inprimis eorum quae praestiti mihi exopto mercedem, ut excellentissimi quique philologi majore studio quam ad hunc usque diem in Celsum mentem advertant, hodie scilicet nimis ab iis neglectum. Ego quidem labori non parcam quo novis emendationibus expolire possim Celsianae orationis contextum, spe ductus fore ut faventibus lectoribus, divenditis omnibus hujus editionis exemplaribus, alteram moliri velit honestissimus editor.

Scribebam Lutetiae Parisiorum, Kal. Januar., 1859.

**Car. Daremberg.**

## SIGNA PONDERUM.

P: *pondo* si junctum est cum notis aliorum ponderum quae eandem semper quantitatem significant, nec ad alia referuntur.

P per se: 1 *libra*.

)-(: 1 *denarius*.

z, seu =, seu 7: 1 *sextans*.

zz, seu = =: 1 *triens*, seu 2 *sextantes*.

—:  $\frac{1}{2}$  *sextantis* sive 1 *uncia*.

s: *semis*.

---

## ADNOTATIO CRITICA\*).

\* P. 2, l. 32; item 5, 18: *ἐμπειρικούς*, Targa. — *empiricos* codd. Ea lectio servanda erat. Item 160, 5 fortasse *empiricos* legere debueram. Vox *empiricus* jam reperitur apud Ciceronem, *Acad.* II, 39. 7, 4 *neque [ad rem pertineat] quomodo*, Targa. — Voces *ad rem pertineat* (... *pertinere* Med. I, Vat. VIII) glossemate additae sunt; ideoque eas sustuli. Membrum *neque, etc.* pendet non a superiore infinitivo: *pertinere*, ut voluit Targa, sed a verbo *intersit*. \*10, 7 *quam μέθοδον Graeci vocant*, Targa. — Vox *Graeci* in Med. I et Vat. VIII desideratur et expungi debet; nam, ut Targa ipse animadvertit, medici qui aut ex Graecia erant, aut ex iis regionibus ubi graeco loquebantur, vocem *μέθοδος* seu *methodus* in promptu habebant. — Item 2, 2 dele voces [*apud Graecos*]; adverbium *olim* non solum ad Graecos, verum etiam ad Romanos referendum est. \*10, 21 *efficiant*, libri omnes; *efficiunt* lege, et cf. p. 63, 2. 16, 1 *genera [et sexus] et aetates*, Targa. — Duae hae voces *et sexus* additae sunt ab aliquo sciolo. Quae in hoc ceterisque hujus libri capit. praecipuntur omnia ad marces et feminas aequae pertinent. In hoc enim libro, ut Targa ipse monet, non de aegrotis sed de imbecillis hominibus sermo est; atque ideo observationes quas varia eorum corpora desiderant, maribus et feminis communes sunt. 16, 7 *continenter*, Targa. — *incontinenter* Med. I, Vat. VIII; et recte quidem. Targae *continenter* ex aliis codd. revocare placuit; sed perperam. Vido de hoc loco dissertationunculam quam Diario *Jal général de l'Instruction publique* (3. Martis 1847) inserui. \*16, 21 *paululum*, Targa. — *paulum* revocari debet ex codd. Med. I, Vat. VIII. cf. l. 33; p. 241, 35 et alibi. 18, 18 *somnus nimium vel brevis vel longus, lectus per*

---

\*) Asterisco \* notavi locos ubi emendatio nova, vel certa, vel verisimilis in meum textum reponenda est.

*aestatem terra, hieme durum cubile.* — Verba illa inepta: *lectus* . . . . *hieme* licet suspecta habuerit Targa, in textum tamen recepit; *lectus, terra et hieme* in eodd. Vat. VIII et Med. I recenti manu addita sunt. In eod. 7028 (ubi hoc membrum bis reperitur, fo. 14 et 146) legitur . . . *vel longus per aestatem. Durum cubile.* Unde apparet glossema *per aestatem* ad voeem *somnus* pertinere, idque comprobatur eodd. Vat. VIII et Med. I. — Apud Hippocratem, unde hic locus manifeste desumptus est, solummodo legitur: *σκληροκοιτέειν*. Contextus denique demonstrat hic Celsum nullam distinctionem inter aestatem et hiemem in animo habuisse. 18, 21 *perfrigidi* eodd. omnes quos Targa inspexit. Ego vero auctoritate permotus eod. Paris. 7028 ubi *praefrigidi* reperitur, et Celsi ipsius qui bis voce *praefrigidus* utitur (p. 72, +; 136, 26), *praefrigidi* loco *perfrigidi* recepi. Hippocrates (*loco in textu laud.*) *μη σφόδρα ψυχρόν* exhibet. 22, 6 *ad cutem tonderi [utileque lunam vitare, maximeque ante ipsam lunae solisque occasum] sed numquam post cibum*, Targa. — Verba uncis seclusa deliramentis astrologiae referta, ab aliquo seiolo ad marginem inepte scripta, ineptius in textum a librariis recepta sunt; et quum membrum hoc insilitium miro modo conseeutionem verborum turbare videretur, manus sat antiqua in eod. Med. I verbum *progredi* addidit post *cibum!* 23, 26 *omnia denique deinde fugere quae tarde concoquantur*. Ita legitur in omnibus libris et manu scriptis, et typis mandatis; *denique* pro *deinde* et *sumere* pro *fugere* Lindenius reete legit. Hoc membrum additum esse ab aliquo seiolo Targa affirmat; ego vero non ita censeo si cap. 28 libri II, p. 70, 24—25, speeto, ubi fere eadem dicendi ratio occurrit. \* 24, 1—2 *uva ex olla vel ex defruto*. Ita eodd. Med. I (qui prima scriptura *ollea*, secunda vero, sed antiqua, *olea*), Vat. VIII. „Ego censeo Celsum seripsisse *uva ex olla, vel olea ex defruto*; Celsus enim uvas ex olla et oleas ex pasto defrutove servatas inter res stomacho aptas (II, 24) adnumerat; uvas autem ex defruto neque ipse usquam memorat [quod non me movet si Columellam *l. in textu l. speeto*]; et Plinius (XXIII, 1, 7) atque Dioscorides (V, 3) stomacho inutiles esse tradunt“ Targa. — Revera apud Dioscoridem legitur: *Αὐτὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐψημάτος καὶ γλυκέος (ex defruto) κακοστομαχώτερα*, et apud Plinium: „Quae in vino aut in dulci (videl. *ex defruto*) conditae fuere



caput temptant." cf. Gal. *Alim. facult.* II, 9, t. VI, p. 577, ubi eadem iisdem fere verbis leguntur. Insuper ex varietate lectionis cod. Med. I colligi potest Celsum scripsisse, ut voluit Targa, et veram lectionem depravatam esse ex similitudine verborum *olla* et *olca*. 24, 8 *At si laxius intestinum dolere consuevit quod colum nominant*, Targa. — Verba *quod colum nominant* suspecta videntur Targae; idque recte. Celsus enim qui saepius (cf. praesertim IV, 1, ubi agitur de interioribus corporis partibus) hujus intestini meminit, *latius* aut *laxius*, aut *crassius*, aut *pleniùs*, denique *majus* (p. 57, 4 ubi: *quod Graeci κόλον nominant* delendum nunc censeo) id vocat; nusquam vero (si locum supra laudatum eumque valde suspectum excepias) voce *colon* vel *colum* utitur. Insuper hoc membrum *quod colum nominant* eo loco ubi positum est, consecutionem verborum turbat; idque propterea in meum textum non recepi.

25, 8—9 Verba: *quod in podagra chiragraue esse consuevit* suspecta sunt Targae, cui non possum assentire si cap. 7 lib. II, p. 39, 35 sqq. respicio — cf. II, 8 p. 45, 37—38; III, 27, 2, init.; IV, 31, init. 28, 17 *sed priores morbi quoque*, libri omnes. Targa recte censet vocem *priores* delendam esse. Emendatio manifesta est si vixatus hic locus conferatur cum Hippocratis textu quem Celsus fere ad verbum ex sermone graeco in latinum transtulit. Non agitur de morbis praegressis sed de iis qui oriuntur tempestalibus bene ordinatis. Praeterea notandum est codd. Med. I et Vat. VIII atque 7028 exhibere *prior*.

\*28, 29 *pustulae*. — *pusula* ubique Vat. VIII pro *pustula*, Med. I et 7028 fere semper, ceteri codd. et edd. modo *pustula*, modo *pusula* exhibent; in meo autem textu (ex. gr. p. 28, 29; 44, 11; 110, 15) ubicumque *pustula* legitur errorem typhetarum habeas. 28, 29 *abscessus corporis*, Targa. — Vocem *corporis* hic et saepius (cf. p. 98, 4: *imperari corpori potest*; 106, 23: *si imperata sunt corpori*; 252, 33: *quae manu corpori adhibetur*) inepte ad marginem scriptam sustuli, monente Targa. — Praeterea notandum est apud Hippocratem, quem hic excerpit Celsus, *φύματα*, non *ἀποστήματα*, reperiri, unde suspicari possis voces *quae ἀποστήματα Graeci nominant*, ex glossemate profectas esse. Denique verba *quam μελαγχολίαν appellant* l. 30 hic prorsus inutilia mihi videntur licet apud Hippocratem Icgamus: *τὰ μελαγχολικά*.

29, 3 *tabes, quam*

*Græci φθίσιον nominant*: hæc interpretatio inutilis, vox enim *tabes* apud auctores latinos usitatissima; quin etiam falsa, nam apud Celsum ipsum (III, 22) *tabes* pro genere morbi habetur, cuius φθίσιος species est. 29, 11 *exerceant*, libri omnes. *exerceant* scripsi efflagitante sententia. 30, 6 et 98, 13 φρένησιον, Targa — φρενῆτιον ex Hippocrate ceterisque auctoribus græcis revocavi. *phrenesin* Latini vertunt (videsis ex. gr. Senec. *De ira* I, 13) unde colligere licet librarios, non Celsum, hanc vocem literis græcis scripsisse. 31, 33 *emacuit*, Targa. — *emacruit* ex plerisque codd. et edd. antiquis vulgavi, item p. 34, 13; 51, 4; 353, 3. 33, 2 *sternumentum*, Targa et ego. „Codd. Med. I, Vat. VIII hic et alibi habent *sternumentum*, alicubi *sternutamentum*; sed syllaba *ta* eadem manu, aut certe veteri atramento expuncta fuit“ Targa. Ideoque ubi in meo textu, sicut apud Targam ipsum, *sternutamentum* legitur (ex. gr. p. 39, 5; 46, 29 et 34; 47, 10; 126, 9 et 11; 180, 24; 337, 17; 343, 14), *sternumentum* reponendum est. — Modo *sternutamentum*, modo *sternumentum* exhibet eod. 7028. 34, 18 *Longas febres hunc fastidire*, Targa. — Vox *hunc*, me judice, redundat. Item p. 36, 26, ubi Targa legit *is deorsum*, vocem *is* sustuli. 34, 20 *febres eas*, Targa. — *cas febres* scripsi eum codd. Med. I, Vat. VIII, et eum Celso ipso qui sexcenties hæc ratione dicendi utitur; ex. gr. p. 93, 20; 119, 14; 130, 8; 215, 31; 277, 36; 328, 6. 39, 27 *jecinoris* — modo *jecinoris*, modo *jocinoris* exhibent codd. et edd.; scripsi *jeeinoris*. Charisio enim (I, p. 48, 20 ed. Keil) si fides habenda est, hæc forma usitatissima videtur; quidam, ait, dicunt: *iocinus*, *iocinoris*. 40, 7 Vocem *capitis*; item 40, 19 voces *vel hirudo* quæ in codd. et editt. desunt, revocavi ex Hippocrate *Prorrh.* II, 42 et 17. Hand dubie omissæ fuerunt a librario qui archetypum codicem descripsit — cf. quæ notata sunt ad p. 49, 38. 43, 31 *Infra transversum septum sit abscessus [quod διάφραγμα Græci vocant]*, Targa. — „Plerique codd. pro διάφραγμα, στρέβλωσιν (!) exhibent. Ex ea lectionis varietate facile apparet membrum hoc quod διάφραγμα Græci vocant esse addititium“ Targa, cui plane assentio. Insuper, saltem me judice, consecutioni verborum repugnet, si post verbum *abscessus* ponatur. Fortasse idem glossema in textum irrepsit prooemio libri I, p. 7, 33; Celsus enim IV, 21, p. 121, 7 sqq. et sæpius alibi *septum transversum* memo-

rans nusquam voce *διάφραγμα* utitur. 49, 22 *tormina velera esse coeperunt*, Targa. — Vocem *velera* ex margine irrepsisse manifestum est; ubique enim vox *tormina* simpliciter a Celso usurpatur; insuper in vexato hoc loco *velera* repugnat verbo *coeperunt*. 49, 38 *si et cibi cupiditas non est*, Targa, qui in notis: „Particula *et* videtur redundare.“ — Codd. Med. I, Vat. VIII ita habent: *si cibi et cupiditas non est*. Particula *et* non redundat, ut censet Targa; codd. antiqui vestigia genuinae lectionis retinuerunt. Vocem *ambulationis* revocavi ex Hipp. *Prorrh.* II, 23, unde hic locus desumptus est. Ibi enim legitur: *ἔσθλειν τε ἀδύνατοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ τῆσι περιόδοισι χρῆσθαι*. Cf. quae notata sunt ad p. 40, 7. 55, 7 *adverso*, Targa. — *averso* reposui ex codd., quod sensui optime congruit; nec capio quomodo Targa dicere potuerit hanc lectionem esse mendosam. 56, 2—4 *In morbis longis . . . . quamvis jam et iis spatium aliquod accessit, in oculis quoque quibusdam si et levare corpus debet*, Targa. — Illic locus miro modo a librariis depravatus est; quid enim sibi voluit Celsus dicendo: *in morbis longis . . . quamvis jam et iis spatium aliquod accessit?* Emendatio manifesta omnes fugit editores, quod sciam: omnia bene habent si verba transponuntur; ideoque particula *et* minime redundat, ut Targa arbitratus est. 57, 26 *Vel malva decocta sit [si, reprimendi causa, ex verbenis]*, Targa. — „Hoc membrum *[si . . . verbenis]* insititium esse puto, et quia mutatur constructio et quia agitur de alvo dueenda . . . ita ut reprimentia illocum hic habere non possint“ Targa, cui plane assentio; itaque hoc membrum sustuli. Notandum est praeterea eum Morgagnio in cod. Foroliv. supra vocem *leni* (l. 25) scriptum esse *leniendi causa*. 59, 34 *si minus*, Targa, cum codd. Med. I et Vat. VIII, — *minus* ceteri codd. et edd.; *sin minus* legi cum Lind. cf. ex. agr. p. 207, 22; 226, 17. 60, 8 *potest ducenties [esse faciendum]*, Targa. — Ex contextu manifestum membrum *esse faciendum* ineptum esse glossema. 61, 7 *vel in alto [mari, navi]*, Targa. — Quis non videt voces *mari navi* ineptam esse adnotationem margini adscriptam? Nec volui sane *mari* cum Krausio retinere; Celsus enim (cap. 18) more Latinorum *alto* pro nomine utitur. 62, 2 *sint*, Targa. — s̄ Vat. VIII, *sunt* Med. I, eaque vera est lectio, cf. quae supra posui ad p. 10, 21. 62, 13 et alibi *mirtetum*, non *myrtetum* eum libris optimis dedi. Item *myrrha*, non *mirrha*

ut saepius Targa. \* 62, 32 *si cae sunt lentae levesque jamdiu male habent*, Targa. — *lenes* Med. I, Vat. VIII; *licnes* ceteri. Lubenter hic sequeremur lectionem eodd. deteriorum, nisi male quadrare videretur eum iis quae leguntur l. 33 sqq. et IV, 16, init. Verisimilius igitur habemus *lentae* esse glossema vocis *lenes*, legendumque esse *si eae sunt lenes et jamdiu male habent*. 65, 5—6 *vel quae radícula [specialiter] appellatur*, Targa. — Vox *specialiter* Celso inusitata, ex margine in textum migravit. Vocem *radícula* κατ' ἐξοχήν saepius usurpat Celsus, ex. gr.: p. 19, 23; 67, 30; 73, 13. Praeterea notandum est in eod. 7028 hoc glossema sic exhiberi: *pastinaca vel specialiter radícula*. 65, 13 *grandiores [aves]*, Targa. — Vocem *aves* glossema esse quis dubitet? 65, 20 *gravissimi sunt ex quibus*, Targa. — Vocem *ii* quae ab omnibus eodd. abest inserui, monente ipso Targa; scripserunt enim oseitanter librarii *dcinde ii* (l. 21) in eodd. Vat. VIII et Med. I, et 7028 (*hi*); ibique redundat. 65, 27; 70, 22; 71, 13; 249, 20: primo loco *lactens* Targa, alii *lactans*, praeter cod. 7028 in quo legitur *lactens*; secundo vero et tertio loco *lactantia* Targa; *lactentia* Med. I et Vat. VIII secundo loco, *lactantia* vero tertio; quarto *lactens* Targa, *laetans* Med. I, Vat. VIII, 7028. Si revera *laetans* significat qui lac sugit, *lactans* autem qui lac continet aut praebet, Targa recte lectionem eodd. emendavit, et in meum textum p. 249, 20 *lactens* reponi debet. Non negandum tamen apud optimos auctores, saltem quales hodie typis exarati sunt, utroque sensu modo legi *lactans*, modo *lactens*. Verum, ni fallor, nondum tam accurate exenssi sunt eodd. msti, ut certum de his rebus iudicium ferri queat. Arbitror itaque majorem fidem esse habendam antiquis grammaticis; sic in vetustissimo glossario S. Germ. Paris. legitur *lactans* id est *qui lac praebet*, *lactens* cui lac praebetur, cf. Fl. Caprum *De orthogr.* p. 2242. 67, 4—5 *quas εὐχύλους vel κακοχύλους Graeci vocant*, Targa cum plerisque eodd. et edd. — *Εὐχύμους* et *κακοχύμους* reposui auctoritate Galeni. Vid. Orib. T. I, p. 567 adn. paginae 32, 2. Ceteroquin hoc membrum, Targa ipso iudice, pro glossemate potest haberi. 67, 20—21 *malva eucumis cucurbita*. — Vox *eucumis* ut Targa ipse animadvertit delenda est. Celsus enim *eucumerem* inter cibos mali succi recenset (p. 68, 2) idque recte, ut apparet ex Orib. III, 16; T. I, p. 220, 3. Verisimile est



*cucumis* glossema ineptum esse vocis insequentis *cucurbita*. Eaque conjectura firmatur eod. 7028 ubi non *cucumis* sed *cucumeris* prima manu scriptum, secunda deletum est. 69, 10 et 15—16 *vel punicum*; *Absinthium*, *murices purpurae cochleae* . . . . . *pectines*, *murices*, *turtures*, *nuclei pinei*, Med. I, Vat. VIII, 7028 qui *pinei* omittit. Lectionem Targae nec non ceter. edd. recepi. Opinor autem in optimorum nostrorum codd. prototypo inter *punicum* et *uvae* (l. 10) nihil intersertum fuisse, post *pectines* vero hunc codicem exhibuisse *murices turtures*, *nuclei*. Ad hanc lectionem vitiosam emendandam margini adscripsit nescio quis, *murices*, *purpurae cochleae*. Qui vero primus hunc codicem exseripsit lectionem vitiosam loco suo reliquit, emendatam vero alieno loco in textum transtulit. Vox *pinei* quae cod. 7028 deest profecta est a quodam sciolo non intelligenti vocem *nuclei* vel *noclei* nihil aliud esse nisi vocem *cochleae* corruptam, quippe quae idem fere sonet. 69, 15 *cibi*, *potionesque vel frigidae vel ferventes*; *absinthium*, Targa. — Vocem *cibi* valde mihi suspectam in *cybium* mutavi. Apud Xenocratem (cf. Orib. II, 58; t. I, p. 255, 7) legitur: *Κύβιον πηλαυὸς μετὰ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀπὸ Πόντου ἐπὶ Μαιῶτιν λίμνην ὑποστρέφουσα εὐστόμος, εὐχρυσός*. cf. Festus voce *Cybium*. Quid autem sibi voluit Celsus dicens: *cibi frigidi vel ferventes*? — Vocem *absinthium* (l. 16) expungere jubet Targa, cui non possum plane assentire. Quum optimi codd. eam post *punicum*, recentiores vero ad calcem capitis exhibeant, fieri potest ut in cod. archetypo margini adscriptum fuerit hujus herbae nomen, quod librarii deinde alii huc, alii illuc in textum transtulerunt. Notandum tamen Oribasii caput (III, 19), quo eodem modo res stomacho idoneas recenset, terminari verbis: *ὡς ἐν φαρμάκοις ἀψίνθιον*. 69, 22 *vel ex hordco [oleum] radices*, Targa. — *Oleum* aut glossema est vocis *pinguia*, aut lectio depravata vocis *olerum*; deest saltem in cod. Vat. VIII; *oleo* autem scribitur in 7028. 70, 6 *conchiliis*, Targa. — *conchylis* scripsi ut Graeci sermonis leges tenerem. \*71, 27 *grus*, *omnes aves quae magis currunt*, Targa. — *grues*, Vat. VIII, 7028 (in eo legitur *grues*, *omnesque aves quae*, etc.); *graves* Med. I. Ea lectio, quae non est spernenda, Aristotelis auctoritate firmari videtur. Cf. Meyer *Arist. Thierkunde*, p. 295. Attamen *grus* a Celso (II, 18, p. 64, 21) recensetur inter grandes aves quae sunt generis valentissimi in quo

*plurimum alimenti est.* Denuo hunc locum perlustrans legendum esse censeo cum cod. 7028 *grues, omnesque aves* etc. 71, 30 *quam in [caseo] transmarino*, Targa cum plerisque codd. et edd. — *quam in eo transmarino* Med. I, Vat. VIII, 7028. *Caseo* glossema est; itemque *eo*, ut Targa ipse notat. 72, 15 *nuclei pinei et quae tertio libro ydropi enumerantur titulo XV* [in edd. cap. 21], Med. I, Vat. VIII, 7028. *Verba et quae* etc. nil nisi adnotatio margini adscripta, ut Targa ipse animadvertit. cf. quae notata sunt ad pag. 163, 18—19. 72, 26—27 *constant . . . opitulantur*, Targa. — *constant . . . opitulentur* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028. 73, 7 *herba muralis, παρθένιον vel περδίκιον appellant*, Targa. — Lectionem quam recepi, etiamsi repugnante Morgagnio, firmare mihi videtur Plinius. Apud hunc enim auctorem legitur: „Parthenium alii leucanthes, alii amaracum vocant, Celsus apud nos *perdicium* et *muralem*“ (XXI, 30, 104 ed. Sillig.). \*73, 29 et 221, 2 *git*, Targa. — Scripsi modo *git* modo *gith*; sed perperam ut apparet ex Plinio (XIX, 7, 167) ubi vide Sillig. cf. etiam Charisium p. 131, 7 sqq. ed. Keil. In vetustissimo glossario S. Germ. n<sup>o</sup>. 12 *git* reperitur. 76, 32—33 *si paulo graviora [facile sit]*, Targa. — Verba *facile sit* glossema quod expuuxi; membrum enim: *si paulo graviora* pendet a: *satis sit* (l. 31). 77, 28 *aut nihil remittunt [sed continent]*, Targa. — *Sed continent* alicujus scioli adnotatio marginalis est, Targa ipso iudice. 80, 8 *neque imbecillitatem fame prodat*, Targa, qui vocem *imbecillitatem* deleri, et *perdat* pro *prodat* legi iubet. — Ego vero lectionem codd. retinui; neque verbum *prodat*, neque vox *imbecillitus* hic repetita sermoni Celsiano repugnare mihi videntur. 80, 26—28 [*adeo ut Hippocrates . . . sit solitus*] — Enarratio margini adscripta quae in textum migravit. In codd. vero et in edd. inserta fuit post verbum *darent* (l. 34), ubi satis male cum praegressis cohaeret; saltem post *nominabant*, Targa ipso docente, transferenda, vel potius, me iudice, omnino expellenda est. 83, 13 *remissio est [aegro]*, Targa. — Vox *aegro* (*aegrus* nonnullae edd.) glossema est. Codd. Med. I, Vat. VIII habent: *remissior est aeger*. Unde fluxerit varietas lectionis facile intelligi potest. 86, 29—30 *qua [male — mole Lind.] plerique aegros in ipsa febris impetu [potissimeque ubi febris ardens est] male habent*, Targa. — Verba uucis inclusa

e margine in textum migrarunt. Vocis *male* iteratio hanc opinionem firmat. \*89, 38 et 90, 1 *non defectio, non dejectio, non profluvium alvi fuit*, Med. I, Vat. VIII; *non dejectio non profluvium alvi fuit* ceteri codd., editionesque et Targa, qui verba *non profluvium* expellenda esse censet. In cod. archetypo scriptum erat ni fallor *defectio*, idque seu a primo, seu ab altero librario in vocem *dejectio* mutatum est. Postea haec vox *defectio* in textum juxta alteram *dejectio*, quae non erasa erat, recepta est. Insuper *profluvium alvi* adscriptum videtur ad interpretandam vocem *dejectio*. — Nonne *defectio* (videl. *animi*) hic aptior esset quam *dejectio*? 90, 9 *decessionibusque [ut aliud morbi genus videri possit]*, Targa. — Verba *ut . . . . possit*, glossema est suo loco motum; pertinent enim ad ea quae leguntur l. 10—11: *ut quod idem est non idem esse videatur*. 92, 3 *pitacia*, Targa. — *pitacia* edidi; graece enim *πιττάκιον* scribitur. \*93, 13—14 *foetoremque quemdam oris quem ὄζην Graeci vocant*, omnes. „Verba haec ab aliquo sciolo addita videntur. Mulierculae aiunt ex pravo quodam odore quem aliquis ab ore efflat se noscere hominem febricitare“ Targa idque recte. praeterea notandum est, si fides habenda *Thesaurus linguae gr.*, hanc vocem ὄζην nusquam alibi reperiri; saltem scribendum erat ὄζαινα· ὄζαινα autem non oris sed nasi apud auctores Graecos foetorem designat, unde patet membrum: *quod genus Graeci ὄζαιναν appellant* tollendum etiam cap. 8 lib. VI, p. 244, 26; cf. VII, 11, p. 286, 19 ubi haec vox recte usurpatur. 93, 15 *quotidie [parum] cibum dandum*, Targa. — Vox *parum* inepte addita est; Celsus enim praecepit non qui modus cibi, sed quo die dandus; insuper nusquam dixit *cibum parvum* sed *exiguum*: ex. gr. II, 12, p. 57, 28. — cf. tamen quae notata sunt ad p. 140, 24. 95, 17 *ut hoc [ipso] ordine*; Targa. — Vox *ipso* tollenda est; ordo enim non antecedentia sed sequentia spectat. 95, 23 *postero die [qui vacat]*, Targa, Med. I, Vat. VIII. — Voces uncis inclusae certo spuriae sunt; quis enim non intelligit in tertiana, quae ex toto intermittit, alterum diem esse integrum? Ceteroquin cf. III, 3. Ceteri codd. verbis *qui vacat* substituerunt *quo cibo vacat*, ut probabilior inde sensus emergeret. 97, 1 *subsistendum*, Targa. — *sistendum* e codd. Med. I et Vat. VIII revocavi. 100, 26 Post verbum *inducunt* in omnibus et codd. et edd. legitur: *Hoc*

*nomen (videl. sycamini laeryma) apud medicos reperio; sed eum Graeci morum συκάμινον appellant, mori nulla lacryma est. Sic vero significatur laeryma arboris in Aegypto nascentis, quam ibi μορόσυκον appellant. Plurimi decoctis papaveris corticibus, ex ea aqua spongia os et caput fovent. — Nullus quod seiam editor animadvertit haec verba nil nisi seholution esse, miro modo eon-  
 textum depravans. ef. p. 236, 26—31. 102, 29 quod genus insanientium specie simile, similique victus genere curandum est, Constant. Lind. Targa, — . . . specie similique . . . libri antiqui omnes. Locus hic a librariis certo depravatus est; si eodiem lectio servatur, sensus non eonstat. Si legitur specie simili, vox species pro medieamento a Celso usurparetur, sed nusquam alibi, quod seiam, hoc sensu oecurrit; si autem genus . . . simile legamus, minus elegans dieendi ratio videtur. Fortasse, ut Targa eenset, vox insanientium vel tollenda (ef. III, 12, p. 113, 16 et IV, 12, p. 137, 1) vel mutanda in insaniae, ideoque legere maluerim: quod genus insaniae simili victus genere curandum est, voees specie simile seu simili, et partieulam que pro glossematibus habens. 104, 24 quodlibet aliud [haec enim cum comburentur odorem foedum movent], Targa. — Membrum uneis inelusum glossema videtur leeo suo motum; pertinet enim ad verba galbanum . . . pilos . . . cornu cervinum. \*105, 29 Verba ὑδρωπία Graeci vocant, si loeum quem tenent speetas, glossema videntur. 107, 2 sudationes sunt [quales super Baias in murtetis habemus], Targa. — Haec verba quales . . . habemus, ut doeet Targa, ab aliquo enarratore ex eap. 17 libri II margini adscripta fuerunt, et inde in eon-  
 textum irrepserunt. \*118, 27 lactucae marinae quae grandis juxta mare nascitur. Non dubito quin verba: quae . . . nascitur addititia sint; ideoque tollenda esse judieo (ef. Plinius XXVI, 8, 39). Targa dubitat an Celsi haec verba sint neene. 112, 18 praecipueque [vel ex prima — ex pruna Med. 1, Vat. VIII, 7028] cerebellum, Targa. — Verba vel ex prima seu pruna seholution sunt loco suo motum; pertinere enim videntur ad voees: ex media. Morgagnius putat sub mendo latere nomen eminsdam animalis; idque sane suspieari possis. \*112, 26—27 quas ὀμοπλάτας Graeci vocant. Dubito an haec verba quae prorsus hic iuntilia videntur, sint Celsi neene. De graeeismo autem quas ef. p. 288, 24 et quae notavi ad p. 171, 12. 113, 5 et mellis pars*



*altera [praecipua tamen ex his omnibus sunt] victus, vehiculum et navis et sorbitio], Targa. — Omnia verba uncis inclusa inepta, ut Targa ipse docet, ineptius etiam e margine in textum migrarunt. Praeterea notandum est vocem *vehiculum* (de quo Celsus nullam fecerat mentionem) desiderari in codd. Med. I et Vat. VIII. Haud dubie hoc scholion, loco suo motum, pertinet ad verba: *adjicere debet exercitationes* etc. l. 7—8. 115, 32 *utique*, Targa cum Lind. — *Ubique* reposui ex codd. et edd., licet fere eodem textu saepius *utique* a Celso usurpetur, ex. gr. p. 104, 32; 113, 5; 144, 33; 197, 25; 230, 14; 273, 37; 319, 16; 341, 9. 116, 12—13 *imposita*, Targa. — *superimposita* ex codd. Med. I, Vat. VIII revocavi. \* 117, 6 Verba ἀποπληξίαν hunc Graeci vocant, certo e glossemate profecta sunt, Hippocrates enim unde locus iste descriptus est voce βλητός utitur. 119, 15 *digerunt ut dissipetur*, Targa. — *digerunt, dissipetur*, Med. I, Vat. VIII, *digerunt ut dissipentur*, alii. Ideoque *digerunt, dissipentur* (videl. *suppurationes*) scripsi; conjunctio *ut* a qua pendet verbum *dissipentur* e particula *ne* (l. 13) petenda. 119, 24 *abellanae*, Targa. — Cum codd. Med. I, Vat. VIII *avellanae* scripsi. \* 123, 11 *quam κεφαλαίαν Graeci vocant*, omnes. Haec verba ex glossemate addita videntur; Galenus enim ceterique auctores *κεφαλαλγίαν*, non *κεφαλαίαν* morbum hic a Celso indicatum nominant. 125, 6 *os cum motu quodam pervertitur [ideoque nihil aliud est quam distentio oris]*, Targa. — Membrum uncis inclusum nihil aliud est quam scholion margini adscriptum ad interpretandum: *os cum motu* ect. Insuper, ut Targa ipse animadvertit, *distorsio*, non autem *distentio oris* Celsus scripsisset. 125, 15 *calida [vel] marina*, libri omnes et manu scripti et typis exarati. Particulam *vel* expunxi, monente Targa. cf. III, 27, 1, p. 18, 9; IV, 2, p. 124, 11—12. 130, 7 *circa*, Targa. — *citra* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, et fere omnibus aliis; sensus idem manet si lectio antiqua servatur. \* 131, 24 *vulpinum . . . pulmonem . . . sed sine ferro coctum*, Targa cum omnibus libris et ego; — . . . *tamen sine ferro coctum* 7028. Plinius (XXVIII, 197 ed. Sillig) scribit: „Jocur quoque volpinum aut pulmo in vino nigro . . . laxat meatus spirandi“. Cf. Sextus Placitus cap. 3 § 5. Quid autem Celsus sibi voluit dicens *sed sine ferro coctum?* ex Marcello Empirico intelligere licet. Apud hunc enim auctorem (cap. 17) legitur: „Profuit multis*



ad suspirium, vel dyspnoeam depellendam pulmo vulpis, vel jecur in olla fietili exustum, atque ad cinerem redactum.<sup>64</sup> Itaque signum interrogandi post ferro positum dele. 137, 7 *Simbrui-  
narum*, Targa cum fere omnibus codd.; — *Simbrui-  
narum* scripsi; cf. Tacit. *Annal.* XI, 13 et XIV, 22. 138, 6 [*El*] *initium*, Targa.  
— Particula *et* redundare videtur, ut Targa notat. \* 138, 10;  
139, 26; 140, 32 verba *πλευριτικός — περιπνευμονιζόν — ήπα-  
τιζόν* mutanda sunt, ni fallor, in *πλευριτις — περιπνευμονίαν —  
ήπατιτιν*. \* 139, 4 *danda sint ex ratione [vel adjectae vel] le-  
vatae febris apparebit . . . cum eo tamen*, Targa. — Vox *adjectae*  
hic monstrum est, ut jam monuit Lindenius qui *adauctae* legere  
jubet; sed nec *adjectae* nec *adauctae* retinere volui. Quum enim  
Celsus dicat, quibus temporibus cibi dandi sint, ex ratione levatae  
febris apparere, eosque in maxima remissione dandos esse jubeat,  
inepte interjiceret seu *vel adjectae* seu *vel adauctae*. Praeterea  
notandum est voces *vel adjectae vel* in cod. 7028 desiderari. in eo  
enim legitur: *danda sint usquedum levatae febris apparebit cum eo  
tamen ut*, omissis verbis *sic ut . . . dentur*; quae ex glossemate  
explicandi causa addita videntur. \* 140, 24 *purum aerem*, Targa  
et ego. — Hoc autem loco denuo perlustrato vox *parvum*, quam  
exhibent codd. Med I, Vat. VIII et 7028, nunc anteponenda mihi  
videtur. cf. tamen quae notata sunt ad p. 93, 15. \* 142, 16 scri-  
bendum est *intubique ex eodem, betae ex sinapi, asparagus, et*;  
cf. Plin. XIX, 133, ubi legitur: „ . . . ut lenitas (betae) excitetur  
acrimonia sinapis.“ 142, 30 *Fil ex unguento et palmulis [quod  
μυροβάλανον Graeci vocant]*, Targa. — Quae verba uncis inclusa  
sunt vel reliquis glossematibus ineptiora, ut Targa ipse do-  
cuit. \* 143, 31—32 verba: *Ergo eo nomine morbum hunc χο-  
λέραν Graeci nominarunt*, sunt mihi valde suspecta. *χολέρα* enim  
non a *χολή* sed a *χολάς* provenit (cf. Alex. Trall. VII, 14 et  
Orib. T. II p. 836); temporibus tantummodo vel recentibus vel  
recentissimis voce *χολέρα* seu pro bile, seu pro bilis effu-  
sione usi sunt. 144, 7 *ob omni*, Targa, haud dubie typo-  
thetarum *σφάλματι*. Scripsi *ab omni* cum codd. et edd. \* 144,  
34—35 *paulatim se cibo reficere somno quisquis facile acquiescit  
(aequiescere, 7028) itemque lassitudine et frigore*, omnes libri an-  
tiqui et Targa, qui notat aliqua deesse post verbum *acquiescit*.  
Nec sensus ex his verbis elici potest, nec ordo verborum constat.

In margine Constant. legitur ... *somnoque qui facilis acquiescit, vitalaque lassitudine et frigore.* apud Liud. autem: *somnoque quisquis facile acquiescit: vitalque lassitudinem et frigora.* — Apud Philumentum (Aëtius IX, 12, p. 450, c. ed. Steph.) reperitur: *somnus procurandus et quies omni modo.* Nonne verba *somno . . . . acquiescit* glossema sunt pertinens ad: *dormire oportet* l. 33, et *itemque lassitudine et frigore* transferri debent post verbum *abstinere?* 145, 31 *vinum [vel aquam] bibere*, Targa.

— Duae voces *vel aquam* tollendae sunt. Celsus enim jubet pluvialem aquam decoctam potui dari, altero vero die vinum.

147, 5 *et sive frigus subit*, Targa. — *et sive quum (cum codd.)* ex libris antiquis revocavi. \*147, 28 Verba *δυσεπτερία*

*Graece* vocatur, ex glossemate profecta esse videntur; supra enim jam saepius (cf. ex. gr. p. 29, 29 et 35; 43, 1; 49, 22; 149, 3; 150, 22 et 35) vocem *tormina* adhibuit Celsus, nulla interpretatione addita. Nec minus Cato (*R. R.* 156, 5; 157, 9) eodem sensu hoc vocabulo usus est. Notandum praeterea nullam interpretationem adhibitam fuisse cap. 23 huius libri, ubi de levitate intestinorum agitur. 148, 12 *vel ex dura muria edisse [cibos potionesque eas quae astringunt album]*, Targa. — Membrum unciis inclusum nil nisi scholion loco suo motum; pertinet enim ad sequentia: l. 21—22; 26—28. — cf. l. 36—37. 148, 36 *quae supra comprehensa sunt. [Valensque est etiam adversus cancerem intestinorum minii gleba cum salis hemina contrita, si mixta his aqua in album datur]*, Targa. — Adnotatio margini adscripta, ut

Targa ipse notat; nec meminit enarrator Celsum non *caneerem* sed ubique *cancrum* scripsisse. \*150, 7 *duas potiones sumat. At aquae, vel muriae durae sit adjecta*, Targa cum plerisque codd. — *duas potiones sumat aut aquae vel muriae durae sic adjectae*, Med. I et antiq. edd. Legere jubet Targa: *duas potiones sumat aquae cui sal vel tertia pars muriae durae sit adjecta* (videl. *ad purgandum*). Emendatio, me iudice, minime apta; hoc enim membrum *At aquae*, etc. mihi videtur respondere ad ea quae leguntur p. 157, 23. Fortasse addendum erat *marinae* post *aquae*.

\*150, 35 *in torminibus*, Targa cum Constantino qui docet Celsum alibi eodem modo loqui, ex. gr. IV, 12, p. 136, 22; VII, 33, p. 322, 17. *in tormina* libri antiqui, quae lectio servari potest; sermoni enim Celsiano non repugnat. 152, 5—6 *pira tarentina . . .*

*mala scandiana, myrapia* codd. et Targa qui legere jubet: *pira larentina . . . vel myrapia, mala scandiana*. Ego malui ordinem verborum non mutare et [*pira*] *myrapia* scribere. 152, 30 *vel rubi decocti sint [potata]*, Targa. — Vox *potata* inepte sensum turbat. Notandum etiam, Targa ipso monente, Celsum *potus*, vel *epotus*, sed nusquam *potatus* scribere. 153, 12 *si parum [est]* et ibid. l. 32—33 *ex rosa [fiel]*, Targa. — Voces *est* et *fiel*, hic sermoni Celsiano repugnantes, tollendae sunt. 155, 21 *comprimentibus* codd. „Malim *reprimentibus* [cf. III, 18, p. 99, 29—30; IV, 31, p. 158, 12], sed cum Celsus cap. 22 huius libri scripserit: ‘subluere aqua calida in qua decoctae verbenae sint’ hic vox *comprimentibus* [vel *reprimentibus*] videri potest ex glossemate addita“ Targa, qui et *reprimentibus* et *comprimentibus* tolli jubet, quia, ni fallor, verbecum peculiarem stirpis speciem habet; sed perperam. 156, 33—34 Verba: *quae in podagris chiragrisve esse consuerunt*, Targa suspecta habet. Vid. tamen I, 9, p. 25, 8—9 et quae ibi notantur; II, 8, p. 45, 37—38. 158, 18; 163, 11; 175, 21; 236, 24 *lapis assius*, Targa; *lapis assius* scripsi. Graeco enim sermone dicitur ἄσσιος (ἐν ἀσσοῦ γεννώμενος) λίθος. cf. Diosc. V, 141; Gal. *Simpl. med. facult.* IX, 11 § 9, t. XII, p. 202. 159, 2 *negotiosa cogitatione [vel actione]*, Targa et plerique codd. — *negotiosa actione* Med. I. *Vel actione* glossema mihi videtur quod in Med. I textum genuinum expulit. Quid enim sibi voluisset Celsus dicens *actio negotiosa in ambulando?* *Negotiosa cogitatio* solum, Targa ipso iudice, ferri potest. 162, 7—8; 11; 13 *auripigmentum, quod ἄρσενικόν a Graecis nominatur [huic autem et sandarachae in omnia eadem vis, sed validior est] . . . bdellium [quod in omnia idem quod ammoniacum potest, sed valentius] . . . coagulum . . . leporinum [cui eadem quae ceteris coagulis facultas, sed utique validior est]*, Targa. — Tria membra unciis inclusa eandem speciem eandemque originem habent, et ordinem quo medicamenta simpliciter enumerantur, miro modo turbant; ideoque pro adulterinis habenda sunt. Ceteroquin vide quae Targa ibi notavit, p. 216. — Practerea voces *quod ἄρσενικόν* etc. addititiae videntur; cf. p. 161, 23 ubi rectius has voces Celsus scripsit. \* 162, 30—31 *resina*, Targa et ego. Haec vox delenda est vel quia alieno loco inter semina inseritur, vel quia supra jam resinae speciem memoravit Celsus. — Saltem

legendum est *resina arida*, quum superius (l. 24—25) legatur *resina terbinthina humida*. — Item vox *fel* vel eradenda, quum l. 29 de felle taurino loquatur, vel mutanda est in *sol*, ut legitur apud Constantinum. — Denique voces [*oleumque earum*] post *nuces amaræ* positas recipere nolui, quum jam superius (l. 27—28) *oleum ex amaris nucibus* Celsus scripserit. 163, 6 *eruca*, Targa. — *cicuta* libri omnes quos sequor. Si enim cicutæ semen rodit (vid. p. 162, 30), cur non exedere potest? Atqui cicutæ semina inter ea quæ molliunt a Celso adnumerantur (cap. 15, p. 165, 8), Celsus autem ipse scribit II, 33 p. 73, 3 „*quæ calefaciunt et digerunt, emolliunt*“. cf. Diosc. IV, 79; Plinius XXV, 151 sqq. 163, 7 *calx [acetum]*, Targa. — *acetum* infra ponitur post *vinum*, idque aptius, ut Targa censet. Fortasse hæc vox, seu post *calx*, seu post *vinum* posita, glossema est. \*163, 8 *quæ τιθύμαλλος a Graecis nominatur*, Targa. — Glossema ineptum lactucae marinae, quæ herba, nisi fallor, graece vocatur: *φύκος θαλάσσιον*. Cf. II, 12, 1, p. 56, 19—20; III, 21, p. 108, 27; V, 18, 13, p. 169, 10, ubi nulla fit mentio Graecorum; ideoque hæc voces tollendæ sunt, Targa ipso monente. \*163, 18—19 *lac utrumque* (videl. lac caprifici, et lactucae marinae) *quod proximo capite supra comprehensum est*, Targa. — Verba literis inelinitatis exarata, quæ nullus editor, quod sciam, obelo notavit, mihi valde suspecta sunt; nusquam enim video Celsum in capita, sed in volumina (se. *libros*, ex. gr. cf. p. 263, 23) opus suum divisisse. Semper hac dicendi ratione utitur: *quæ supra posui*, seu *proposui*, seu denique *scripta sunt*. Saltem verba *proximo capite* delenda sunt; cf. quæ notata sunt ad p. 72, 15, ubi de glossemate recte iudicavit Targa idque omnino expulit. \*164, 26 *ochra attice mel asteriæ*, Targa qui *mel erythacc* coniecit eum Caesario . . . *vel astyricæ* seu *astiricæ* eodd. . . *vel asteracæ*, edd. antiquæ; *vel asterica*, Manutianæ. Hoc loco denuo perlustrato nec Targæ conjecturam nec textum Caesarii servandum esse censeo. Equidem puto nomen regionis unde altera ochrae species petita est, sub mendo *astyricæ* latere; praeterea legendum est *ochra attica* (item p. 170, 2 *ochra quæ attica nominatur*. — Cf. Plinium). \*165, 8—9 *σζωρίαν μολύβδον Graeci vocant*. Nonne hæc verba ex glossemate? Eadem reperiuntur p. 176, 24, ibique a Targa obelo notantur. 166, 2 *in sex partes [id est sextantes]*, ut



*idem in sextante denarii habeam*, Targa cum Lind. — *In sex partes, id est sex uncias ut idem in uncia denarii habeam* inepte codd. et fere omnes edd. Haud dubie in cod. archetypo scriptum erat sicut edidi; interpres quidam contra vocem *sxtantem*, in *sex partes*, margini adscripsit, alius autem ineptius: *in sex uncias* — utraque interpretatio in textum irrepsit, veramque lectionem expulit. Insuper vid. p. 175, 21. 166, 6—7 dubito an sint Celsi verba *quos τροχίστους Graeci vocant*, necne. Vox enim *pastillus* saepe apud auctores Latinos Celso antiquiores eo sensu reperitur. 167, 5 *ut in hydropico et in lateris dolore* Targa. Duae voces in *hydropico*, licet alibi (ex. gr. VII, 15, p. 292, 15) Celsus voce *hydropicus* utatur, Targae suspectae sunt; quae enim sequuntur omnia morborum sunt nomina, non aegrotorum. 167, 29 *et lienii [abscessibus et strumae, parotidibus, articulis calcibus quoque suppurantibus aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris]*, Targa. — Omnia verba uncis inclusa inepta sunt, ut Targa ipse notat, atque praeterea Celsiano sermoni repugnant. Ubicumque enim eadem medicamenta composita Celsus exhibet ac Galenus, omittere solet prolixas ἐπαγγελίας, quae saepius apud hunc auctorem descriptiones eorum inchoant. \*168, 10—11 *sycamini quam alias sycomorum vocant*, Targa. — Verba uncis seclusa mihi aequae ac Targae suspecta sunt, et quia desunt etiam apud Galenum loco in textu laudato, et quia interpretatio minus recta videtur. 168, 26 *crocomagmatis [quod quasi recrementum ejus est]*, Targa. — Verba uncis inclusa addititia esse videntur, ut Targa ipse probavit. \*169, 11 *quod ἄπυρον Graeci vocant*, Targa. — Haec verba ex glossemate addita mihi videntur, et quia prorsus inutilia, et quia in cod. 7028 desiderantur. Praeterea notandum est hunc codicem aliam ac ceteros eamque aptiorem hujus capituli divisionem exhibere. Post verba: *sulphuris ignem non experti legitur: pares portiones. Hoc autem quod Niconis est: faecis aridae aceti . . . salis ammoniaci cardamomi* (vox *sinapis* deest apud Galenum) . . . *contunduntur*. Revera apud Galenum loco in textu laud. (l. XIII, p. 343—344) duae medicamenti compositiones inveniuntur quae divisioni cod. 7028 apprime respondent: ideo vox *resinae* (l. 13) quam abundare Targa putabat, recte se habet. Lindenius eandem hujus capituli divisionem habet, sed unde



eam petierit, ignoratur. cf. quae notata sunt ad p. 247, 35. 169, 16—18 verba *Expeditius . . . . . portiones* cod. 7028 omittit ibique legitur: *Alia* (aliud) *in quo* etc., idque fortasse recte. Vix dubium certe quin sub lectione corrupta *seminis* vel *simini*, ut habent codd., lateat nomen animalis cujus stercus ceteris medicamentis simplicibus addere jubet Celsus. 169, 22—23 *orientia tubereula* [*quae φύματα vocantur*]; Targa. — Voces quae φύματα vocantur tollendae sunt, ut Targa ipse docet, nam apud Celsum φῦμα est peculiare genus tuberculorum (cf. V, 28, 9 *init.*). Item p. 170, 5 membrum quod φῦμα vocatur, post tuberculum et l. 18 vocem φύματα post vero delevi. Obiter notandum est cod. 7028 ut Lind. *carcinomata* non *καρκινώδη* exhibere. Cf. quae notata sunt ad p. 247, 35. \* 169, 33 *μελικηρία* (lege *μελικηρίας* et vide *Thessaur. ling. gr. sub voce*, — cod. *melicera*) [*id est favi, vel φύματα*], Targa. — Legi *μελικηρίδες* cum Lind., sed perperam; quodsi verum est Celsum tentatum hunc locum in mente habuisse, quum de favis, seu *κηρίσις* agens (V, 28, 13, p. 216, 25) scripsit: *aut quae proprie huc pertinentiū supra posui, nec μελικηρία* (seu rectius *μελικηρίας*) *nec μελικηρίδες*, sed potius *κηρία*, ut Targa censebat, vulgare libet. Celsus enim *κηρία* a *μελικηρίσι* ipse discernit (cf. V, 28, 13 et VII, 6). Praeterea monendum est voces *id est favi, vel φύματα* vel inutiles, vel ineptas esse, ut Targa ipse docuit. cf. quae notantur ad p. 169, 23—24. 169, 37 *panum*, Targa. — cod. Med. I, 7028 *panem*; cet. *panum* seu *pannum*; p. 211, 27 *panum*, Targa; *panem*, codd., p. 265, 10 *in pane* Targa cum codd. — Ubique *pinus* reposui. Cf. Non. Marcellus *sub voce*: Varr. *Ling. lat.* V, 22, p. 108 ed. Spengel; Plinius passim, et ea quae de hoc verbo disserui in diario *Gaz. médicāle*, 1847, p. 43. 170, 29—30 *στομωτικά*, Targa cum codd. et edd. — *ἀναστομωτικά* Lindenio duce, reposui cum Galeno. \* 171, 3 *Ad ossa*, omnes; *Ad spissa*, 7028. Ea lectio non est spernenda; multa enim in hoc cap. medicamenta quae discutiunt vel digerunt, vel denique resolvunt, reperiuntur. Quid autem his verbis *ad ossa* simpliciter positus, Celsus sibi voluisse potest? 171, 6 ante voces *ficus aridae*, in cod. 7028 legitur: *In alios emplastrans*. Fortasse hic nova inchoat praescriptio, ideoque legendum est *In alio: emplastrum: ficus aridae*, etc. \* 171, 12 *quae ἀγκύλας Graeci nominant*, Targa. — Scribendum erat *quos*, vel potius more Graec-

corum *quas* (cf. ex. gr. p. 112, 26—27 et quae ibi notavi; — 176, 18; 288, 13. 14. *quas* in eod. 7028. Dubium est haec verba sint Celsinum neene. Hoc capitulum sicut et capitula 29 et 22, ni fallor, male habuerunt librarii. 171, 23 *Cleophrantis loco Ctesiphontis* 7028, sed perperam si Galenum (loco in textu laud. t. XIII, p. 936) specto. 172, 22 *ἀλίπαινα*, Targa. — Cum Constantino *alipenae* ex eodd. revocavi. At si fides *Thesaurus ling. gr.* habenda est, haec vox *ἀλίπαινα* nusquam alibi reperitur; *ἀλιπῆ* Galenus, *ἀλίπαντα* Aëtius scribit. 174, 13—14 *aceti sesquicyatho olei minus cyatho*, Targa. — *sesquicyathus* (—*thi* 7028) . . . . . *cyathum* libri antiqui. Quam edidi vera lectio videtur. Cf. VI, 7, 1, p. 240, 16—17. 174, 14—15 [*τεθεραπευμένα Graeci appellant quae*] *curata vocant . . . . . exemptae sunt [ex alio medicamento]* Targa. — Quae ante *curata* leguntur nexum verborum turbant; ex altero vero glossemate nullus sensus elici potest. Haud dubie in margine scriptum erat ad verba *ex sevo: aut ex alio medicamento*. 174, 17 *quae ipsa quoque ἐπισπαστικά nominantur*, cf. § 9 p. 173 et 167, 2. \* 175, 35 *spuma argenti concoquitur*, omnes. Nonne adnotatio est margini adscripta quae pertinet ad primam vel ad secundam compositionem hujus capituli et quae ex § 24 petita est? \* 176, 8 *sunt etiam alba lenia, λευκά Graeci vocant*, Targa. — Alia sunt alba, alia vero lenia emplastra, ut apparet ex Galeno, nec non ex Celso ipso (cf. § 25); ideoque, me iudice, *lenia* profectum a voce *λευκά* literis latius scripta, delendum est; membrum autem *λευκά Graeci vocant* textui restituendum est. Cf. l. 18—19. 176, 16 *percandida compositio [quae supra postea est]*, Targa. — Tres ultimae voces, ut ordo ipse verborum indicat, miro modo sensum turbantes, inepte in margine adscriptae, ineptius in textum translatae fuerunt. 177, 9 *illinere*, Targa. — *illinere* scripsi eum eodd. et edd. 177, 34 *sanguinem [vel cancerum]*; Targa. — *Vel cancerum* sustuli eo quod nulla hujus vitii sit mentio apud Galenum (loco in textu laud.). — Item p. 180, 18, voces [*vel ad cancerum*] post *ad ignem sacrum* addititiae videntur, Targa ipso iudice. 178, 9 *Haec tria compositionum genera [id est, quae in malignatis, pastillis emplastrisque sunt]*, Targa. — Membrum nuncius inclusum nil est nisi adnotatio in margine adscripta, ut Targa ipse notat. 181, 7 *malobathri* Targa. — *malabatri* 7028, *malabathri* Med. I, Vat. VIII; idque

recte, auctore Chr. Lassen (I, p. 281). \*181, 9—10 Post vocem *petroselini* etc. delendum est *trifolii p.*—(V. In eodd. enim Med. II, Vat. VIII, 7028, loco *trifolii* legitur *folii*, unde facile conjicias hae verba loco suo motum glossema esse vocis *malabathri* supra (l. 7) inveniundae. Ceterum in contextu idem est pondus *malabathri* quod *trifolii*. Item (l. 37) haud dubie tollendum est *folii* post *malabathri*; idque nullus editor, quod sciam, animadvertit. 182, 32 *Vinum [et id quod specialiter sic vocatur] et murteum*, Targa. — Verba unciis inclusa ineptum glossema sunt; Celsus enim non de vino murteo sed de oleo murteo agit, ut Targa ipse notat (cf. V, 22, 2 et VI, 8). Insuper vox *specialiter* apud Celsum inusitata est. 182, 32—33 *conficiantur*, Targa; *conjiciantur* revocavi e eodd. 183, 17 *sive lippitudo [sive dentes]*, Targa. — *sive dentes* omittit cod. 7028, idque recte; his enim vocibus acgritudinum enumeratio turbatur; saltem aptius esset si ante *sive coxa* hae voces traductae fuissent. 183, 30 *manipulus [qui manu comprehendí potest]*, Targa. — Quis non videt membrum unciis inclusum glossema esse vocis *manipulus*, ut Targa ipse notat? 184, 1 *adjecto*, Targa. — *adjectis* e eodd. revocavi; item *succo* eodd.; *succi* autem cum Targa legendum est. 186, 9 *in difficili rem esse*, Targa. — *spem* loco *rem* habent Med. I, Vat. VIII, 7028; itaque nil mutandum erat. 187, 31 *rubens*, Targa. — *rubet* Med. I, Vat. VIII, 7028, quod servandum erat. 188, 1 *biliosus vomitus*, Targa. — *bilis vomitus* e eodd. Med. I, Vat. VIII, 7028 revocavi, cf. l. 12 et 26. Item p. 194, 2 *vomitus bilis* cod. 7028 exhibet, ubi *vomitus biliosus* ceteri omnes habent. Nonne hic quoque *bilis* loco *biliosus* scribendum erat? cf. tamen p. 40, 33 ubi libri omnes *vomitus biliosus* habent. 188, 27 *id redditur cito* Lind.; idque recte, ni fallor; *[ea] redditur cito*, Targa qui *id* vel *ea* (ut habent eodd.) abundare censet. \*188, 34 *percussa*, Targa. — *discissa*, Lind. et ego (cf. p. 7, 31; 302, 25; 334, 15); *discussa* eodd., quae lectio servari poterat. 189, 13 *sanies [cst]*, Targa qui recte vocem *est* eradi volebat. 189, 16 (cf. l. 38) *μελιζήρα*, Targa. — *melicra* Med. I; *μελικηρία* Ruellius; ceteri *melitera*; idque recte; vocem enim *μελικήρα* seu *μελιζήρα* quae nusquam alibi reperitur librarii sinxerunt; eaque non recipi debebat in *Thesaurum ling. gr.* Haud dubie Celsus *μελιτηρά* seu *melitera* scripsit. Cf. quae notata sunt ad p.

169, 33. 189, 36 *acer*, Targa et ego; *ater* Med. I, Vat. VIII; omittit 7028; idque fortasse recte si scribitur *ater*; haec enim vox alieujus scioli glossema esset adversus *sublividus* vel *suppallidus* margini adpositum. 190, 37 *a diversa*, Targa et ego cum eodd. Med. I, Vat. VIII, 7028; *adversa* ceteri. Fortasse legendum est *diversae parti* (ef. II, 11 p. 55, 35). 193, 21 *abstinere . . . a cibo debet*, Targa. — *abstinere . . . cibo debet* Med. I, Vat. VIII, 7028, idque reete; sic legitur apud Livium VIII, 24, 18 „*abstinere direptione praedaque*.“ 194, 10 *detergenda*, Targa. — *tergenda* Med. I, Vat. VIII, 7028 quorum lectio non erat mutanda. 194, 16 *rubicundum esse [ulcus]*; p. 197, 27 *purum [ulcus]*, Targa. — utrobique *ulcus* ex glossemate. 196, 16 *pericula*, Targa. — *periculosa* Med. I, Vat. VIII, 7028, camque lectionem retinendam censui. \*197, 9 *accedit*, omittit 7028 idque fortasse reete, sermonis Celsiani ratione habita. 197, 25 *magnum*, Targa, 7028; *majus* Med. I, Vat. VIII; quae lectio servanda est. 197, 31 *lenticula*, Targa, 7028; *lenticulam* eet. eodd.; idque mihi anteponendum videtur, eum propter sensum, tum propter verborum nexum. Cf. Gal. *Meth. med.* XIV, 3, t. 10, p. 951. 198, 7—8 *superponenda sunt quae crustas a vivo resolvant [εσχαράς Graeci vocant]*, Targa. — Haec verba margini adscripta erant contra voeem *crustas*; loco autem quem tenent non ad *crustas*, sed ad medicamenta quae *crustas* resolvunt pertinent; ideoque Constantinus aliique editores scribunt *εσχαρωτικά*, sed perperam; *εσχαρωτικά* enim non *erustas* solvunt, sed inducunt. Unde facile apparet voees *εσχαράς* eet. insititias esse, ut Targa ipse iudicavit. 198, 35 *ac tum plenioribus quoque cibus uti*, Targa. — *ac tum quoque plenioribus cibus uti* eum plerisque eodd. scripsi. *ac tum quoque ut plenioribus* 7028, ubi *ut* praecoccupata iteratio voeis *uti* videtur. 199, 13 *qualis lipara*, Targa. — *quale* scripsi eum eodd. Med. I, Vat. VIII, 7028. 200, 3—4 *Unguenti p.*)-(VII, Targa, qui reete iudicat deesse epitheton voei unguenti; quid autem sit hoc epitheton neseio. Praeterea notandum est eod. 7028 exhibere: *unguenti*)-(IV quod verisimilius videtur. Ea lectio facile mutari potuit in VII ex antiqua scriptura *στροιχείον* u. 200, 31 *si [manus] vulneri imponitur*, Targa. — Vox *manus* glossema ineptum, quod verisimile est contra verba *duobus digitis* in margine adscriptum fuisse. 202, 12—13 *Illud*



*interea*, Targa cum Lind. — *Illud ne intereat* recepi ex codd. et cet. edd.; idque optime sensui congruit. 203, 26 et 23 *ex aceto coactum* — *ex aceto coacti*, Targa. — *coctum ... cocti vel coctae* codd. et edd. — Primo loco *coactum* servavi (cf. p. 166, 25; 177, 30; 264, 12); secundo autem loco *cocti* scribendum esse censui; quid enim sibi voluerit Celsus dicens: *furfures ex aceto coiere*? 206, 11 *excidat [qua huiusce rei medicamen exest]*. Verba uncis inclusa addititia sunt, ut Targa ipse docuit, item l. 18 post verba *mammis feminarum [et in jecore autem aut splene hoc nascitur]*. 207, 1 *ulla*, Targa. — *ulli* recepi ex codd. Med. I, Vat. VIII. 207, 9 *nemo statim potest*, Targa. — *nemo scire potest* codd. et pleraeque edd. Ego *scite* credo legendum esse. 208, 10 *oenanthe*, Targa et ego; *alocnanthe* codd. Celsus ipse *oenanthe* (V, 8) inter adurentia adnumerat, et apud Dioscoridem (V, 5) legitur *oenanthe* prodesse in oris et pudendorum ulceribus depascentibus; Galenus autem (*Sec. gen.* IV, 10, t. XIII, p. 732) adversus ulcera putrida vel nomas scribit: ἡ θαλλία ἐν οἴνῳ ἐφθῆ μετὰ μέλιτος κατάπασσε ἢ χαλκίτιν κατάπασσε. 209, 8—9 *infra ulcera locum caedi*, Lind., Targa. — *infra os ulcerum laedi* revocavi ex codd. ceterisque edd. antiquis. Locus utique depravatus ut videtur; quae autem sit medicina, nescio. 210, 25 *et in inguinibus [lateribus]*, Targa. — Manifestum est vocem *lateribus* ab aliquo sciolo margini adscriptam esse ad interpretandum *inguinibus*, nexumque verborum et sensum turbare. \*211, 1 *apparet*, Targa. — *supcrapparet* codd. et edd.; idque erat retinendum; furunculo enim aperto pars carnis in pus versa (gallice *bourbillon*) intra vulneris labia prominet et *superapparet*. \*211, 36—37 *magisque nocenter adolescit*, Targa cum Const. — *magisque inde venter indolescit* supplem. Med. I, *magisque innocenter indolescit* cet. codd. et edd., *magisque nocenter indolescit* ego. Locus a librariis depravatus. Fortasse legendum est: *magisque inde nocenter indolescit*. 212, 31 *si [una] plaga*, Targa. — *si ima plaga est* Constant. Nec *ima*, nec *una* sensui apta sunt, ideoque supervacanea videntur. 213, 17 *aliae rectae*, Targa. — *aliae recte* codd. Vix tamen hic aliquid affirmare ausim, quia his in rebus parva fides habenda est lectionibus in codd. repertis, nisi saltem admodum sedulo sint excussi. 213, 37—38 *si vero os . . . . penetraverit et quatenus nocuerit*. Locus in codd. depravatus, in



aliis autem aliter. Targa, me iudice, recte emendavit; solummodo *penetraverit* loco *pervenerit* scripsi, eo quod Celsus saepius, ibi et passim verbo *penetrare* (ex. gr. l. 17, 31 et p. 214, 19) hoc sensu utitur, verbum autem *pervenio* (l. 35) usurpat ubi de specillo agitur; forsitan legendum sit *penetrarint*, quae dicendi ratio saepe apud Celsum invenitur (ex. gr. cf. p. 214, 19). Ceteroquin in Med. I, Vat. VIII et 7028 legitur: *si vero os in vicino est id quod disei potest si* (om. 7028) *jam hinc ne eo fistula pervenerit penetrarit* (*penetrarit vel pervenerit* 7028) *quatenus nocuerit*, unde facile patet *pervenerit* glossema esse verbi *penetraverit*; adverbium autem *hinc* seu interpretatio vocis *eo*, seu corruptela particularum *nec ne* videtur. \*214, 17 *tenuius et minus* codd.; *tenuius* Targa, qui et *minus* pro glossemate habet. Nonne servanda erat lectio codd.? et *minus* enim respondet voci *copiosius* (l. 15). 216, 15 *ruro fit nisi in capulis* (sic) cod. 7028; sed perperam, ut apparet e Galeno ceterisque auctoribus. 216, 29 *pars quarta [fico adjecta]*, Targa. — Hae duae voces ex glossemate margini adscriptae fuerunt, ut patet ex verbis supra positis (l. 23) *et fieus* etc.

216, 31 *oportet*, Targa et 7028; *oportebit* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII. 216, 37 et 217, 6 *infra tenue ad eutem latius* — *ad eutem tenue supra latius*, Targa cum codd. Loci a librariis turpiter depravati; acrochordon enim est tuberculum angustam obtinens basim, caput autem orbiculosum (*ἐκφυσίς περιφερῆ τε καὶ διάστερον ἔχουσα βάσιν* Gal. Def. med. def. 500); itaque scripsi *supra latius, ad eutem tenue*. Thymus vero e contra, ut edidi, *ad eutem latius supra tenue*, quod jam Lindenius animadverterat. 218, 9 *majores [pustulae]*, Targa. — Vox *pustulae* (seu *pusulae*) ex glossemate in textum irrepsit. \*219, 5 *donec mellis crassitudo fiat*, Targa. — *dum* (*donec* 7028) *mellis crassitudo ei fiat* Med. I, Vat. VIII, 7028. Hanc lectionem servavi; hic enim et alibi (ex. gr. p. 232, 31; 247, 35; 251, 29) *ei* exhibent codd. idque nec sensui nec grammaticae repugnat; errore tythetarum p. 232, 31 *ei mellis* scriptum est loco *mellis ei*. Non dubito quin pronomen *ei* inseri debeat ante verbum *fiat* l. 23. 219, 9 *scabies vero est aspritudo cutis*, Targa; eo quod *aspera cutis* apud Columellam VII, 5; *τραχυσμός τῆς ἐπιφανείας* apud Paul. Aeg. IV, 2 legitur. *Durior* ex codd. Med. I, Vat. VIII revocavi; hic enim auctoritas codd. me magis movet. 219, 15 *ἀργόταν [id est fe-*

ram], Targa. — Hæc tres voces manifeste ab aliquo enarratore profectæ sunt. 220, 3 *decidunt*, Targa. — *descendant* Med. I, Vat. VIII, 7028; *diseedunt* cet. codd. quos secutus sum. Ἀφίστανται καὶ αἱ λεπίδες τοῦ δέματος Galenus (in Hipp. *De alim.* (Comm. III, § 22) qui tantum duas species impetiginis distinguit.

224, 20 *ex his autem [quæ supra proposui]*, Targa. — Voces nuncis inclusæ hic minime aptæ sunt, nec a Celso scriptæ; additæ sunt ab aliquo enarratore qui animadvertit sæpius verbis *ex his* apud Celsum subungi membrum *quæ supra posui* seu *proposui*.

224, 21 *species est quam semion Graeci vocant.* „Ita in codd. mss. sed mendose“ Targa. Cur mendose? Nonne hæc vox *semion* respondet Graeco σημεῖον (gallice *un signe*, ut recte vertit Des Étangs)? Licet nusquam alibi neque σημεῖον, neque *signum* apud auctores vel in glossariis reperire potuerim eo sensu quo hic a Celso usurpatur. \* 226, 24—25 *neque tamen in lippientibus*, Targa et ego. Vox *in* (quæ a cod. 7028 abest) abundare mihi videtur. Hæc ratio dicendi nusquam, quod sciam, apud Celsum reperitur.

\* 228, 34 *κυθίων*, Targa. — *cythium* e codd. revocavi. Item cum codd. legendum est *tephrion* loco τέφριον (l. 34) — vide Praefat. p. VII. 229, 2 *trigodes*, Targa. — e codd. Med. I, Vat. VIII revocavi *trygodes* quod Graeco respondet. \* 229, 15 *leniter*, Targa. — *leviter* edidi ex codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, qui conjunct. *ex* ante *oleo* omittunt; quæ lectio non est aspernanda. \* 229, 19 *cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum consuetudine uti*, Targa cum codd. et antiq. edd. Vox *dierum* vel mutanda est in *priorum* (cf. p. 226, 24—34), vel potius tollenda cum cod. 7028. 230, 8—9 *aliquando serius*, Targa cum Lind. — *aliquanto sæpius* revocavi ex codd. Med. I, Vat. VIII, 7028; idque sensui aptissimum esse videtur. \* 230, 13—14 Verba: *πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Graeci vocant*, prorsus inutilia videntur, . . . *procidunt procedentes* . . . 7028.

\* 230, 21—22 *singulorum* )-( I, 7028 idque rectius, ni fallor, quam lectio vulgata. 230, 33 *admoventa est*, Targa, qui se refert ad V, 26, 21 (p. 290, 37); ego vero *adhibenda* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028; hæc voce, eo sensu, sæpe Celsus utitur. \* 231, 12 *modo ab interiore, modo ab exteriori* codd., vocem *parte* supplevit Targa cum Lind. Fort. legendum: *modo ab interiore parte, modo ab exteriori.* 231, 25 *prohibet*, Targa. —

— *inhibet* reposui ex codd. Med. I, Vat. VIII et 7028. Targa hic textum mutavit, eo quod vox *inhibet* est apud Celsum ἀπαξ εἰρημένον, quae ratio non praevallet contra auctoritatem codd. mss.

\* 231, 28 *Philalethos*, Targa. — Legendum est vel *Philalcthes*, si de nomine medicamenti sermo est, vel *Philalethae*, si de auctoris.

Item p. 234, 13. \* 231, 28 *huic*, codd.; *huc*, Targa; idque recte, eadem lectio revocanda erat p. 233, 32 et 237, 14, ubi modo *huc*, modo *hic*, vel *hoc*, vel denique *huic* codd. exhibent; ideoque p. 259, 25 lege *huc* pro *hic*, quod perperam, ni fallor, servavi.

233, 2 *sed et ea*, Targa. — *sed ea* scripsi cum codd. et plerisque edd. 233, 10—11; 246, 13 *cornu*, Targa. — *cornus* ex codd. revocavi.

\* 235, 11—12 *maximèque eo, quod σφαίριον nominatur, quod (quia Med. I, Vat. VIII, 7028) lapidem haematitem vocant*, Targa. — Si in mentem revoco quae scripta sunt initio sect. 21 hujus capituli, verba *quod . . . habet* tollenda esse censeo. Quodsi enim *quod* pro pronomine habetur, iusititia sunt haec verba, et quia supra jam dixerat Celsus σφαίριον lapidem haematitem continere, et quia haec dicendi ratio sermoni Celsiano repugnat; si vero pro conjunctione, inepta sunt, quippe quum σφαίριον alia de causa ita vocetur, de quo Targa ipse monuit.

236, 10 *perfricare*, Targa. — *defricare* codd. et plerique edd.; idque congruum videtur. Cf. V, 28, 18 et 19, p. 220, 32; 221, 36. 236, 18 *potest prodesse σιτίον [id quod supra positum est]*, Targa. — Verba uncis inclusa mihi, sicut Targae, addititia videntur.

236, 25—26 *psorici p.* )-( III, 7028; quod verisimilius videtur.

\* 236, 26—31 Verba: *Nulla autem per se materia est . . . . et sic appellatur*, valde mihi suspecta sunt; non dubito quin e margine in textum irrepererint; sermoni enim Celsiano prorsus repugnant; nusquam enim alibi apud hunc auctorem talis euarratio, si non inepta, saltem inutilis, reperitur. In codd. 7028 verba *Psorici compositio. Habet chalcitidis . . . in vas fictile additum et contactum ex foliorum ficis sub terra reponitur diebus XX et rursus sublatum teritur et sic appellatur psoricum* in textu scripta sunt, in margine autem invenitur: *nulla per se materia est quae psoricum appellatur*. Quodsi membrum: *verum de (in codd.) basilico . . . curantur* servari debet, de qua re etiam dubito, legendum est, ut mihi videtur, *De hoc quoque* etc. Reliqua certo ex praecedenti glossemate profecta sunt. \* 237, 30—31 Verba *quam*

παράλυσιν *Gracci* vocant, fortassis hic delenda sunt; Celsus enim, ubi (p. 117, 15) de resolutione nervorum in universum verba facit, jam de nominibus quae a Graccis usurpantur ad diversas *paralysis* species designandas, disserit. 238, 3 *ae poene \*\* difficillime genus* codd. omnes; *poene caligat*, Targa cum Lind.; *caligatur* Const. Apud Aëtium (VII, 54) legitur: *πλατύτερα πολλῶ τοῦ κατὰ φύσιν ὥστε καί ποτε ὀλοσχερῶς ἐμποδίζειν τῷ ὀρᾶν· ποτὲ δὲ ὀρῶσιν, ἀμυδροῶς δέ, καὶ τὰ ὀρῶμενα αὐτοῖς δοκεῖ πάντα μικρότερα εἶναι*. Fortasse legendum: *ae paene omnino caligat*, si ratio habenda est verborum Aëtii. Cf. Pseudo-Gal. *Introd. seu med.* t. XIV, p. 775. 238, 4 *In utraque vero [id est et paralysi et mydriasi] pugnandum est*, Targa. — *id est* etc. interpretatio est quae ex margine in textum irrepsit, ut Targa ipse censebat. 240, 23 *[specillo] teritur*, Targa. — *specillo* glossema videtur. Lind. legit *pistillo*; Celsus autem nusquam dixit seu *specillo* sive *pistillo* terenda esse medicamenta. \*241, 5 *Ptolemaei [chirurgi]*, Targa, qui vocem *chirurgi* tolli jubet eo quod (V, 28, 7, p. 210, 26) eadem vox *chirurgus* post *Meges* a codd. Med. I, Vat. VIII abest; sed haec ratio nunc non me movet, ideoque haec vox in meo textu reponenda est. 241, 32 *aceto dilutum [eodem modo commune auxilium auribus laborantibus est Polybi sphragis ex dulci vino liquata quae compositio priori libro continetur]*, Targa. — De hoc glossemate satis habeo ad Targam ipsum lectorem remittere. 242, 25 *ad idem proficit*, Targa cum Lind.; *idem proficit* codd., quod recepi. 244, 18 *Nares vero intus exulceratas*, Targa. — *intus* omisi cum codd. Celsus enim voce *nares* utitur ad interiora nasi indicanda. 244, 26 *quod genus Gracci ὄζαιναν appellant*, vid. quae notavi ad p. 93, 13—14. 246, 28 et 247, 2 *ficorum partes*, Targa et ego cum codd. Uterque locus corruptus, ut Targa ipse censet; sed quae sit medicina, nescio. \*245, 24—25 *Membrum: quae fere καρκινώδης est, itaque attingi non debet*, miro modo sensum turbat; nusquam enim, quod sciam, apud antiquos auctores *polypus* pro *carcinomate* habitus est. Ideoque glossema videtur suo loco motum; transferri debet, ni fallor, contra: *Has curare oportet medicamentis* etc. (l. 16), ibique non minus ineptum est. 247, 35 *leni igne coquitur*, Targa et ego; *in leni igne coquitur* codd.; *ad lenem ignem decoquitur* Lind., *ad leni ignem decoquitur* 7028. Nescio cur saepius cum cod. 7028



consentiat Lindenius (v. ex. gr. p. 341, 19; 342, 15); an putandum ei praesto fuisse hunc ipsum codicem vel potius alium illi simillimum? \*249, 20 *Ac miserius . . . quo minus*, omnes et ego; fortasse legendum est *Ac eo miserius*. Saltem minor interpunctio post *infans est* reponi debet. 251, 8 *evenire*, Targa. — *venire* e codd. revocavi. 251, 31 *Quod si inflammatio*, Targa. — *Quodsi ea inflammatio* ex codd. Med. I, Vat. VIII reposui. Cf. p. 246, 4, ubi Targa recte legit: *si gravior is tumor* cum plerisque codd., *invitis* eisdem eodd. Med. I, Vat. VIII qui pronomem *is* omittunt. 251, 35—36 *gargarizandum quoque est [quae vel cum lasere, vel sine eo hac ratione uvae subjecta est]*, Targa. — Membrum uncis inclusum adnotatio est in margine adscripta, pertinens ad verba *laser terere* etc., l. 32. 252, 28 *ejici*, Targa. — *refigi* legi cum Const. et Lind. Codd. Med. I, Vat. VIII *refici* habent, sed prorsus mendose. 253, 16 p.)-(IV, Targa; p.)-(VI e codd. Med. I, Vat. VIII reposui. 254, 36 *comprehensa sunt [curant]*, Targa. — Verbum *curant* inepte e margine in textum translatum fuit, et minime aptum sermoni Celsiano videtur. \*256, 27—28 *donec ex ipso crustae leniter resolvantur*, Targa. — Plerique codd. et edd.: *donec ex ipso crustae purae* etc., exhibent. In codd. Med. I, Vat. VIII legitur *donec ex ipso purae leniter* etc.: quae vera est lectio, ni fallor. Vox *crustae* addita fuit ad explicandum *purae*; ideoque in meo textu scribas *purae* loco *crustae*. 264, 23 *maturius*, Targa cum plerisque codd.; *maturiore* Med. I, Vat. VIII, 7028; *maturior* ceteri quos secutus sum. 264, 26 *sed ut*, Targa, me iudice, mendose; *et ut* scripsi cum Med. I, Vat. VIII, 7028, idque consecutioni verborum aptius videtur. \*265, 9 *itemque*, Targa cum plerisque codd. — *janque* Med. I, Vat. VIII, 7028, idque erat servandum, ni fallor. 265, 20 *totius corporis habitus*, Targa et 7028. — *totus corporis habitus* Med. I, Vat. VIII, quod recepi. 266, 24 *et foveri [vulnus] pari portione*, Targa. — Vox *vulnus* addititium videtur; librarius enim non rite intellexit verbum *foveri* absolute proferri. 268, 2 *sui non potest [qua quasi membrana quaedam finit abdomen, quam περιτόναιον Graeci vocant]*. Targa. — Haec adnotatio petita ex IV, 1 et VII, 17, ut Targa ipse docuit, nec sensui nec consecutioni verborum congruit. 268, 15 *agere*, Targa. — *gerere* e codd. Med. I, Vat. VIII, 7028 reposui. \*268,



28 *ut culis hoc ipso extenuatur*, Targa. — *ipso* omittunt codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, quae lectio verisimilis videtur, vox enim *ipso* pro glossemate haberi potest. 268, 35 *excidatur*, Targa. — *adiciatur* Med. I, Vat. VIII, 7028; *dedi ejiciatur* cum cet. codd. 270, 7—8 *si retro . . . trahuntur*, Targa. — *si retrorsus . . . eximatur* codd. Med. I, Vat. VIII; *si retrorsus . . . . trahitur* 7028. Nescio nec qua de causa nec quo auctore Targa codd. Med. et Vat. textum mutaverit; *trahitur* quod 7028 exhibet interpretatio videtur verbi *eximatur*. 272, 3 *omnia autem*, Targa. — *omnia vero* codd., ubi nil mutandum erat. 273, 28 Verba: *idcoque χαλάζια Graeci vocant*, fortasse e glossemate addita sunt; nec enim *χαλάζια* vocantur, quia facile huc illuc impelluntur, sed quia grandini similia sunt. 274, 38 *sicut in vulncribus [et fistulis]*, Targa. — Hae duae voces *et fistulis* addititiae sunt; *in fistulis* enim, ut Targa ipse notat, nullus dies urget sicut interdum in vulneribus. 275, 15 *abscindatur*, Targa. — *abscindat* codd. Med. I, Vat. VIII quod recipiendum est; verbum enim ad chirurgum referri potest. \*276, 9 *usque ad nares*, Targa et ego; *usque nares* codd. Med. I, Vat. VIII; quae lectio servanda erat; Celsus enim sapius hac dicendi ratione utitur. \*276, 18 *difficilior est*, Targa et ego. — Cod. autem Med. I, Vat. VIII *difficiliorem* exhibent; quae lectio nunc mihi anteponenda videtur. 278, 2 *laxanda sutura*, Targa et ego. Locus a librariis depravatus. *Laxandas utraque* Med. I, Vat. VIII; *laxandos utroque ceteri*; *laxanda utique* ex Palavicino libri vulgati. Targa recte emendavit, legitur enim (idque ipse non animadvertit): *orae vulneris inter se simplici sutura committendae* (p. 277, 38). Praeterea notandum est in cap. 16 hujus libri (p. 293, 34) *utraque* in plerisque codd. loco *sutura* reperiri; quae mutatio facile intelligi potest. 280, 27—28 *caput eius [qui curabitur] — oculus [qui curabitur]*, Targa, qui non vidit voces *qui curabitur* ab interprete scriptas esse. \*280, 31—32 *tum acus admovenda est acuta sed non nimium tenuis eaque recta dimittenda est*, Targa. — *tum acus admovenda est sicut aut forte non nimium tenuis eaque demittenda est sed recta est*, codd. Med. I, Vat. VIII; *tum acus admovenda est aut acuta aut forte nimium (non nimium edd. antiq.) tenuis* codd. reliqui et edd.; *tum acus admovenda est acuta ut forte, . . . eaque demittenda est recta*, ego. Denuo autem hoc membrum percensens, loco *ut po-*

tius legendum esse putavi *sic, ut*. Quodsi enim sic legas, eodd. lectionem presse secutus, contextus eo ipso sensum subministrat ratione habita artis medicae quam maxime probandum. 281, 30 *emittant*, Targa. — *mittant* eodd. Med. I, Vat. VIII, quae lectio servanda est. 282, 17 *rectas lineas*, Targa cum plerisque codd.; *rectas cas lineas* dedi cum Med. I et Vat. VIII. 283, 24 *vel a primo natali die*, Targa eum Caesario. Revera vox *natali* omissa est in codd. Med. I, Vat. VIII, sed cf. VII, 12, 4; p. 288, 35—36. \*284, 14 *candemque etiam curationem*, Targa. — *candemque etiam rationem* edidi cum codd. Verba autem in meo textu literis inelinalis exarata tamquam inutilia delenda sunt. Fortassis legendum est: *rationem curationis*, sic ut scribitur p. 284, 31. Ceteroquin voces *curatio* et *ratio* modo inter se mutantur (ex. gr. l. 3 *curatione* pro *ratione*; cf. Targa p. 337, not. 8), modo se invicem expellunt. 284, 30 *et difficilius*, Targa. — *aut difficilius* lego cum codd. Med. I, Vat. VIII. \*285, 4—5 *quod non vi cogendum, sed ita adducendum ut ex facili subsequatur*, Targa qui nullam hujus emendationis rationem profert. — Ego vero cum codd. Med. I, Vat. VIII scripsi *quod non est cogendum, sed ita adducendum (ducendum codd.; idque fortasse servare debebam) ut facile subsequatur*. 287, 12 *eadem facienda*, Targa. — Scripsi *caque facienda*, ut habent Med. I, Vat. VIII ceterique codd. 287, 31 *sed imponendum*, Targa. — *sed* delevi cum eodd. Med. I, Vat. VIII; haec enim particula hic non apta videtur. \*288, 16 *ἀντιάδες autem a Graecis appellantur*. Dubito num hoc membrum sit Celsi necne; quodsi enim refertur ad tonsillas inflammatione induratas, falsa est interpretatio; Graeci namque, ni fallor, *ἀντιάδες* non tonsillas morbo affectas, sed sanas nominant; si simpliciter ad tonsillas, consecutio verborum turbatur. 291, 5 *Humorem quidem vel inciso* codd. et edd., Particula *vel* prorsus vacat. Forte deest alterum membrum ab eodem *vel* ineipiens“ Targa, sed perperam; hoc enim loco *vel* sensu intensivo usurpatur, idque saepius apud Celsum ipsum occurrit. 293, 30 *et spissior*, Targa. — *spissior* lego cum codd. Med. I, Vat. VIII. 297, 5 *scrotum [ipsius]*, Targa. — Vox *ipsius* glossema ut Targa ipse iudicat. 298, 5 *triduo*, Targa. — *triduum* eodd. Med. I, Vat. VIII, quos sequi placuit. 298, 16 *id*, Targa cum Constant. et ego; *eum* libri omnes. Recto

*eum* expungere volebat Morgagnius, vel *id* scribere. 298, 34 *rursum*, Targa. — *sursum* reeepi ex codd. Med. I, Vat. VIII. 299, 29 *incidenda*, Targa. — *excipienda* lego eum codd. Med. I, Vat. VIII; idque sensui multo melius aptari mihi videtur. 307, 2—3 *Homo tum resupinus [eo modo quo in curatione ani figuratur]*, Targa. — Verba uncis inclusa addititia esse jam monuerat Morgagnius. 307, 11 *exhibet*, Targa cum Const. — Ego vero *exigit* e codd. Med. I et Vat. VIII revocavi, forte abundat *sed* ante *aliquanto*. 307, 29 *jam*, Targa et ego; *cam* Med. I, Vat. VIII; fortasse legendum est *etiam*. 308, 9 *Deleas voces qui curatur*. 309, 17 *Loco ῥυάδα*. Sic certo legendum est, expulsa plerorumque eodiem lectione *ρορυάδα*, cui ansam dedit repetita ultima vocis loco syllaba. In altera editione idem sensit Targa, etiamsi magis hariolando hanc lectionem recepisse videtur quam ratione sibi reddita eur ita scribendum esset. Est autem ῥυάς (a ῥέω), vel forsitan et ῥοιάς (a ῥείω), quaelibet quorumcumque excrementorum corporis per meatus naturae congruos ejectione, quae scilicet invito aegroto obtinet. Hujus rei exempla leguntur, quod ad lacrimas attinet, apud ipsum Celsum infra VII, 7, 4; Gal. *Us. part.* V, 3; t. III, p. 811; *Diff. morb.* 10; t. VI, p. 870; *Meth. Med.* XIV, 15; t. X, p. 1002; *Sec. loc.* IV, 7; t. XII, p. 774; *Comm. in Hipp. Epid.* VI, II, 36; t. XVII, p. 966; Alex. Trall. II, 8; Aët. VII, 88; Paul. Aeg. III, 22 et VI, 17, quod ad urinam, apud Aretaeum *Sign. Chron.* II, 4; Pseudo-Gal. *Introd. scu med.* 19, t. XIV, p. 797; Oribasium *Coll. med.* XLV, 7 et L, 4; Aët. XI, 9 et 14; quod ad alvi proluviem, apud Oribasium ib. XLIV, 13 et Aëtium XIV, 10. — Ceteroquin ef. p. 274, 24, ubi et Targa ipse ῥυάδα scripsit, invitis codd. qui ῥυπάδα seu *rhifada* exhibent. 309, 1, 5; 336, 7 *voce* *ejus* post *manus*; 327, 32 post *vertice* codd. exhibent, sed pro glossemate habeas; item p. 336, 7 eadem vox tollenda est, ni fallor. 309, 37 *proposui*; Targa. — *posui* revocavi e codd. Med. I, Vat. VIII; ef. ex. gr. p. 334, 5. \* 310, 2 *atrahitur*, Targa. — *atrahatur* Med. I, Vat. VIII et plerique alii codd.; idque revocandum est; hoc enim verbum ad conjunctionem *ut* referri debet. \* 311, 24 *urina postea promovetur et excidit*, Targa. — Nonne legendum est .... *promovente*, *excidit*, ut habent Med. I et Vat. VIII? 312, 17 *metus excipit [remotis medicaminibus]*, Targa. — Verba uncis in-

clusa insititia esse Targa ipse censet. \* 312, 25; 316, 22 *vulnus . . . vulnera*, Targa. — *ulcus — ulcera* scripsi cum Med. I et Vat. VIII. — Item p. 313, 27 et 29 *ulcus* reponere debebam cum iisdem codd. Vocem cuius *ulcus* Celsus usurpat sicut Graeci vocem ἕλκος. \* 313, 24 *si quid urinae rodit*, libri omnes et ego. Nonne melius legeretur *si quid urina rodit* vel cum 7028 *si quid urina id rodit?* cf. l. 26 et 34. 313, 26 Post: *rosa temperabitur* codd. et edd. habent: *Hinc curationi optissimum videtur encepharmacum emplastrum. nam et serum habet ad pus movendum et mel ad ulcus repugnandum, medullam etiam maximeque vitulinam quod in id ne fistula relinquatur proecipue proficit.* Quae verba insititia esse Targa ipse notat. \* 313, 35 *excidunt*, Targa. — *excidunt* legi cum codd. Med. I, Vat. VIII; praeterea notandum est loco *si ante* Med. I et Vat. VIII exhibere: *similiter* Med. I, Vat. VIII *similiter ante* cet. codd., *si similiter ante* Palavicinus. Emendationem Targae sequi placuit, quamvis non sit certa. Fort. legendum est *si simul ante*. 319, 23 *inflammationi*, Targa cum Lind. — *inflammationis* e codd. Med. I, Vat. VIII revocavi. 319, 28 *exciditur*, Targa. — *praeciditur* scripsi ex codd. Med. I, Vat. VIII. \* 320, 19 *coxendices*, Targa cum libro Guilandini. — *cervices* codd. ceteraque edd. Fortasse legendum est *coxas* more Celsiano. 320, 29—30 *venularum*, Targa. — *venarum*, ut scripsi, Med. I et Vat. VIII. 321, 24 *durum* loco *curvum* Med. I, Vat. VIII, sed mendose, ni fallor. \* 324, 2—3 *sub iis . . . continent*, Targa eum Morgagnio. *sub iis . . . continent*, Const.; *sub his connectunt* Med. I, Vat. VIII. Ideoque *connectunt* scripsi; *his* pro *iis* forsitan cum iisdem codd. legere debuerim. 324, 30 ζυγῶδες, Targa, sed mendose; ζύγωμα scripsi. ut jubet sermonis graeci ratio; saltem ζυγοειδές (subaud. ὀστέον) legendum erat eum Pseudo-Gal. *Intrad. seu med.* 12, t. XIV, p. 721. Cf. *Thes. ling. gr.* sub voce. \* 325, 27—28 *Secunda superiori parti inferiori . . . pars summa*, Targa et ego. Locus hand dubie a librariis depravatus. Nonne legendum *secunda superiorem* (subaud. *sustinet*) *parte anteriore*, seu potius ut Morgagnius censebat *secundae pars summa* omnibus reliquis delctis? 326, 22 *Eo in summis*, Targa et ego, invitis codd. qui omittunt *in*. Cf. p. 327, 22. \* 328, 15 *rursus ob inferioribus quoque capitibus*, Targa. — *Vox inferioribus* mihi videtur orta esse a *capitibus*, ideoque *inferiori* (vid.



parte) legere maluerim. \*330, 9—10 *Sin autem nigrities est aut si caries ad alteram quoque partem . . . excidi [atque idem quoque in curie ad alteram partem ossis penetrante fieri potest]*, Targa. — Voces: *aut si caries* cet. videntur e margine in textum irrepsisse, et denuo occasionem praebuisse novae adnotationi quae uncis includitur. Celsus de *earie* jam locutus erat, nec opus erat ad eam reverti.

\*331, 18—19 *Vix unquam nigrities, earies saepe totum os perrumpit*, Targa. — *Vix unquam nigrities integrum caries per totum os perrumpit* codd. et edd. Locus a librariis depravatus. Celsus, ni fallor, scripsit: *Vix unquam nigrities, interdum caries, totum os perrumpit*. Vox *integrum* loco *interdum* ex praecedenti membro oscitanter a librario repetita est. *per* seu glossema est, sive potius provenit e verbo *perrumpit* praeoccupato.

331, 25 *id quoque [signi] specillo*, Targa. — Vox *signi* ex glossemate. Saltem interpretis *signo specilli* scribere debebat.

332, 2 *suspendendaque manus sinistra est*, Targa cum Med. I, Vat. VIII. — Ego vero scripsi *suspendendaque magis sinistra manus est*, cum ceteris codd. et edd. Targaque ipso in ed. Patav. 1815.

332, 31 *expellit [eaque fere quia testa tenuis et angusta est λεπής, id est squama, Graecis nominatur]*, Targa. — Membrum uncis inclusum interpretatio est alicujus scioli, loco suo mota; vox enim *λεπή* non ad carunculam, sed ad os referri potest; haud dubie scripta fuit haec interpretatio contra: *os adustum* etc., l. 29.

333, 5 *percussa est*, Targa. — Verbum *est* omittunt codd. omnes: quae lectio nunc anteposenda mihi videtur. — Item *est* post *fronte* p. 323, 9 a cod. 7028 abest. \*335, 12 Nonne verba *curare usque* ex glossemate sunt?

336, 9 *nihil latens in eo ossis caro est*, Targa. — *nihil late sine osse eavum est* codd. Med. I, Vat. VIII. Cocchius novam lectionem proposuit quam recepi; fortasse, ut minus ab optimis codd. recederem, tollere dehebam *eo*.

337, 30 *eaque [carni]*, Targa, qui notat vocem *carnis* ex glossemate in textum receptam fuisse. 338, 34 *nihil minus [extrinsecus]*, Targa. — Adverbium *extrinsecus* (saltem scribendum erat *intrinsecus* jubente Lindenio) perperam repetitum est e periodo sequenti.

339, 29—30 *primis temporibus*, Targa. — *primi temporis* e codd. et edd. antiq. revocavi.

\*341, 3 *tricesimum [diem]*, Targa, qui pro glossemate habet vocem *diem*. Hanc vocem post *quadragesimum* (l. 5) cod.

7028 exhibet, idque Targaë opinionem firmat. Ceteroquin in hoc eod. totum hoc membrum depravatum est; solummodo *at pro et ante vicesimum* (l. 4) habet, idque si *ac* legitur, fortasse anteponendum est. 341, 19 *subsistente*, Targa et ego eum omnibus quos ille vidit eodiceibus. *consistente* Lind. et 7028. Vide quae notavi ad p. 247, 35. 341, 20 *sub id*, Targa. — *subit* scripsi cum eodd. 7028, Med. I, Vat. VIII, idque optime sensui eongruit. \*342, 15 *sub ala sua*, Targa, eodd. et plerique edd. — Quid autem sibi voluerit Celsus voce *sua*? Scripsi *sub ala sana* quod sensum maxime probandum exhibet. Fortasse etiam pro *fascia dari* ex Constant. recepto legendum est *fasciare*, vel potius *fasciari* cum eodd. 342, 15 *de costa ... viscera est*, omnes praeter Lind. atque eod. 7028, in quibus legitur *de costis ... viscera sunt*. Cf. quae notavi ad p. 247, 35. 343, 17 *Post sequitur*, eodd. et edd. habent [*et sanguis spuitur*], quae verba Targa tamquam glossema repudiavit, idque reete. Quid enim erat addendum post *vitae periculum*? Saltem haec adnotatio in margine scripta, post *graves inflammationes* inseri debebat. 343, 27 *ex [herba] stocchade*; omnes. Vox *herba* tollenda est, in margine scripta fuit ad *stocchas* interpretandum. \*345, 1—2 *pejor ubi obliqua, atque ubi multa fragmenta*, Targa et ego; *pejor ubi multa fragmenta, atque ubi obliqua*, eodd. Med. I, Vat. VIII, 7028, ibique nil mutandum erat. Iidem eodd. *pessimum* habent pro *pessima* (l. 2), quod fortasse tolerari potest, licet haec lectio minus idonea videatur. 345, 17 *quodque*, Targa. — *quoque* eum eodd. scripsi. 345, 22 *cruribus [evenit]*, omnes. Vox *evenit* repugnare videtur sermoni Celsiano; ideoque eam expunxi. 345, 30 *prima brevissima [adhibenda]*, omnes. Vox *adhibenda* ab aliquo seiolo inepte addita et sensum et verborum nexum turbat. 346, 4 *ex cervice ipsius [qui laesus est]* — l. 10—11 *inter femina ejus [qui curatur]*, Targa, qui ipse verba *qui laesus est ... qui curatur* tamquam glossemata expellere jubet. Ceteroquin in hoc capitulo turpiter a librariis depravato emendationes Targaë secutus sum fusiusque de universa hae re disserui in *Diario Gazette méd. de Paris*, 1847, p. 126 sqq. 347, 19 *sic inclinandum est*. Post hoc membrum nonnulla deesse censet Targa; requirit enim aliquid quo referri possit *partieula sic*. At, me iudice, ex universa intentionis enarratione satis colligere licet quomodo inclinandum

sit brachium; nec opus erat Celso ut repeteret quae jam antea ab eo, etiamsi non disertis verbis expressa, tamen satis apertè indicata erant. Eodem sensu particula *sic* usurpatur p. 348, 1. 349, 18 *senserint*, Targa cum Lindenio et 7028 (cf. quae notata sunt ad p. 247, 35). — *senserunt* ceteri omnes, quae lectio servanda est. \*349, 21 *humerus [vero] quoque*, Targa. — Vox *vero* quam jubente Targa perperam delevi in meo textu reponeunda est. Haec particula enim conjunctioni *quidem* (l. 23) apprime respondet. *quoque* omittitur in cod. 7028, sed mendose, ni fallor. 349, 33 *adjectum sit [cetera eadem]*, Targa. — Voces *cetera eadem* sensum turbant; ideoque tollendae sunt. Librarius, ut Targa ipse docuit, a praecedentibus *adjectum sit* transiit ad *cetera eadem* (p. 350, 2); quum autem animadverteret lapsum se esse rediit ad membrum *deliganda* cel.; verba vero *cetera eadem* eradere aut punctis subpositis notare neglexit. — *pauhulum* loco *paulum* (l. 32) habet 7028. 350, 36 Vox *plagam* deest in codd. Reperitur in margine edit. Constant.; prorsus necessaria videtur. 350, 37 *vulnere*, Targa. — *ulcere* alii omnes, idque servandum erat. — Item p. 351, 2 reposui *ulcus* pro *vulnus*. Cf. quae notata sunt ad p. 313, 27. 351, 11 *[ut aliquid laedatur] ossa*, Targa. — Verba uncis inclusa margini adscripta fuerunt ad explicanda: *ut conuerrendo exasperentur* (l. 12). 351, 37 *in alterum [par] membrum*, Targa. — Vox *par* in Med. I addita videtur ab aliquo sciolo; sine ea enim sensus constat. 352, 20 *vertebrae*, Targa. — *vertebra* scripsi cum codd. Ceteroquin cf. l. 32. 352, 24 *[et in posteriorem et in anteriorem]* Duce Targa hoc membrum recepi ex Lindenio. Vid. p. 359, 1. Particula *et* ante *in anteriorem* omittitur a cod. 7028. 353, 10 *laccendum non est*, Targa cum Constant. — *nunc* (sic edd. antiq.) *classendum est* Med. I, Vat. VIII, 7028, qui verbum *est* omittit, idque fortasse recte, dummodo legatur ut edidi quo minus a codd. recederem: *non laccendum*. 353, 25 *Tunc frictionem ei membro adhibere; cibus uti bonis; vino modice*, Targa, qui *uti* repetitum ante *vino* tamquam glossema recte expellere jubet. *Tunc infractionem* (sicut cel. codd.) *eidem membro adhiberi vino modico cibus uti bonis*, cod. 7028 qui, licet sit in ceteris mendosus, emendationem Targae confirmat; nec forsitan aspernanda sit lectio *vino modico*. 354, 16 *digiti [medici — modici digiti 7028] pollices*,

Targa, qui recte iudicat vocem *medici* addititiam esse; idque varietate lectionis cod. 7028 firmatur. \* 359, 2—3 *At id quod in latus elapsum est digitis restitui*, Targa cum plerisque codd. et Morgagnio, qui me iudice optimam praeiungit emendationem; *atque ita in latus* cet. Med. I, Vat. VIII, *atque ita in latus unde lapsus est digitus restituitur* 7028 et Lind. qui locum pro *latus* reposuit (cf. quae notavi ad p. 247, 35), eaque lectio revera sensum idoneum exhibet; membrum praegressum tamen (*qui vel in priorem* cet.) satis manifeste indicat adhuc expectandam esse alius luxandi rationis enarrationem. 359, 14 *valgius*, Targa cum Lind. — *valgium* cod. Constant.; *vatum* Med. I, Vat. VIII; *varum*, sed inepte 7028; *vastius* edd. ant. et plerique codd; *vatium* reposui iubente Targa. 359, 34 *Heraclides aliique quidam*, Targa et ego cum Cocchio et Morgagnio; sed perperam, ni fallor. Codd. plerique habent: *Heraclides, faber quoque quidam* (*quid quovis* Vat. VIII, — *Heraclides quicquam* 7028). Certe apud Oribasium (cx. gr. lib. XLIX, 24 sqq.) saepius huius *fabri* fit mentio tanquam machinamenti auctoris, etiamsi nomen ejus ignoratur. 360, 14 *ea [etiam] inferior*, Targa. — *et etiam inferior* Med. I, *etiam inferior* Vat. VIII, *et jam interiora qua* (quae corruptela facile intelligi potest) *recessit*, 7028. Fortasse legendum est ut scripsi, duce Targa, *ea inferior*, vel cum cod. 7028 *et jam inferior* (omisso *ea*), quae lectio ceteroquin reliquorum atque optimorum codd. vestigia premit. 360, 21 *minister idem contra coxam*, Targa. — *minister contra idem coxam* Med. III et VI, *minister contra coxam* 7028 et Lind. (cf. quae notavi ad p. 247, 35); *minister contra inde coxam* Med. I, Vat. VIII quos, ratione habita chirurgiae, sequi convenit. 362, 17 *aut in inflammatione*, Targa et 7028. — *aut inflammationem* Med. I; alii *ante inflammationem*. Legendum est *aut ante inflammationem*. Quid enim sibi voluerit Celsus dicens: *ossa digitorum reponenda esse in inflammatione?* Apud Hippocratem (*Art.* § 67, t. IV, p. 278) legitur ἐμβάλλειν δὲ καὶ αὐθήμερόν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, τριταίῳ δὲ ἢ τεταρταίῳ — ἤκιστα· τεταρταῖα γὰρ εἶόντα, ἐπισημαίνει τῆσι παλιγκοτήσιν μάλιστα. Reliqua vero ut Celsus.



A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER SEXTUS

IDEM

MEDICINAE PRIMUS.

---

PROOEMIUM.

Conspectus historiae medicinae. Quae ratio medicinae potissima sit.

Ut alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem aegris Medicina promittit. Haec nusquam quidem non est: siquidem etiam imperitissimae gentes herbas, aliaque promta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Verumtamen apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris nationibus, exulta est; ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos saeculis; utpote quum vetustissimus auctor Aesculapius celebretur. Qui, quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in Deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem sequuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Homerus (*Il.*), non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse, proposuit. Ex quo apparet, has partes medicinae solas ab iis esse tractatas, easque esse vetustissimas. Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram Deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam. Verique simile est, inter nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiant: siquidem haec duo, corpora, prius in Graecia, deinde

apud nos, affligerunt. Ideoque multiplex ista medicina, neque olim [apud Graecos], neque apud alias gentes necessaria, vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit. Ergo etiam post eos, de quibus retuli, nulli clari viri medicinam exercuerunt; donec majore studio literarum disciplina agitari 5 coepit, quae, ut animo praecipuae omnium necessaria, sic corpori inimica est. Primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur, ut et morborum curatio, et rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit: scilicet iis hanc maxime requirentibus, qui corporum saorum roborum quieta cogitatione, nocturnaue vigilia minuerant. Ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos ejus fuisse accepimus; clarissimos vero ex iis Pythagoram, et Empedoclem, et Democritum. Hujus autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab 15 studio sapientiae disciplinam hanc separavit, vir et arte et facultia insignis. Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus, tum Herophilus et Erasistratus sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint. Iisdemque temporibus in tres partes medicina ducta est: ut una esset, quae victu; altera, quae medicamentis; tertia, quae manu maderetur. Primam *διαιτητικήν*, secundam *φαρμακευτικήν*, tertiam *χειρουργικήν* Graeci nominarunt. Ejus autem, quae victu morbos curat, longe clarissimi auctores, etiam altius quaedam agitare conati, rerum 25 quoque naturae sibi cognitionem vindicarunt, tamquam sine ea trunca et debilis medicina esset. Post quos Serapion, primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu tantum et experimentis eam posuit. Quem Apollonius, et Glancias, et aliquanto post 30 Heraclides Tarentinus, et alii quoque non mediocres viri sequuti, ex ipsa professione se *ἐμπειρικούς* appellaverunt. Sic in duas partes ea quoque, quae victu curat, medicina divisa est, aliis rationalem artem, aliis usam tantum sibi vindicantibus: nullo vero quidquam post eos qui supra compre- 35 hensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex cujus successoribus Themison naper ipse quoque quaedam in senectute

deflexit. Et per hos quidem maxime viros salutaris iusta nobis professio increvit.

Quoniam autem ex tribus medicinae partibus, ut difficillima, sic etiam clarissima est ea, quae morbis [sc. *victu*] medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia prima in eo dissensio est, quod alii sibi experientorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt, alii, nisi corporum rerumque ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt, indicandum est, quae maxime ex utraque parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit. Igitur ii, qui rationalem medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentium causarum notitiam, deinde evidentium; post haec etiam naturalium actionum; novissime partium interiorum. Abditas causas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra corpora sint, quid secundam, quid adversam valetudinem faciat. Neque enim credunt, posse eum scire, quomodo morbos curare conveniat, qui, unde hi sint, ignoret; neque esse dubium, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principiis \*) vel superans aliquid, vel deficiens adversam valetudinem creat; ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt: alia, si in humidis omne vitium est, ut Herophilo visum est; alia, si in spiritu, ut Hippocrati [in libro *de Flatibus*]; alia, si sanguis in eas venas [sc. *arterias*], quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur, et inflammationem, quam Graeci *φλεγμονήν* nominant, excitat, eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, ut Erasistrato placuit; alia, si manantia corpuscula, per invisibilia foramina subsistendo, iter claudunt, ut Asclepiades contendit; eum vero recte curaturum, quem prima origo causae non fefellerit. Neque vero infitiantur, experimenta quoque esse necessaria; sed ne ad haec quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione, contendunt; non enim quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse, sed cogitasse, quid maxime conveniret, et id usu explorasse, quo ante conjectura aliqua duxisset; neque interesse, an nunc jam pleraque explorata sint, si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita

\*) Id est *igne, aere, aqua, terra, seu calido, frigido, sicco, humido.*

se habere. Saepe vero etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit, et ideo necessarium sit animadvertere, unde ea coeperint; sine quo nemo reperire mortalium possit, eum hoc, quam illo, potius utatur. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persequuntur. Evi- 5  
dentes vero eas appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus; fames, an satietas; et quae similia sunt; occurrurum enim vitio dicunt eum, qui originem non ignorarit. Naturales vero corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus et emittimus; cibum potionemque et assu- 10  
mimus et concoquimus: itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam, quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant; quae ratio somni, quae vigiliae sit: sine quorum notitia neminem putant vel occurrere, vel mederi morbis inter haec nascentibus posse. 15  
Ex quibus quia maxime pertinere ad rem coniectio videtur, huic potissimum insistent; et, duce alii Erasistrato, teri cibum in ventre contendunt; alii, Plistonico Praxagorae discipulo, putrescere; alii credunt Hippocrati, per calorem cibos concoqui: acceduntque Asclepiadis acmuli, qui, omnia ista vana et 20  
supervacua esse, proponunt: nihil enim concoqui, sed erudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. Et haec quidem inter eos parum constant: illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc; alium, si illud verum est. Nam si teritur intus, eum quaerendum esse, qui facillime teri 25  
possit; si putrescit, eum, in quo hoc expeditissimum est; si calor concoquit, eum, qui maxime calorem movet: at nihil ex his esse quaerendum, si nihil concoquitur; ea vero sumenda, quae maxime manent qualia assumpta sunt. Eademque ratione, quum spiritus gravis est, quum somnus aut vigilia 30  
urget, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant, perciperit. Praeter haec quum in interioribus partibus et dolores et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, qui ipsas ignoret. Necessarium ergo esse incidere corpora mortuorum, eorum- 35  
que viscera atque intestina scrutari; longeque optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines, a regibus ex carcere acceptos, vivos incidere, considerarintque,



etiamnum spiritu remanente, ea, quae natura ante clausisset, eorumque positum, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, laevorem, contactum; processus deinde singulorum et recessus, et sive quid inscribitur alteri, sive quid partem alterius in se recipit. Neque enim, quum dolor intus incidit, scire quid doleat, eum, qui, qua parte quodque viscus intestinumve sit, non cognoverit: neque curari id, quod aegrum est, posse ab eo, qui, quid sit, ignoret. Et quum per vulnus alicujus viscera patefacta sunt, eum, qui sanae cujusque colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit; ita ne succurrere quidem posse corruptis. Aptiusque extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum et sedibus et figuris, cognitaque eorum magnitudine: similesque omnia, quae [intus] posita sunt, rationes habere. Neque esse crudelc, sicut plerique proponunt, hominum nocentium, et horum quoque paucorum, suppliciiis, remedia populis innocentibus saeculorum omnium quaeri.

Contra ii, qui se *ἐμπειρικούς* ab experientia nominant, evidentes quidem causas, ut necessarias, amplectuntur: obscurarum vero causarum et naturalium actionum quaestionem ideo supervacuum esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit. Non posse vero comprehendere, patere ex eorum, qui de his disputarunt, discordia; quum de ista re, neque inter sapientiae professores, neque inter ipsos medicos conveniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat, quam Herophilo? cur huic potius, quam Asclepiadi? Si rationes sequi velit, omnium posse videri non improbabilis; si curationes, ab omnibus his aegros perductos esse ad sanitatem. Ita neque disputationi, neque auctoritati cujusquam fidem derogari oportuisse: etiam sapientiae studiosos maximos medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret; nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam. Differre quoque pro natura locorum genera medicinae; et aliud opus esse Romae, aliud in Aegypto, aliud in Gallia. Quod si morbos eae causae facerent, quae ubique eadem essent, remedia quoque ubique eadem esse debuissent. Saepc etiam causas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his patere medicinam. Quod si scientiam hanc non subjiciat evidens

causa, multo minus eam posse subijcere, quae in dubio est. Quum igitur illa incerta, incomprehensibilis sit, a ceteris potius et exploratis petendum esse praesidium; id est, iis, quae experientia in ipsis rationibus doerit; sicut in ceteris omnibus artibus; nam ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse, quia non ab obscuris causis, neque a naturalibus actionibus, quae apud eos diversae erant, sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerint. Ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis. Aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumsisse, alios propter fastidium abstinnisse; levatumque magis eorum morbum esse, qui abstinerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem ejus; optime deinde iis eessisse, qui post finem febris id fecerant. Eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo; graviioresque eos factos, qui se implerant. Haec similiaque quum quotidie ineiderent, diligentes homines notasse, quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, aliorum interitu, perniciose discernentem a salutaribus. Repertis deinde jam remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse: nec post rationem medicinam esse inventam; sed post inventam medicinam rationem esse quaesitam. Requiere etiam ratio idem doceat quod experientia, an aliud: si idem, supervaenam esse; si aliud, etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse, nunc vero jam explorata esse; neque aut nova genera morborum reperiri, aut novam desiderari medicinam. Quod si jam inerat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris: sed eum protinus visurum, cui morbo id proximum sit; tentaturumque remedia similia illis, quae vicino malo saepe succurrerint, et per ejus similitudinem opem reperturum. Neque enim se dicere, consilio

medicum non egere, et irrationale animal hanc artem posse  
 praestare; sed has latentium rerum conjecturas ad rem non  
 pertinere; quia non intersit, quid morbum faciat, sed quid  
 tollat, neque quomodo, sed quid optime digeratur; sive hac  
 5 de causa concoctio incidat, sive de illa; et sive concoctio sit  
 illa, sive tantum digestio. Neque quaerendum esse quomodo  
 spiremus, sed quid gravem tardumque spiritum expediat; ne-  
 que quid venas moveat, sed quid quaeque motus genera signi-  
 ficient. Haec autem cognosci experimentis. Et in omnibus  
 10 ejusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse; ita-  
 que ingenium et facundiam vincere; morbos autem non elo-  
 quentia, sed remediis curari. Quae si quis elinguis usu dis-  
 creta bene norit, hunc aliquanto majorem medicum futurum,  
 quam si sine usu linguam suam excoluerit. Atque ea quidem,  
 15 de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo; id vero,  
 quod restat, etiam crudele: vivorum hominum alvum atque  
 praecordia incidi, et salutis humanae praesidem artem non so-  
 lum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam, inferre; quum  
 praesertim ex iis, quae tanta violentia quaerantur, alia non  
 20 possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere. Nam  
 colorem, laevorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia, non  
 esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint: quia quum,  
 corporibus inviolatis, haec tamen metu, dolore, iuedia, crudi-  
 tate, lassitudine, mille aliis mediocribus affectibus saepe mu-  
 25 tentur; multo magis verisimile est, interiora, quibus major  
 mollities, et lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus et  
 ipsa trucidatione mutari. Neque quidquam esse stultius, quam  
 quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente,  
 imo jam mortuo; nam uterum (sc. *ventrem*) quidem, qui minus  
 30 ad rem pertineat, spirante homine posse diduci: simul atque  
 vero ferrum ad praecordia accessit, et discissum transversum  
 septum est, quod membrana quadam superiores partes ab infe-  
 rioribus diducit (*διάφραγμα* Graeci vocant), hominem protin-  
 us animam amittere: ita mortui demum praecordia et viscus  
 35 omne in conspectum latrocinantis medici dari necesse est tale,  
 quale mortui sit, non quale vivi fuit. Itaque consequi medicum  
 ut hominem crudeliter iugulet, non ut sciat, qualia vivi viscera  
 habeamus. Si quid tamen sit, quod adhuc spirante homine

conspectui subjiciatur, id saepe casum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viatorem a latronibus exceptum sic vulnerari, ut ejus interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia: ita sedem, positum, ordinem, figuram, similiaque alia cognoscere prudentem medicum, non caedem, sed sanitatem molientem; idque per misericordiam discere, quod alii dira crudelitate cognorint. Ob haec ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse, quae, etsi non crudelis, tamen foeda sit; quum aliter pleraque in mortuis se habeant: quantum vero in vivis cognosci potest, ipsa curatio ostendat.

Quum haec per multa volumina, perque magnae contentionis disputationes a medicis saepe tractata sint atque tractentur: subjiciendam est, quae proxima vero videri possint. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia; media quodammodo inter diversas sententias: quod in plurimis contentionibus deprehendere licet, sine ambitione verum scrutantibus, ut in hac ipsa re; nam quae demum causae, vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent; quomodo spiritus, aut cibus, vel trahatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura persequuntur. Cujus autem rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest. Verumque est, ad ipsam circrandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam. Quamquam igitur multa sint ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adjuvant, excitando artificis ingenium. Itaque ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Verique simile est, et Hippocratem et Erasistratum et quicumque alii, non contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse. Ratione vero opus est ipsi medicinae, etsi non inter obscuras causas, neque inter naturales actiones, tamen saepe; est enim haec ars conjecturalis; neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia. Et interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut assuevit. Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse no-



vus est: quem non incidere, manifeste falsum est; quum aetate nostra quaedam, ex naturalibus partibus carne prolapsa et arente, intra paucas horas expiraverit sic, ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint. Quos eo  
5 nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit, ne occidisse, nisi servasset, videretur: veri tamen simile est, potuisse aliquid cogitari, detracta tali verecundia; et fortasse responsurum fuisse id, quod aliquis esset expertus. Ad quod medicinae genus neque semper  
10 similitudo aliquid confert; et si quando confert, tamen id ipsum rationale est, inter multa similia genera et morborum et remediorum, cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Quum igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniatur, quod non utique fortasse, sed saepius tamen  
15 etiam respondeat. Petet autem novum quoque consilium non ab rebus latentibus, istae enim dubiae et incertae sunt, sed ab iis, quae explorari possunt, id est evidentibus causis. Interest enim, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri  
20 natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit; validi nervi, an infirmi; frequens adversa valetudo, an rara; eaque, quum est, vehemens esse soleat, an levis; brevis, an longa: quod is vitae genus sit sequutus, laboriosum, an quietum; cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, similibusque, saepe curandi nova ratio ducenda est.

Quamvis ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant; nam et Erasistratus non ex his fieri morbos dixit; quoniam et alii, et iidem alias post ista  
30 non febricitarent: et quidam medici saeculi nostri, sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone, contendunt, nullius causae notitiam quidquam ad curationes pertinere; satisque esse, quaedam *communia* morborum intueri. Siquidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere aegros, modo  
35 nimium; modo alia parte parum, alia nimium. Haec autem genera morborum modo acuta esse, modo longa; et modo incrementum, modo consistere, modo minui. Cognito igitur eo,

quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continendum; si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter jam ad sanitatem inclinatis. Horum observationem medicinam esse; quam ita finiunt, ut quasi viam quamdam, quam *μέθοδον* Graeci nominant, eorumque, quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendunt. Ac neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus adnumerari volunt: quum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam; ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. Quod ad Erasistratum pertinet, primum ipsa evidētia ejus opinioni repugnat; quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit. Deinde non sequitur, ut quod alium non afficit, aut eundem alias, id ne alteri quidem, aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quaedam subesse corpori, vel ex infirmitate ejus, vel ex aliquo affectu, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt; eaque per se non tanta, ut concitent morbum, tamen obnoxium magis aliis injuriis corpus efficiant. Quod si contemplationem rerum naturae, quam non temere medici sibi vindicant, satis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod junctum aliis maxime movet. Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit, idque nimis repleto corpore incidere, reperit, cur ex duobus aequē repletis, alter in morbum inciderit, alter omni periculo vacarit; quod quotidie fieri apparet. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam non per se, quum plenum corpus est, fieri, sed quum horum aliquid accesserit. Themisonis vero aemuli, si perpetua, quae promittunt, habent, magis etiam quam ulli, rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget; si modo, quod primum est, non memoriae soli, sed rationi quoque insistit. Sin, quod vero propius est, vix ulla perpetua praecepta me-

dicinalis ars recipit (cf. II, 10; III, 4), idem sunt, quod ii, quos  
 experimenta sola sustinent: eo magis, quoniam, compresserit  
 aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt:  
 quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat,  
 5 si a ratione tractum est, rationalis est medicus; si, ut ei qui se  
 rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, em-  
 piricus. Ita apud eum morbi cognitio extra artem, medicina  
 intra usum est. Neque adjectum quidquam empiricorum pro-  
 fessione, sed dentum est; quoviam illi multa circumspiciunt,  
 10 hi tantum facillima, et non plus, quam vulgaria; nam et ii,  
 qui pecoribus ac iuventis medentur, quum propria cujusque  
 ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantum-  
 modo insistunt; et exteræ gentes, quum subtilem medicinæ  
 rationem non noverint, communia tantum vident; et qui am-  
 15 pla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consu-  
 lere non sustinent, ad communia ista confugiunt. Neque, her-  
 cules, istud antiqui medici descierunt, sed his contenti non  
 fuerunt. Ergo etiam vetustissimus auctor Hippocrates (*Epid.*  
 I, sect. 3, § 10) dixit, mederi oportere et communia et pro-  
 20 pria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem  
 consistere ullo modo possunt: siquidem et compressorum et  
 fluentium morborum genera diversa sunt; faciliusque id in iis,  
 quæ fluunt, inspicere potest. Aliud est enim sanguinem, aliud  
 bilem, aliud cibum vomere; aliud dejectionibus, aliud tormi-  
 25 nibus laborare; aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. At-  
 que in partes quoque humor erumpit, ut in oculos, auresque:  
 quo periculo nullam humanum membrum vacat. Nihil autem  
 horum sic, ut aliud, curatur. Ita protinus in his a communi  
 fluentis morbi contemplatione ad propriam medicinam descen-  
 30 dit. Atque in hac quoque rursus alia proprietatis notitia sæpe  
 necessaria est; quia non eadem omnibus, etiam in similibus  
 casibus, opitulantur: siquidem certæ quaedam res sunt, quæ  
 in pluribus ventrem aut adstringunt, aut resolvunt; inveniun-  
 tur tamen, in quibus aliter, atque in ceteris, id eveniat. In  
 35 his ergo communium inspectio contraria est, priorum tan-  
 tum salutaris. Et causæ quoque aestimatio sæpe morbum  
 solvit. Ergo etiam ingeniosissimus sæculi nostri medicus,  
 quem nuper vidimus, Cassius, febricitanti cuidam, et magna

siti affecto, quum post ebrietatem eum premi coepisse cognosset, aquam frigidam ingessit. Qua ille epota, quum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit. Quod auxilium medicus opportune providit, non ex eo, quod aut adstrictum corpus erat, aut fluebat; sed ex ea 5 causa, quae ante praecesserat. Estque etiam proprium aliquid et loci et temporis istis quoque auctoribus: qui quum disputant, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, praecipiunt, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, aestus, satietas, labor, libido; magisque ut conquiescat 10 iisdem locis aut temporibus, si quis gravitatem corporis sentit; ac neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum sollicitet. Quae vera quidem sunt; a communibus tamen ad quaedam propria descendunt. Nisi persuadere nobis volunt, sanis quidem considerandum esse, quod coelum, quod tem- 15 pus anni sit; aegris vero non esse: quibus tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est. Quin etiam morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt; et qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur. Plurimaque in 20 dando cibo discrimina reperiuntur: ex quibus contentus uno ero. Nam famem facilius adolescens, quam puer (*Aph.* I, 13); facilius in denso coelo, quam in tenui; facilius hieme, quam aestate; facilius uno cibo, quam prandio quoque assuetus; facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet. Saepe 25 autem in eo magis necessaria eibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quae conceipio, eum, qui propria non novit, communia tantum intueri debere; eumque, qui nosse propria potest, illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Ideoque, quum par scientia sit, utiliorem 30 tamen medicum esse amicum, quam extraneum.

Igitur, ut ad propositum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam esse debere: instrui vero ab evidentibus causis; obscuris omnibus, non a cogitatione artificis, sed ab ipsa arte rejectis. Incidere autem vivorum corpora, et 35 crudele, et supervacuum est: mortuorum, discentibus necessarium; nam positum et ordinem nosse debent; quae cadavera melius, quam vivus et vulneratus homo, repraesentant.

Sed et cetera, quae modo in vivis cognosci possunt, in ipsis curationibus vulneratorum paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit. His propositis, primum dicam, quemadmodum sanos agere conveniat: tum ad ea transibo, quae  
 5 ad morbos curationesque eorum pertinebunt.

## CAPUT I.

Qualiter se sanus agere debeat.

Sanus homo, qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque medico, neque alipta  
 10 egere. Hunc oportet varium habere vitae genus: modo ruri esse, modo in urbe, saepiusque in agro; navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat (Hipp. *Vict. rat.* II, 60); illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.  
 15 Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti; modo ungi, modo id ipsum negligere; nullum cibi genus fugere, quo populus utatur; interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere; modo plus justo, modo non amplius assumere; bis die potius, quam semel cibum capere, et semper  
 20 per quam plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed ut hujus generis exercitationes cibique necessarii sunt; sic athletici supervacui; nam et intermissus, propter civiles aliquas necessitates, ordo exercitationis corpus affligit: et ea corpora. quae more eorum repleta sunt, celerrime et senescunt,  
 25 et aegrotant.

Concubitus vero neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est: rarus corpus excitat; frequens solvit. Quum autem frequens non numero sit, sed ratione aetatis et corporis, scire licet, eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Idem interdiu  
 30 pejor est, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Haec firmis servanda sunt; cavendumque, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur.



## CAPUT II.

Qualiter se agere debeant qui imbecilles sunt.

At imbecillis (quo in numero magna pars urbanorum, omnesque paene cupidi literarum sunt), observatio major necessaria est; ut, quod vel corporis, vel loci, vel studii ratio <sup>5</sup> detrahit, cura restituat. Ex his igitur, qui bene concoxit, mane tuto surget; qui parum, quiescere debet, et, si mane surgendi necessitas fuerit, redormire: qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotiis credere. Qui crudum sine praecordiorum do- <sup>10</sup> lore ructat, is ex intervallo aquam frigidam bibere, et se nihilo minus continere. Habitare vero aedificio lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente; cavere meridianum solem, matutinum et vespertinum frigus; itemque auras fluminum atque stagnorum; minimeque, nubilo coelo, soli ape- <sup>15</sup> rienti, se committere, ne modo frigus, modo calor moveat; quae res maxime gravedines destillationesque concitat. Magis vero gravibus locis ista servanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt. Scire autem licet, integrum corpus esse, quum quotidie mane urina alba, deinde rufa est: illud con- <sup>20</sup> coquere, hoc concoxisse significat. Ubi experrectus est aliquis, paulum intermittere: deinde, nisi hiems est, fovere os multa aqua frigida debet. Longis diebus meridiari potius ante cibum; sin minus, post eum: per hiemem potissimum totis noctibus conquiescere. Sin lucubrandum est, non post <sup>25</sup> cibum id facere, sed post concoctionem. Quem interdium vel domestica, vel civilia officia tennerunt, huic tempus aliquod servandum curationi corporis sui est. Prima autem ejus curatio, exercitatio est, quae semper antecedere cibum debet: in eo, qui minus laboravit, et bene concoxit, amplior; in eo, <sup>30</sup> qui fatigatus est, et minus concoxit, remissior. Commode vero exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio: atque haec non utique plana, commodior est: siquidem melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus movet; nisi tamen id perquam imbecillum est. Melior autem <sup>35</sup>

est sub divo, quam in porticu; melior, si caput patitur, in sole. quam in umbra; melior in umbra quam parietes aut viridia efficiunt, quam quae tecto subest; melior recta, quam flexuosa. Exercitationis autem plerumque finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit: idque ipsum modo minus, modo magis faciendum est. Ac ne his quidem, athletarum exemplo, vel certa esse lex, vel immodicus labor debet. Exercitationem recte sequitur modo unctio, vel in sole, vel ad ignem; modo balneum, sed conclavi quam maxime et alto et lucido et spatioso. Ex his vero neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum, pro corporis natura. Post haec paulum conquiescere opus est. Ubi ad cibum ventum est, numquam utilis est nimia satietas; saepe inutilis nimia abstinentia; si qua intemperantia subest, tutior est in potione, quam in esca (cf. *Aph.* II, 11). Cibus a salsamentis, oleribus, similibusque rebus melius incipit: tum caro assumenda est, quae assa optima, aut elixa est. Conditia omnia duabus de causis inutilia sunt; quoniam et plus propter dulcedinem assumitur, et quod modo par est, tamen aegrius concoquitur. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum valet, palmulas, pomaque, et similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones, quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Ubi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quidquid assumsit, potione aquae frigidae includit, tum paulisper invigilat, deinde bene dormit. Si quis interdium se implevit, post cibum neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere: neque enim tam facile haec inani corpore, quam repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est. (*Hipp.* *Aph.* II, 16.)

## CAPUT III.

Observationes circa corporum genera, aetates, et tempora anni.

Atque haec quidem paene perpetua sunt. Quasdam autem observationes desiderant et novae res, et corporum ge-

nera, et aetates, et tempora anni. Nam neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in gravem, prima hieme; ex gravi in eum, qui salubris est, prima aestate transire melius est. Neque vero ex multa fame nimia satietas; neque ex nimia satietate fames idonea est (cf. *Aph.* II, 4). Periclitaturque, et qui semel, et qui bis die cibum incontinenter, contra consuetudinem, assumit (*Hipp. Vict. rat. acut.* § 9). Item neque ex nimio labore subitum otium, neque ex nimio otio subitus labor, sine gravi noxa est. Ergo, quum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere (*Aph.* II, 50). Omnem etiam laborem facilius vel puer vel senex, quam insuetus homo sustinet (*Aph.* II, 49). Atque ideo quoque nimis otiosa vita utilis non est; quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamen insuetus aliquis laboravit, aut si multo plus, quam solet, etiam is, qui assuevit, huic jejuno dormiendum est: multo magis, si etiam os amarum est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo jejuno est, sed etiam in posterum diem permanendum; nisi cito id quies sustulit. Quod si factum est, surgere oportet, et lente paululum ambulare. At si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis laboravit, tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, ubi paulum ambulaverunt, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi, atque sudare; si est, ante omnia in tepidario sedere, deinde, ubi paulum conquieverunt, intrare et descendere in solium; tum multo oleo ungi, leniterque perfricari, iterum in solium descendere: post haec os aqua calida, deinde frigida fovere. Balneum his fervens idoneum non est. Ergo si nimium alicui fatigato paene febris est, huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei sit adjectum; deinde totum quidem corpus, maxime tamen eas partes, quae in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinum et paulum contriti salis sit adjectum. Post haec omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoque humido uti; aqua, vel certe diluta potione esse contentos: maximeque ea, quae moveat urinam. Illud quoque nosse oportet

tet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est; atque etiam, quum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Aselepiades inutilem eam iudicavit: quod in iis verum est, quibus alvus facile, nee tuto, resolvitur, quique facile inhorrescunt; perpetuum in omnibus non est, quum potius naturale sit, potione aestuantem stomachum refrigerari. Quod ita praecepit, ut tamen fatear, ne ex hae quidem causa sudanti adhuc frigidum bibendam esse. Solet etiam prodesse, post varium cibum, frequentesque dilutas potiones, vomitus, et postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget, invicem modo aqua, modo vinum bibendum est, raroque balneo utendum. Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio: eumque, quem novum genus laboris pressit, id, quod in consuetudine est, reficit. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum contra lassat. Quod enim contra consuetudinem est, nocet, seu molle, seu durum est (cf. Hipp. *Vict. rat. acut.* § 12).

Proprie quaedam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio; post iter, primum sedile, deinde unctio: tum calida aqua in balneo magis inferiores partes, quam superiores foveat. Si quis vero exustus in sole est, huic in balneum protinus eundum, perfundendumque oleo corpus et caput; deinde in solium bene calidum descendendum est; tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida. At ei, qui perfrixit, opus est in balneo primum involuto sedere, donec insudet (cf. cap. 4 et II, 17); tum ungi; deinde lavari: cibum modicum, potiones meracas assumere. Is vero qui navigavit, et nausea pressus est, si multam bilem evomit, vel abstinere a cibo debet, vel paulum aliquid assumere; si pituitam acidam effudit, utique sumere cibum, sed assueto leviolem; si sine vomitu nausea fuit, vel abstinere, vel post cibum vomere. Qui vero toto die, vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit, huic nihil eurrentum, sed lente ambulandum est: lenta quoque in balneo mora, dein coena exigua prodesse consueverunt. Si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum acetum: si id non est, eodem modo frigida aqua assumta.

Ante omnia autem norit quisque naturam sui corporis: quoniam alii graeilēs, alii obesi sunt, alii calidi, alii frigidiores, alii humidi, alii sicei; alios adstricta, alios resoluta alvus exereet: raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis vero homo implere se debet, plenus 5 extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccare, siceus madefacere: itemque alvum firmare is, cui fusa; solvere is, cui adstricta est: succurrendumque semper parti maxime laboranti est.

Implet autem corpus modica exercitatio, frequentior quies, 10 metio, et, si post prandium est, balneum, contracta alvus, modicum frigus hieme, somnus et plenus et non nimis longus, molle cubilē, animi securitas, assumta per cibos et potiones maxime duleia et pingua, cibus et frequentior et quantus plenissimus potest coneequi. Extenuat corpus aqua calida, si 15 quis in eam deseendit, magisque si salsa est; in jejuno balneum, inurens sol et omnis calor, eura, vigilia, somnus nimium vel brevis vel longus; durum cubile (Hipp. *De sal. diaeta* § 4); eursus, multa ambulatio, omnisque vehemens exercitatio, vomitus, dejectio, acidae res et austerae, et semel 20 die assumtae, et vini non praefrigidi potio jejuno in consuetudinem adducta.

Quum vero inter extenuantia posuerim vomitum et dejectionem, de his quoque proprie quaedam dicenda sunt. Ejectum esse ab Aselepiade vomitum in eo volumine, quod *De 25 tuenda sanitate* composuit, video: neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie ejieiendo, vorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius processit: idem purgationes quoque eodem volumine expulit. Et sunt eae perniciosae, si nimis valentibus medicamentis fiunt; sed 30 haec tamen submovenda esse, non est perpetuum; quia corporum temporumque ratio potest ea facere necessaria, dum et modo, et non nisi quum opus est, adhibeantur. Ergo ille quoque ipse, si quid jam corruptum esset, expelli debere confessus est: ita non ex toto res eondenmanda est; sed esse 35 ejus etiam plures causae possunt; estque in ea quaedam paulo subtilior observatio adhibenda.

Vomitus utilior est hieme, quam aestate (cf. *Aph.* IV, 4):



nam tunc et pituitae plus, et capitis gravitas major subest. Inutilis est gracilibus, et imbecillum stomachum habentibus: utilis plenis et biliosis omnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt; nam sive plus est, quam quod concoqui possit, periclitari ne corrumpatur, non oportet; sive corruptum est, nihil commodius est, quam id, qua via primum expelli potest, ejicere. Itaque, ubi amari ructus cum dolore et gravitate praecordiorum sunt, ad hunc protinus confugiendum est (cf. *Aph.* IV, 17). Idem prodest ei, cui pectus aestuat, et frequens saliva, vel nausea est; aut sonant aures, aut madent oculi, aut os amarum est: similiterque ei, qui vel coelum, vel locum mutat; iisque, quibus, si per plures dies non vomuerunt, dolor praecordia infestat. Neque ignoro inter haec praecipi quietem: quae non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus; nec in omnibus idem facit. Itaque istud luxuriae causa fieri non oportere confiteor; interdum valetudinis causa recte fieri, experimentis credo: cum eo tamen, ne quis, qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat. — Qui vomere post cibum vult, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere; si difficilius, aquae vel salis, vel mellis paulum adjicere. At qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut supra scriptum est, bibere. Cetera, quae antiqui medici praecerunt, stomachum omnia infestant. Post vomitum, si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed hujus idonei, gustandum, et aquae frigidae cyathi tres bibendi sunt, nisi tamen fauces vomitus exasperarit. Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde coenare: si post coenam, postero die lavari, et in balneo sudare. Huic proximus cibus mediocris utilior est; isque esse debet cum pane hesterno, vino austero meraco, et carne assa, cibusque omnibus quam siccissimis. Qui vomere bis in mense vult, melius consulet, si biduo continuarit, quam si post quintumdecimum diem vomuerit (*Hipp. De salubri diaeta* § 5); nisi haec mora gravitatem pectori faciet.

Dejectio autem a medicamento quoque petenda est, ubi venter suppressus parum reddit, ex eoque inflationes, cali-

gines, capitis dolores, aliaque superioris partis mala incre-  
 scunt. Quid enim inter haec adjuvare possunt quies et inedia,  
 per quae illa maxime eveniunt? Qui deiecerit vult, primum  
 cibus vinisque utetur iis, quae hoc praestant; dein, si  
 parum illa proficiant, aliam sumat. Sed purgationes quoque,  
 ut interdum necessariae sunt, sic, ubi frequentes sunt, periculum  
 afferunt. Assuescit enim non aliud corpus; quum omnibus  
 morbis obnoxia maxime infirmitas sit.

Calefacit autem unctio, aqua salsa, magisque si calida  
 est, omnia salsa, amara, carnosae, si post cibum est, bal-  
 neum, vinum austerum. Refrigerat in jejuno et balneum, et  
 somnus, nisi nimis longus est, omnia acida; aqua quam frigidissima;  
 oleum, si aqua miscetur. Humidum autem corpus efficit labor  
 minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior,  
 multa potio; post haec ambulatio, et vigilia; per se quoque  
 ambulatio multa et vehemens, et matutinae exercitationi non  
 protinus cibus adjectus; ea genera escae, quae veniunt ex locis  
 frigidis, et pluviiis, et irriguis. Contra siccitatem immodica  
 exercitatio, fames, unctio sine aqua, calor, sol immodicus,  
 frigida aqua, cibus exercitationi statim subiectus, et is ipse  
 ex siccis et aestuosis locis veniens.

Alvum adstringit labor, sedile, creta figularis corpori  
 illita, cibus imminutus, et is ipse semel die assumptus ab eo,  
 qui bis solet; exigua potio, neque adhibita, nisi quum cibi  
 quis quantum assumpturus est, cepit; post cibum quies. Contra  
 solvit aucta ambulatio atque esca, motus qui post cibum  
 est, subinde potiones cibo immixtae. Illud quoque scire oportet,  
 quod ventrem vomitus solutum comprimit, compressum solvit;  
 itemque comprimit is vomitus, qui statim post cibum est;  
 solvit is, qui tarde supervenit.

Quod ad aetates vero pertinet, inedia facillime sustinent  
 mediae aetates, minus juvenes, minime pueri et senectute  
 confecti (*Aph.* I, 13). Quo minus fert facile quisque, eo  
 saepius debet cibum assumere; maximeque eo eget, qui incre-  
 scit (*Aph.* I, 14). Calida lavatio et pueris et senibus  
 apta est. Vinum dilutius pueris, senibus meracius, neutri  
 aetati quae inflationes movent. Juvenum minus, quae assu-  
 mant, et quomodo curentur, interest. Quibus juvenibus fluxit

alvus, plerumque in senectute contrahitur: quibus in adolescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur (*Aph.* II, 20). Melior est autem in juvene fusior, in sene adstrictior (cf. *Aph.* II, 53).

5 Tempus quoque anni considerare oportet. Hieme plus esse convenit (*Aph.* I, 15; cf. 18); minus, sed meracius bibere; multo pane uti, carne potius assa, modice oleribus (cf. Hipp. *De diaeta salubri* § 1) semel die cibum capere, nisi si nimis venter adstrictus est. Si prandel aliquis, utilius  
 10 est exiguum aliquid, et ipsum siccum sine carne, sine portione sumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum est, vel calorem moventibus. Venus tum non aequè perniciosa est. At vere paulum cibo demendum, adjiciendumque potioni, sed dilutius tamen bibendum est; magis carne  
 15 utendum, magis oleribus; transeundum paulatim ab assis ad elixa. Venus eo tempore anni tutissima est. Aestate vero et portione et cibo saepius corpus eget; ideo prandere quoque commodum est. Eo tempore aptissima sunt et caro et olus; potio quam dilutissima, ut et sitim tollat, nec corpus incendat; frigida lavatio, caro elixa, frigidi cibi, vel qui refrigerent.  
 20 Ut saepius autem cibo utendum, sic exiguo est. Per autumnum vero, propter coeli varietatem, periculum maximum est (cf. *Aph.* III, 4). Itaque neque sine veste, neque sine calceamentis prodire oportet, praecipueque diebus frigidioribus, neque sub divo noctu dormire, aut certe bene operiri. Cibo vero jam paulo pleniore uti licet; minus, sed meracius bibere. Poma nocere quidam putant, quae immodice toto die plerumque sic assumuntur, ne quid ex densiore cibo remittatur: ita non haec, sed consummatio omnium nocet.  
 25 Ex quibus in nullo tamen minus, quam in his noxae est. Sed his uti non saepius, quam alio cibo, convenit. Denique aliquid densiori cibo, quum hic accedit, necessarium est demi. Neque aestate vero, neque autumnò utilis venus est: tolerabilior tamen per autumnum; aestate in totum, si fieri  
 30 potest, abstinendum est.

## CAPUT IV.

De his quibus caput infirmum est.

Proximum est, ut de iis dicam, qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum est, is, si bene concoxit, leniter perfricare id mane manibus suis debet; numquam id, si fieri potest, veste velare; ad cutem tonderi; sed numquam post cibum (cf. cap. 5). Si cui capilli sunt, eos quotidie pectere; multum ambulare, sed, si licet, neque sub tecto, neque in sole; utique autem vitare solis ardorem, maximeque post cibum et vinum; potius ungi, quam lavari; numquam ad flammam ungi, interdum ad prunam. Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare, ibi ungi, tum transire in calidarium; ubi insudarit, in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere, tum tepida, deinde frigida; diutiusque ea caput, quam ceteras partes perfundere; deinde id aliquamdiu perfricare; novissime detergere, et ungere. Capiti nihil aequè prodest atque aqua frigida: itaque is, cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali quotidie debet aliquamdiu subijcere. Semper autem, etiamsi sine balneo unctus est, neque totum corpus refrigerare sustinet, caput tamen aqua frigida perfundere. Sed quum ceteras partes attingi nolit, demittere id, ne ad cervices aqua descendat; eamque, ne quid oculis, aliusve partibus noceat, defluentem subinde manibus ad hoc regerere. Huic modicus cibus necessarius est, quem facile concoquat; isque, si jejuno caput laeditur, assumendus etiam medio die est; si non laeditur, semel potius. Bibere huic assidue vinum dilutum, lene, quam aquam, magis expedit; ut, quum caput gravius esse coeperit, sit quo confugiat: eique ex toto neque vinum, neque aqua semper utilia sunt; medicamentum utrumque est, quum invicem assumitur (cf. III, 2). Scribere, legere, voce contendere, huic opus non est, utique post coenam; post quam ne cogitatio quidem ei satis tuta est: maxime tamen vomitus alienus est.

## CAPUT V.

De his qui lippitudine, gravedine, destillatione, tonsillisque laborant.

Neque vero his solis, quos capitis imbecillitas torquet, 5  
usus aquae frigidae prodest, sed iis etiam, quos assiduae  
lippitudines, gravedines, destillationes, tonsillaeque male  
habent. His autem non caput tantum quotidie perfundendum,  
sed os quoque multa frigida aqua fovendum est; praecipueque  
omnibus, quibus hoc utile auxilium est, eo utendum est, ubi  
0  
gravius coelum austri reddiderunt. Quumque omnibus inutilis  
sit post cibum aut contentio, aut cogitatio; tum iis praecipue,  
qui vel capitis, vel arteriae (*asperae*) dolores habere con-  
suerunt, vel quoslibet alios oris affectus. Vitari etiam gra-  
vedines, destillationesque possunt, si quam minime, qui his  
5  
opportunos est, loca aquasque mutat; si caput in sole prote-  
git, ne incendatur, neve subitum ex repentino nubilo frigus  
id moveat; si post concoctionem jejunos caput radit; si post  
cibum neque legit, neque scribit.

## CAPUT VI.

De alvo soluta.

Quem vero frequenter cita alvus exercet, huic opus est  
pila similibusque superiores partes exercere; dum jejunos  
est, ambulare; vitare solis nimium ardorem, continua bal-  
nea; ungi citra sudorem; non uti cibis variis, minimeque ju-  
5  
rulentis, aut leguminibus oleribusve iis, quae celeriter desce-  
dunt; omnia denique sumere quae tarde concoquantur. Ven-  
natio, durique pisces, et ex domesticis animalibus assa caro  
maxime juvant. Numquam vinum salsum bibere expedit, ne  
tenue quidem, aut dulce; sed austerum et plenius, neque  
0  
idipsum pervetus. Si mulso uti volet, id ex decocto melle  
faciendum est. Si frigidae potiones ventrem ejus non turbant,  
his utendum potissimum est. Si quid offensae in coena sen-  
sit, vomere debet; idque postero quoque die facere: tertio,



modici ponderis panem ex vino esse, adjecta uva ex olla, vel ex defruto (cf. Colum. XII, 43), similibusque aliis: deinde ad consuetudinem redire. Semper autem post cibum con-  
quiescere, ac neque intendere animum, neque ambulatione  
quamvis leni dimoveri.

## CAPUT VII.

Remedia ad coli dolorem.

At si laxius intestinum dolere consuevit, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione, aliisque generibus exerceatur, utatur  
balneo calido, cibis quoque et potionibus calidis; denique  
omni modo frigus vitet, item dulcia omnia, leguminaque, et  
quidquid inflare consuevit.

## CAPUT VIII.

Stomacho laborantibus quae agenda sint.

Si quis vero stomacho laborat, legere clare debet; post  
lectionem ambulare; tum pila, vel armis, aliove quo genere,  
quo superior pars movetur, exerceri; non aquam, sed vinum  
calidum bibere jejunos; cibum bis die assumere, sic tamen,  
ut facile concoquat; uti vino tenui et austero, et post cibum  
frigidis potionibus potius. Stomachum autem infirmum indi-  
cant pallor, macies, praecordiorum dolor, nausea, et nolen-  
tium vomitus, in jejuno dolor capitis. Quae in quo non sunt,  
is firmi stomachi est. Neque credendum utique nostris est,  
qui, quum in adversa valetudine vinum aut frigidam aquam  
concupiverunt, deliciarum patrocinium in accusationem non  
merentis stomachi habent. At qui tarde concoquunt, et quo-  
rum ideo praecordia inflantur, quive propter ardorem ali-  
quem noctu sitire consuerunt, antequam conquiescant, duos  
tresve cyathos per tenuem fistulam bibant. Prodest etiam  
adversus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare,  
tum vel ungi vel lavari; assidue vinum frigidum bibere; et

post cibum, magnam potionem, sed, ut supra dixi, per siphonem: deinde omnes potiones aqua frigida includere. Cui vero cibus acescit, is ante eum bibere aquam egelidam debet, et vomere: at si cui ex hoc frequens dejectio incidit, quoties alvus ei constiterit, frigida potione potissimum utatur.

## CAPUT IX.

De dolore nervorum et de affectibus caloris frigorisque.

Si cui vero dolere nervi solent, quod in podagra chira-grave esse consuevit (cf. II, 7; IV, 24), huic, quantum fieri potest, exercendum id est, quod affectum est, subjiciendumque labori et frigori; nisi quum dolor increvit; sub quo quies optima est. Venus semper inimica est; concoctio, sicut in omnibus corporis affectibus, necessaria. Cruditas enim id maxime laedit, et quoties offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit.

Ut concoctio autem omnibus vitiis occurrit, sic rursus aliis frigus, aliis calor: quae sequi quisque pro habitu corporis sui debet. Frigus inimicum est seni, tenui, vulneri, praecordiis, intestinis, vesicae, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, ossibus, dentibus, nervis, vulvae, cerebro: idem summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigram; ex hoc horrores, tremoresque nascuntur (*Aph. V, 18 et 20*). At prodest juvenibus, et omnibus plenis: erectiorque mens est, et melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cavetur. Aqua vero frigida infusa, praeterquam capiti, etiam stomacho prodest: item articulis doloribusque<sup>1)</sup>, qui sunt sine ulceribus: item rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant (*Aph. V, 25*). Calor autem adjuvat omnia, quae frigus infestat: item lippientes, si nec dolor, nec lacrimae sunt; nervos quoque, qui contrahuntur (*Aph. V, 22*); praecipueque ea ulcera, quae ex frigore sunt: idem corporis colorem

1) *Id est*: item in articularum tumoribus doloribusque. In *Aph.* legitur: *Τὰ ἐν ἄρθροισι οὐδέματα καὶ ἀλγήματα, κ. τ. λ.* cf. II, 7, p. 40, l. 3.

bonum facit; urinam movet. Si nimius est, corpus effeminat, nervos mollit, stomachum solvit (cf. *Aph.* V, 16). Minime vero aut frigus aut calor tuta sunt, ubi subita insuetis sunt; nam frigus lateris dolores, aliaque vitia, frigida aqua strumas excitat: calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudore digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

## CAPUT X.

### Regimen contra pestem.

Est etiam observatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, quum tamen securus esse non possit. 10  
Tunc igitur oportet peregrinari, navigare: ubi id non licet, gestari, ambulare sub divo, ante aestum, leniter; eodemque modo ungi: et, ut supra comprehensum est, vitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem, libidinem: multoque magis se continere, si qua gravitas in corpore est. Tunc neque 15  
mane surgendum, neque pedibus nudis ambulandum est, minimeque post cibum, aut balneum; neque jejuno, neque coenato vomendum est; neque movenda alvus; atque etiam, si per se mota est, comprimenda est; abstinendum potius, si plenius corpus est. Itemque vitandum balneum (cf. III, 7). 20  
sudor, meridianus somnus, utique si cibus quoque antecessit; qui tamen semel die tum commodius assumitur; insuper etiam modicus, ne cruditatem moveat. Alternis diebus invicem, modo aqua, modo vinum bibendum est. Quibus servatis, ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet. 25  
Quum vero haec in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime, quam austri excitarint. Atque etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi gravi tempore anni discesserunt ex suis sedibus, vel ubi in graves regiones venerunt. Ac si cetera res aliqua prohibebit, utique abstinere debet: 30  
atque ita a vino ad aquam, ab hac ad vinum, eo, qui supra positus est, modo, transitus ei esse.

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER SEPTIMUS

IDEM

MEDICINAE SECUNDUS.

---

PROOEMIUM.

De signis adversae valetudinis, et de communibus auxiliis.

Instantis autem adversae valetudinis signa complura sunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti, maximeque Hippocratis; quum recentiores medici, quamvis quaedam in curationibus mutarint, tamen haec illum optime praesagisse fateantur. Sed antequam dico, quibus praecedentibus morborum timor subsit, non alienum videtur exponere, quae tempora anni, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint, quod genus adversae valetudinis in quoque timeri maxime possit. Non quod non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis aetatis, omnis habitus homines, per omnia genera morborum et aegrotent et moriantur: sed quod frequentius tamen quaedam eveniant (cf. *Aph.* III, 19); ideoque utile sit scire unumquemque, quid, et quando maxime caveat.

CAPUT I.

Quae anni tempora, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia corpora vel tuta vel morbis et qualibus opportuna sint.

Igitur saluberrimum ver est; proxime deinde ab hoc hiems; periculosior aestas; autumnus longe periculosissimus.

Ex tempestatibus vero optimae aequales sunt, sive frigidae, sive calidae: pessimae, quae maxime variant (cf. *Aph.* III, 1 et 8). Quo fit, ut autumnus plurimos opprimat (cf. *Aph.* III, 9); nam fere meridianis temporibus calor; nocturnis atque matutinis, simulque etiam vespertinis, frigus est. 5  
 Corpus ergo, et aestate, et subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur; sed, ut eo tempore id maxime fit, sic quandocumque evenit, noxium est. Ubi aequalitas autem est, tamen saluberrimi sunt sereni dies; meliores pluvii quam tantum nebulosi, nubilive: optimique 10  
 hieme, qui omni vento vacant, aestate, quibus favonii perflant. Si genus aliud ventorum est, salubriores septentrionales, quam subsolani, vel austri sunt: sic tamen haec, ut interdum regionum sorte mutantur. Nam fere ventus ubique a mediterraneis regionibus veniens, salubris; a mari, gravis 15  
 est. Neque solum in bono tempestatum habitu certior valetudo est; sed morbi quoque, si qui inciderunt, leviores sunt, et promptius finiuntur (*Aph.* III, 8; *Epid.* II, 1, 5). Pessimum aegro coelum est, quod aegrum fecit; adeo ut in id quoque genus, quod natura pejus est, in hoc statu salubris mutatio 20  
 sit. At aetas media tutissima est, quae neque juventae calore, neque senectutis frigore infestatur. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. Corpus autem habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum. Nam longa statura, ut in juvena decora est, sic matura senectute 25  
 conficitur (*Aph.* II, 54): gracile corpus infirmum; obesum hebes est. Vere autem maxime, quaecumque humoris motu novantur, in metu esse consuerunt. Ergo tunc lippitudines, pustulae, profusio sanguinis, abscessus, quae ἀποστήματα Graeci nominant, bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, 30  
 insania, morbus comitialis, angina, gravedines, destillationes oriri solent. Ii quoque morbi, qui in articulis nervisque modo urgent, modo quiescunt, tunc maxime et inchoantur et repetunt (cf. *Aph.* III, 20). At aestas non quidem vacat plerisque his morbis; sed adjicit febres vel continuas, vel arden- 35  
 tes, vel tertianas, vomitus, alvi dejectiones, auricularum dolores, ulcera oris, cancos, et in ceteris quidem partibus, sed maxime in obscoenis; et quidquid sudore hominem resol-



vit (*Aph.* III, 21). Vix quidquam ex his in autumnum non incidit; sed oriuntur quoque eo tempore febres incertae, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes, quam Graeci *φθίσειν* nominant; urinae difficultas, quam *στραγγουρίαν* appellant; tenuioris intestini morbus, quem *ελλεόν* nominant; item laevitas intestinorum, quae *λειεντεριά* vocatur; coxae dolores; morbi comitiales (*Aph.* III, 22). Idemque tempus et diutinis malis fatigatos, et ab aestate etiam proxima pressos, interimit; et alios novis morbis conficit; et quosdam longissimis implicat, maximeque quartanis, quae per hiemem quoque exercent. Neque aliud magis tempus pestilentiae patet, cujuscumque ea generis est, quamvis variis rationibus nocet. Hiems autem capitis dolores, tussim, et quidquid in faucibus, in lateribus, in visceribus mali contrahitur, irritat (*Aph.* III, 23).

At ex tempestatibus, aquilo tussim movet, fauces exasperat, ventrem adstringit, urinam supprimit, horrores excitat, item dolores lateris et pectoris: sanum tamen corpus spissat, et mobilius atque expeditius reddit. Anster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolorem movet, alvum solvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum (*Aph.* III, 5, 17). Ceteri venti quo vel huic vel illi propiores sunt, eo magis vicinos his illisve affectus faciunt. Denique omnis calor et jecur et lienem inflammat, mentem hebetat, ut anima deficiat, ut sanguis prorumpat, efficit. Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert; illud *σπασμός*, hoc *τέτανος* Graece nominatur: nigritiem in ulceribus, horrores in febribus excitat (*Aph.* V, 17). In siccitatibus, acutae febres (*Aph.* III, 7), lippitudines, tormina, urinae difficultas, articulorum dolores oriuntur. Per imbres, longae febres, alvi dejectiones, angina, cancri, morbi comitiales, resolutio nervorum; *παράλυσιν* Graeci nominant (*Aph.* III, 16). Neque solum interest, quales dies sint, sed etiam quales ante praecesserint. Si hiems sicca septemtrionales ventos habuit, ver autem austros et pluvias exhibet, fere subeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus, ideoque praecipue in mulieribus (*Aph.* III, 11). Si vero austri pluviaeque hiemem occuparunt, ver autem frigidum et

siccum est, gravidae quidem feminae, quibus tum adest partus, abortu periclitantur; eae vero quae gignunt, imbecillos, vixque vitales edunt: ceteros lippitudo arida, et, si seniores sunt, gravedines atque destillationes male habent (*Aph.* III, 12). At si a prima hieme austri ad ultimum ver continuarunt, laterum dolores, et insaniam febricitantium, quam *φρενῆτιν* (cf. III, 18) appellant, quam celerrime rapiunt. Ubi vero calor a primo vere orsus aestatem quoque similem exhibet, necesse est multum sudorem in febribus subsequi (*Aph.* III, 6). At si sicca aestas aquilones habuit, autumno vero imbres austrique sunt, tota hieme, quae proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdam etiam tabes oritur (*Aph.* III, 13). Sin autem autumnus quoque aequè siccus iisdem aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quae muliebria esse proposui, secunda valetudo contingit: durioribus vero instare possunt et aridae lippitudines, et febres partim acutae, partim longae; et ii morbi, qui ex atra bile nascuntur (*Aph.* III, 14).

Quod ad aetates vero pertinet, pueri proximique his vere optime valent, et aestate prima tutissimi sunt; senes aestate et autumnus prima parte; juvenes hieme, quique inter juventam senectutemque sunt. Inimicior senibus hiems, aestas adolescentibus est (*Aph.* III, 18). Tum si qua imbecillitas oritur, proximum est, ut infantes, tenerosque adhuc pueros serpentina ulcera oris, quae *ἄφθας* Graeci nominant, vomitus, nocturnae vigiliae, aurium humor, circa umbilicum inflammationes exerceant (*Aph.* III, 24). Proprie etiam dentientes, gingivarum exulcerationes, febriculae, interdum distentiones nervorum, alvi dejectiones, maximeque caninis dentibus orientibus, male habent. Quae pericula plenissimi cujusque sunt, et cui maxime venter adstrictus est (*Aph.* III, 25). At ubi aetas paulum processit, glandulae, et vertebrarum quae in spina sunt, aliquae inclinationes, strumae, verrucarum quaedam genera dolentia, *ἀροχοροδόνας* Graeci appellant, et plura alia tubercula oriuntur (*Aph.* III, 26). Incipiente vero jam pube, ex iisdem multa, et longae febres, et sanguinis ex naribus cursus (*Aph.* III, 27). Maximeque omnis pueritia, primum circa quadragesimum diem, deinde

septimo mense, tum septimo anno, postea eirea pubertatem periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infantem in-  
 eiderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque  
 in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt (*Aph.*  
 5 III, 28): saepius tamen morbi pueriles, qui diutius manse-  
 runt, terminantur. Adolescentia morbis acutis, item eomitia-  
 libus, tabique maxime obiecta est: fereque juvenes sunt,  
 qui sanguinem exspuunt (*Aph.* III, 29). Post hanc aetatem  
 laterum et pulmonis dolores, lethargus, cholera, insania,  
 0 sanguinis per quaedam velut ora venarum, *αίμορροϊδας*  
 Graeci appellant, profusio (*Aph.* III, 30). In senectute,  
 spiritus et urinae difficultas, gravedo, articulorum et renum  
 dolores, nervorum resolutiones, malus corporis habitus,  
*ναχεξίαν* Graeci appellant, nocturnae vigiliae, vitia lon-  
 5 giora aurium, oculorum, etiam narium, praecipueque soluta  
 alvus, et, quae sequuntur hanc, tormina, vel laevis intesti-  
 norum, ceteraque ventris fusi mala (*Aph.* III, 31). Prae-  
 ter haec graciles tabes, dejectiones, destillationes; item  
 viscerum et laterum dolores fatigant. Obesi plerumque acu-  
 0 tis morbis, et difficultate spirandi strangulantur: subitoque  
 saepe moriuntur; quod in corpore tenuiore vix evenit (*Aph.*  
 II, 44).

## CAPUT II.

De notis adversae valetudinis futurae.

5 Ante adversam autem valetudinem, ut supra dixi (*in pro-*  
*oem.*), quaedam notae oriuntur: quarum omnium commune est,  
 aliter se corpus habere, atque consuevit; neque in pejus tan-  
 tum, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis, et spe-  
 ciosior, et coloratior factus est, suspecta habere bona sua  
 0 debet; quae, quia neque in eodem habitu subsistere, neque  
 ultra progredi possunt, fere retro, quasi ruina quadam,  
 revolvuntur (*Aph.* I, 3). Pejus tamen signum est, ubi ali-  
 quis contra consuetudinem emacuit, et colorem decoremque  
 amisit: quoniam in iis quae superant, est quod morbus de-  
 mat; in iis quae desunt, non est quod ipsum morbum ferat.  
 Praeter haec protinus timeri debet, si graviora membra

sunt; si crebra ulcera oriuntur; si corpus supra consuetudinem incaluit; si gravior somnus pressit; si tumultuosa somnia fuerunt; si saepius expergiscitur aliquis, quam assuevit, deinde iterum soporatur; si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat, maximeque si circa pectus, aut cervices, aut crura, vel genua, vel coxas. Item, si marcet animus; si loqui et moveri piget; si corpus torpet; si dolor praecordiorum est, aut totius pectoris, aut, qui in plurimis evenit, capitis; si salivae plenum os est; si oculi cum dolore vertuntur; si tempora adstricta sunt; si membra inhorrescunt; si spiritus gravior est; si circa frontem intentae venae moventur; si frequentes oscitationes; si genua quasi fatigata sunt, totumve corpus lassitudinem sentit. Ex quibus saepe plura, nunquam non aliqua, febrem antecedunt. In primis tamen illud considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim quaedam proprietates hominum, sine quarum notitia non facile quidquam in futurum praesagiri potest. Facile itaque securus est in iis aliquis, quae saepe sine periculo evasit: ille sollicitari debet, cui haec nova sunt; aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit.

### CAPUT III.

Ineipiente febre signa mala vel bona.

Ubi vero febris aliquem occupavit, scire licet, non periclitari, si in latus aut dextrum aut sinistrum, ut ipsi visum est, cubat, cruribus paulum reductis; qui fere sani quoque jacentis habitus est (*Progn.* § 3); si facile convertitur (§ 9); si noctu dormit, interdium vigilat (*Progn.* § 10); si ex facili spirat (*Progn.* § 5); si non conflictatur; si circa umbilicum et pubem cutis plena est (cf. *Aph.* II, 35); si praecordia ejus sine ullo sensu doloris aequaliter mollia in utraque parte sunt (*Progn.* § 7). Quod si paulo tumidiora sunt, sed tamen digitis cedunt et non dolent, haec valetudo, ut spatium aliquod habebit, sic tuta erit. Corpus quoque, quod aequaliter molle et calidum est, quodque aequaliter:

totum insudat, et cujus febricula eo sudore finitur, securitatem pollicetur (cf. *Progn.* § 6). Sternumentum etiam inter bona indicia est, et cupiditas cibi vel a primo servata, vel etiam post fastidium orta. Neque terrere debet ea febris, quae eodem die finita est; ac ne ea quidem, quae, quamvis longiore tempore tenuit, tamen ante alteram accessionem ex toto quievit, sic ut corpus integrum, quod *εἰλικρινές* Graeci vocant, fieret. Si quis autem incidit vomitus, mixtus esse et bile et pituita debet; et in urina subsidere album, laeve, aequale; sic ut etiam, si quae quasi nubeculae innatarint, in imum deferantur (cf. *Progn.* § 12—13). At venter ei, qui a periculo tutus est, reddit mollia, figurata, atque eodem fere tempore, quo secunda valetudine assuevit, modo convenientia iis quae assumuntur. Pejor cita alvus est: sed ne haec quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est, aut si procedente tempore paulatim contrahitur, et rufa est, neque foeditate odoris similem alvum sani hominis excedit (cf. *Progn.* § 11). Ac lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse, nihil nocet (*Ibid.*). Si inflatio in superioribus partibus dolorem tumoremque fecit, bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes evolutus; magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit (*Aph.* IV, 73; *Coac.* 285; *Progn.* § 11).

## CAPUT IV.

Mala signa aegrotorum.

Contra gravis morbi periculum est, ubi supinus aeger jacet, porrectis manibus et cruribus (*Progn.* § 3); ubi residere vult in ipso acuti morbi impetu, praecipueque pulmonibus laborantibus; ubi nocturna vigilia premitur, etiamsi interdiu somnus accedit; ex quo tamen pejor est qui inter quartam horam et noctem est, quam qui a matutino tempore ad quartam (*Progn.* § 10). Pessimum tamen est, si somnus neque noctu, neque interdiu accedit (*Progn.* § 10): id enim fere sine continuo dolore esse non potest (*Coac.* 497).

Aequae vero signum malum est etiam somno ultra debitum



urgeri (ef. *Aph.* II, 3); pejusque quo magis sopor interdiu, noctuque continuat. Mali etiam morbi testimonium est, vehementer et crebro spirare, a sexto die coepisse inhorrescere (ef. *Aph.* IV, 29), pus expuere, vix exereare, dolorem habere continuum, difficulter ferre morbum, jaetare braehia<sup>5</sup> et erura, sine voluntate laerimare (ef. *Aph.* IV, 52); habere humorem glutinosum dentibus inhaerentem (ef. *Aph.* IV, 53), cutem eirea unbilieum et pubem maeram (ef. *Aph.* II, 35), praeordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta, magisque si haec dextra parte, quam sinistra, sunt<sup>10</sup> (*Progn.* § 7); periculosissimum tamen est, si venae quoque ibi vehementer agitantur (*Ibid.*). Mali etiam morbi signum est, nimis eeleriter emacrescere; caput et pedes manusque frigidas habere, ventre et lateribus calentibus, aut frigidas extremas partes aento morbo urgente (*Aph.* VII, 1); aut<sup>15</sup> post sudorem inhorrescere; aut post vomitum singultum esse, vel rubere oculos (*Aph.* VII, 4 et 3); aut post eupiditatem cibi, postve longas febres fastidire; aut multum sudare, maximeque frigido sudore; aut habere sudores non per totum corpus aequales, quique febrem non finiant; et eas febres,<sup>20</sup> quae quotidie tempore eodem revertantur; quaeve semper pares accessiones habeant, neque tertio quoque die leventur (cf. *Aph.* IV, 43; *Progn.* § 6); quaeve sic continent, ut per accessiones increscant, per decessiones tantum molliantur, neque umquam integrum corpus dimittant. Pessimum<sup>25</sup> est, si ne levatur quidem febris, sed aequae conceitata continuat. Periculosum est etiam, post arquatam morbum febrem oriri (ef. III, 24); utique si praeordia dextra parte dura manserunt. Ae dolentibus iis, nulla acuta febris leviter terere nos debet; neque umquam in aenta febre, aut a somno<sup>30</sup> non est terribilis nervorum distentio. Timere etiam ex somno, mali morbi est; itemque in prima febre protinus mentem esse turbatam, membrumve aliquod resolutum. Ex quo easu, quamvis vita redditur, tamen id fere membrum debilitatur. Vomitus etiam periculosus est sineerus pituitae, vel bilis;<sup>35</sup> pejorque, si viridis, aut niger est (cf. *Progn.* § 13). At mala urina est, in qua subsidunt subrubra et laevia: deterior, in qua quasi folia quaedam tenuia atque alba: pessima ex

his, si tanquam ex furfuribus factas nubeculas repraesentat. Diluta quoque atque alba, vitiosa est, sed in phreneticis maxime (*Aph.* IV, 72; *Coac.* 568; cf. *Progn.* § 12). Alvus autem mala est, ex toto suppressa: periculosa etiam, quae inter febres fluens conquiescere hominem in cubili non patitur; utique si quod descendit, est perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut spumans. Praeter haec periculum ostendit id, quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, laeve, album, idemque subpallidum: vel si est aut lividum, aut biliosum, aut cruentum, aut peioris odoris quam ex consuetudine. Malum est etiam, quod post longas febres sincerum est (cf. *Progn.* § 11).

## CAPUT V.

## De signis longi morbi.

Post haec indicia votum est longum morbum fieri: sed et necesse est, nisi occidit. Neque vitae alia spes in magnis malis est, quam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod curationi locum praestet. Protinus tamen signa quaedam sunt, ex quibus colligere possumus, morbum, etsi non interemerit, longius tamen tempus habiturum: ubi frigidus sudor inter febres non acutas circa caput tantum et cervices oritur; aut ubi, febre non quiescente, corpus insudat (cf. *Aph.* IV, 56; *Coac.* 562; cf. *Progn.* § 6); aut ubi corpus modo frigidum, modo calidum est, et color alius ex alio fit (*Aph.* IV, 40); aut ubi, quod inter febres aliqua parte abscessit, ad sanitatem non pervenit (cf. *Aph.* IV, 51); aut ubi aeger pro spatio parum emacrescit (cf. *Aph.* II, 28): item, si urina modo liquida et pura est, modo habet quaedam subsidentia; si laevia atque alba rubrave sunt, quae in ea subsidunt; aut si quasdam quasi miculas repraesentat; aut si bullulas excitat (cf. *Progn.* § 12).

## CAPUT VI.

## De indicis mortis.

Sed inter haec quidem, proposito metu, spes tamen superest. Ad ultima vero jam ventum esse testantur nares acutae, collapsa tempora, oculi concavi, frigidae languidaeque aures, et imis partibus leniter versae, cutis circa frontem dura et intenta, color aut niger aut perpallidus; multoque magis, si ita haec sunt, ut neque vigilia praecesserit, neque ventris resolutio, neque inedia. Ex quibus causis interdum haec species oritur, sed uno die finitur: itaque diutius durans, mortis index est (*Progn.* § 2). Si vero in morbo vetere jam triduo talis est, in propinquo mors est; magisque si, praeter haec, oculi quoque lumen refugiunt, et illacrimant; quaeque in iis alba esse debent, rubescunt; atque in iisdem venulae pallent; pituitaque in iis innatans, novissime angulis inhaerescit; alterque ex his minor est; iique aut vehementer subsederunt, aut facti tumidiores sunt (*Progn.* § 2): perque somnum palpebrae non committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neque id fluens alvus expressit (cf. *Aph.* VI, 52; *Progn.* § 2); eademque palpebrae pallent, et idem pallor labra et nares decolorat; eademque labra, et nares, oculique, et palpebrae, et supercilia, aliquae ex his pervertuntur; isque propter imbecillitatem jam non audit, aut non videt (*Aph.* IV, 49; *Coac.* 72). Eadem mors denuntiatur, ubi aeger supinus cubat, eique genua contracta sunt: ubi deorsum ad pedes subinde delabitur: ubi brachia et crura nudat, et inaequaliter dispergit, neque iis calor subest; ubi hiat; ubi assidue dormit; ubi is, qui mentis suae non est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet; ubi ulcus, quod aut ante, aut in ipso morbo natum est, aridum, et aut pallidum, aut lividum factum est (*Progn.* § 3). Illa quoque mortis indicia sunt, ungues, digitique pallidi; frigidus spiritus; aut si manibus quis in febre, et acuto morbo, vel insania, pulmonisve dolore, vel capitis, in veste floccos legit, fimbriasve diducit, vel in adjuncto pariete, si qua minuta eminent, carpit (*Progn.* § 4). Dolores etiam

circa coxas et inferiores partes orti, si ad viscera transierunt, subitoque desierunt, mortem subesse testantur; magisque si alia quoque signa accesserunt (*Progn.* § 19). Neque is servari potest, qui sine ullo tumore febricitans, subito strangulatur, aut devorare salivam suam non potest (*Aph.* IV, 34; *Coac.* 271); cuive in eodem febris corporisque habitu cervix convertitur, sic ut devorare aequè nihil possit (*Aph.* IV, 35; *Coac.* 272); aut cui simul et continua febris et ultima corporis infirmitas est; aut cui, febre non quiescente, exterior pars friget, interior sic calet, ut etiam sitim faciat (cf. *Aph.* IV, 48; *Coac.* 13); aut qui, febre aequè non quiescente, simul et delirio et spirandi difficultate vexatur (cf. *Aph.* IV, 50); aut qui, epoto veratro, exceptus distentione nervorum est (cf. *Aph.* IV, 16; V, 1); aut qui ebrius obmutuit. Is enim fere nervorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore, quo ebrietas solvi debet, loqui coepit (*Aph.* V, 5). Mulier quoque gravida acuto morbo facile consumitur (cf. *Aph.* V, 30); et is, cui somnus dolorem auget (cf. *Aph.* II, 1); et cui protinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel supra se ostendit; cuive alterutro modo se promisit, quum jam longo morbo corpus ejus esset extenuatum et affectum (cf. *Aph.* III, 22 et 23). Sputum etiam biliosum et purulentum, sive separatim ista, sive mixta proveniunt, interitus periculum ostendunt. Ac si circa septimum diem tale esse coepit, proximum est, ut is circa quartumdecimum decedat, nisi alia signa meliora pejorave accesserint (*Progn.* § 15): quae, quo leviora graviorave subsequuta sunt, eo vel seriore mortem, vel maturiorem denuntiant. Sudor quoque frigidus in acuta febre pestifer est: atque in omni morbo vomitus, qui varius, et multorum colorum est; praecipueque si malus in hoc odor est. Ac sanguinem quoque in febre vomuisse pestiferum est. Urina vero rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit; et saepe, antequam spatio maturescat, hominem rapit: itaque, si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est, praecipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris. Atque in viris quidem et mulieribus talis deterrima est: in pueris vero, quae tenuis et diluta est (cf. *Progn.* § 12). Alvus quoque varia



pestifera est, quae strigmentum, sanguinem, bilem, viride aliquid, modo diversis temporibus, modo simul, et in mixtura quadam, discreta tamen, repraesentat. Sed haec quidem potest paulo diutius trahere: in praecipiti vero jam esse denuntiat, quae liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est; utique si magna foeditas odoris accessit (*Progn.* § 11).

Illud interrogari me posse ab aliquo scio: si certa futurae mortis indicia sunt, quomodo interdum deserti a medicis convalescant, quosdamque fama prodiderit in ipsis funeribus revixisse? Quin etiam vir jure magni nominis Democritus, ne finitae quidem vitae satis certas notas esse proposuit, quibus medici credidissent: adeo illud non reliquit, ut certa aliqua signa futurae mortis essent. Adversus quos ne dicam illud quidem, quod in vicino saepe quaedam notae positae, non bonos, sed imperitos medicos decipiunt; quod Asclepiades funeri obvius intellexit, quemdam vivere, qui efferebatur: nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit; illa tamen moderatius subjiciam: conjecturalem artem esse medicinam, rationemque conjecturae talem esse, ut quum saepius aliquando responderit, interdum tamen fallat. Si quid itaque vix in millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, quum per innumerabiles homines respondeat. Idque non in iis tantum, quae pestifera sunt, dico; sed in iis quoque, quae salutaria. Siquidem etiam spes interdum frustratur, et moritur aliquis, de quo medicus securus primo fuit: quaeque medendi causa reperta sunt, nonnumquam in pejus alicui convertunt. Neque id evitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest. Sed est tamen medicinae fides, quae multo saepius, perque multo plures aegros prodest. Neque tamen ignorare oportet, in acutis morbis: fallaces magis notas esse et salutis et mortis (*Aph.* II, 19).

## CAPUT VII.

Ex quibus notis singula morborum genera cognoscuntur.

Sed quum proposuerim signa, quae in omni adversa valetudine communia esse consueverunt; eo quoque transibo, 3



ut quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit notas, indicem. Quaedam autem sunt, quae ante febres, quaedam quae inter eas, quid aut intus sit, aut venturum sit, ostendunt. Ante febres, si caput grave est, aut ex somno oculi caligant, aut frequentia sternutamenta sunt, circa caput aliquis pituitae impetus timeri potest. Si sanguis, aut calor abundat, proximum est, ut aliqua parte profluvium sanguinis fiat. Si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus ejus decidat, metus est. Si praecordia dolent, aut inflatio gravis est, aut toto die non concocta fertur urina, cruditatem esse manifestum est. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt (*Prorrh.* II, § 31). Qui diu habent faciem pallidam et tumidam, aut capite, aut visceribus, aut alvo laborant. Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutaturque ei color, neque somnus accedit, ploratque is assidue, metuenda nervorum distentio est. Frequens autem destillatio in corpore tenui longoque, tabem timendam esse testatur. Ubi pluribus diebus non descendit alvus, docet, aut subitam dejectionem, aut febriculam instare. Ubi pedes turgent, longae dejectiones sunt; ubi dolor in imo ventre et coxis est, aqua inter cutem instat; sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet (*Progn.* § 8). Idem propositum periculum est iis, quibus voluntas desidendi est, venter nihil reddit, nisi et aegre et durum, tumor in pedibus est, idemque modo dextra, modo sinistra parte ventris, invicem oritur atque finitur. Sed a iecinore id malum proficisci videtur (*Progn.* § 8). Eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur, *σπρόφους* Graeci nominant; coxaeque dolores manent: eaque neque tempore, neque remediis solvuntur. Dolor autem articulorum, prout in pedibus, manibusve, aut alia qualibet parte sic est, ut eo loco nervi contrahantur; aut si id membrum ex levi causa fatigatum, aequae frigido calidoque offenditur, podagram, chiragramve, vel ejus articuli, in quo id sentitur, morbum futurum esse denuntiat. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit, dein fluere desiit, hi vel capitis doloribus conflictentur necesse est, vel in articulis aliquas exulcerationes graves habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur. Qui-

bus feminis menstrua non proveniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, vel quaelibet alia pars morbo infestetur (cf. *Aph.* V, 57). Eademque iis pericula sunt, quibus articulorum dolores tumoresque, sine podagra similibusque morbis, oriuntur, et desinunt: utique, si saepe tempora iisdem dolent, noctuque corpora insudant. Si frons prurit, lippitudinis metus est. Si mulier a partu vehementes [capitis] dolores habet, neque alia praeterea signa mala sunt, circa vicissimum diem aut sanguis per nares erumpet, aut in inferioribus partibus aliquid abscedet (*Progn.* § 21). Quicumque etiam dolorem ingentem circa tempora et frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet; magisque, si juvenis erit, per sanguinis profusionem; si senior, per suppurationem (*Progn.* § 21). Febris autem quae subito sine ratione, sine bonis signis finita est, fere revertitur (*Progn.* § 24). Cui fauces sanguine et interdium et noctu replentur, sic, ut neque capitis dolores, neque praecordiorum, neque tussis, neque vomitus, neque febricula praecesserit, hujus aut in naribus, aut in faucibus ulcus [vel hirudo] reperietur (*Prorrh.* II, § 17). Si mulieri inguen (cf. III, 5) et febricula orta est, neque causa apparet, ulcus in vulva est (*Ibid.* § 24). Urina autem crassa, ex qua quod desidit, album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem, metumque morbi esse (*Ibid.* § 4). Eadem viridis, aut viscerum dolorem, tumoremque cum aliquo periculo subesse, aut certe corpus integrum non esse, testatur (*Ibid.*). At si sanguis aut pus in urina est, vel vesica, vel renes exulcerati sunt (*Aph.* IV, 75; — *ad seq.* cf. IV, 76, 79, 80, 81; VII, 34). Si haec crassa carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet, aut si bullat, et male olet, et interdum quasi arenam; interdum quasi sanguinem trahit, dolent autem coxae, quaeque inter has superque pubem sunt, et accedunt frequentes ructus, interdum vomitus biliosus, extremaeque partes frigescunt, urinae crebra cupiditas, sed magna difficultas est, et quod inde excretum est, aquae simile, vel rufum, vel pallidum est, paulum tamen in eo levamenti est, alvus vero cum multo spiritu redditur, utique in renibus vitium est. At si paulatim destillat, vel si sanguis per hanc editur, et in eo quaedam cruenta con-

creta sunt, idque ipsum cum difficultate redditur, et circa pubem interiores partes dolent, in eadem vesica vitium est. Calculosi vero his indiciis cognoscuntur: difficulter urina redditur, paulatimque; interdum etiam sine voluntate, destillat; eadem arenosa est (cf. *Aph. IV*, 79); nonnumquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentum aliquid cum ea excernitur; eamque quidam promptius recti, quidam resupinati, maximeque ii, qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt, colemque extendendo, dolorem levant. Gravitatis quoque cuiusdam in ea parte sensus est: atque ea cursu, omnique motu augentur. Quidam etiam, quum torquentur, pedes inter se, subinde mutatis vicibus, implicant. Feminae vero oras naturalium suorum manibus admotis scabere crebro cognuntur: nonnumquam, si digitum admovent, ubi vesicae cervicem is urget, calculum sentiunt (cf. *Aer, aq. et loc.* 9). At qui spumantem sanguinem exscreant, his in pulmone vitium est (*Aph. V*, 13; *Coac.* 495). Mulieri gravidae sine modo fusa alvus elidere partum potest (*Aph. V*, 34). Eidem si lac ex mammis profluit, imbecillum est quod intus gerit: durae mammae, sanum illud esse, testantur (*Aph. V*, 52). Frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus, jecur inflammatum esse significat (cf. *Aph. VII*, 17). Si tumores super ulcera subito esse desierunt, idque a tergo incidit, vel distentio nervorum, vel rigor timeri potest: at si a priore parte id evenit, vel lateris acutus dolor, vel insania expectanda est (*Aph. V*, 65); interdum etiam ejusmodi casum, quae tutissima inter haec est, profusio alvi sequitur. Si ora venarum, sanguinem solita fundere, subito suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur (*Aph. VI*, 12). Eadem tabes subit, si in lateris dolore orta suppuratio intra quadraginta dies purgari non potuit (*Aph. V*, 15; *Coac.* 398). At si longa tristitia cum longo timore et vigilia est, atrae bilis morbus subest. Quibus saepe ex naribus fluit sanguis, his aut lienis tumet, aut capitis dolores sunt; quos sequitur, ut quaedam ante oculos tamquam imagines obversentur (*Prorrh. II*, § 35). At quibus magni lienes sunt, his gingivae malae sunt, et os olet, aut sanguis aliqua parte prorumpit: quorum si nihil evenit, necesse est in cruribus mala ulcera, et ex his

nigrae cicatrices fiant (*Ibid.* § 36). Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens labat (cf. *Aph.* II, 6). Si in ventrem sanguis confluit, ibi in pus vertitur (*Aph.* VI, 20). Si a coxis, et ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neque ullum signum malum accessit, suppurationis eo loco periculum est (*Progn.* § 19). Quibus sine febre aliqua parte dolor, aut prurigo, cum rubore et calore est, ibi aliquid suppurat. Urina quoque quae in homine sano parum liquida est, circa aures futuram aliquam suppurationem esse denuntiat.

Haec vero, quum siue febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notas habeant, multo certiora sunt, ubi febris accessit; atque etiam aliorum morborum tum signa nascuntur. Ergo protinus insania timenda est, ubi expeditior alicujus, quam sani fuit, sermo est, subitaque loquacitas orta est, et haec ipsa solito audacior (cf. *Coac.* 51): aut ubi raris quibus et vehementer spirat, venasque concitatas habet, praecordiis duris et tumentibus. Oculorum quoque frequens motus, et in capitis dolore offusae oculis tenebrae; vel, nullo dolore substantive, somnus ereptus, continuataque nocte et die vigilia; vel prostratum contra consuetudinem corpus in ventrem, sic ut ipsius alvi dolor id non coegerit; item, robusto adhuc corpore, insolitus dentium stridor, insaniae signa sunt (*Progn.* § 3). Si quid etiam abscessit, et antequam suppuraret, manente adhuc febre, subsedit, periculum affert primum furoris, deinde interitus (*Ibid.* § 18). Auris quoque dolor acutus, cum febre continua vehementique, saepe mentem turbat; et ex eo casu juniores interdum intra septimum diem moriuntur; seniores tardius; quoniam neque aequae magnas febres experiuntur, neque aequae insaniunt; ita sustinent, dum is affectus in pus vertatur (*Progn.* § 22). Suffusae quoque sanguine mulieris mammae, furorem venturum esse testantur (*Aph.* V, 40). Quibus autem longae febres sunt, his aut abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt (*Aph.* IV, 44; *Coac.* 115). Quorum faucibus in febre illiditur spiritus, instat his nervorum distentio (*Aph.* IV, 68). Si angina subito finita est, in pulmonem id malum transit; idque saepe intra septimum diem occidit: quod, nisi incidit, sequitur ut aliqua parte suppuret (*Aph.* V, 10; *Coac.* 361; *Progn.*



§ 23). Denique post alvi longam resolutionem, tormina (cf. *Aph.* VII, 23); post haec, intestinorum laeuitas oritur (*Aph.* VII, 80, 81); post nimias destillationes, tabes; post lateris dolorem, vitia pulmonum (*Aph.* VII, 11; *Coac.* 391); post  
 5 haec, iusania (*Aph.* VII, 12); post magnos fervores corporis, nervorum rigor aut distentio (*Aph.* VII, 13); ubi caput vulneratum est, delirium (*Aph.* VII, 14); ubi vigilia torsit, nervorum distentio (cf. *Aph.* VII, 18); ubi vehementer venae super ulcera moventur, sanguinis profluvium (*Aph.*  
 10 VII, 21).

Suppuratio vero pluribus morbis excitatur; nam si longae febres sine dolore, sine manifesta causa remanent, in aliquam partem id malum incumbit; in junioribus tamen: nam in senioribus ex ejusmodi morbo quartana fere nascitur (cf. *Progn.*  
 15 § 24). Eadem suppuratio fit, si praecordia dura, dolentia ante vicesimum diem hominem non sustulerunt, neque sanguis ex naribus fluxit, maximeque in adolescentibus; utique si inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerunt: sed tum in inferioribus partibus aliquid abscedit; aut si praecordia  
 20 tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinunt, haeretque per omne id tempus febris: sed tum in superioribus partibus fit abscessus (*Progn.* § 7); ac si inter ipsa viscera non fit, circa aures erumpit. Quumque omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet, magis eo  
 25 tendit is, qui in praecordiis, quam is, qui in ventre est; is, qui supra umbilicum, quam is, qui infra est (*Progn.* § 7). Si lassitudinis etiam sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit (*Aph.* IV, 31). Interdum quoque urina tenuis et cruda sic diu fertur, ut alia salutaria signa  
 30 sint; exque eo casu plerumque infra transversum septum fit abscessus (*Progn.* § 12). Dolor etiam pulmonis, si neque per sputa, neque per sanguinis detractionem, neque per victus rationem finitus est, vomicas aliquas intus excitat (*Progn.* § 15), aut circa vicesimum diem, aut circa tricesimum, aut  
 35 circa quadragesimum, nonnumquam etiam circa sexagesimum (*Ibid.*). Numerabimus autem ab eò die, quo primum febricitavit aliquis, aut inhorruit, aut gravitatem ejus partis sensit (*Progn.* § 16; *Coac.* 396). Sed hae vomicae modo a pul-



mone, modo a contraria parte nascuntur. Quod suppurat, ab ea parte, quam afficit, dolorem inflammationemque concitat; ipsum calidius est; et si in partem sanam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. Omnis etiam suppuration, quae nondum oculis patet, sic deprehendi potest: si febris non dimittit, eaque interdium levior est, noctu increscit; multus sudor oritur; cupiditas tussendi est, et paene nihil in tussi exscreatur; oculi cavi sunt; malae rubent; venae sub lingua inalbescunt; in manibus fiunt adunci ungues; digiti, maximeque summi, calent; in pedibus tumores sunt; spiritus difficiliter trahitur; cibi fastidium est; pustulae toto corpore oriuntur (*Progn.* § 17). Quod si protinus initio dolor et tussis fuit, et spiritus difficultas, vomica vel ante, vel circa vicesimum diem erumpet: si serius ista coeperint, necesse est quidem increscant; sed quo minus cito affecerint, eo tardius solventur (cf. *Progn.* § 17). Solent etiam in gravi morbo pedes cum digitis unguibusque nigrescere: quod si non est mors consequuta, et reliquum corpus invaluit, pedes tamen decidunt (cf. *Progn.* § 9; *Epid.* III, 4).

## CAPUT VIII.

20

Quae notae spem salutis quae pericula ostendunt.

Sequitur, ut in quoque morbi genere proprias notas explicem, quae vel spem, vel periculum ostendant. Ex vesica dolenti, si purulenta urina processit, inque ea laeve et album subsedit, metum detrahit (*Progn.* § 19). In pulmonis morbo, si sputo ipse levatur dolor, quamvis id purulentum est, tamen aeger facile spirat, facile excreat, morbum ipsum non difficulter fert, potest ei secunda valetudo contingere (cf. *Progn.* § 15). Neque inter initia terreri convenit, si protinus sputum mixtum est rufo quodam, et sanguine, dummodo statim edatur (cf. *Progn.* § 14). Laterum dolores, suppuratione facta, deinde intra quadragesimum diem purgata, finiuntur (*Aph.* V, 15; *Coac.* 398). Si in jecinore vomica est, et ex ea fertur pus purum et album, salus facilis: id enim malum in tunica est (*Aph.* VII, 45). Ex suppurationibus vero eae

tolerabiles sunt, quae in exteriorem partem feruntur, et  
 acuuntur (*Progn.* § 7): et ex iis quae intus procedunt, eae  
 leviores, quae contra se cutem non afficiunt, eamque et sine  
 dolore, et ejusdem coloris, cujus reliquae partes sunt, sinunt  
 5 esse (*Progn.* § 7). Pus quoque, quacumque parte erumpit,  
 si est laeve, album, et unius coloris, sine ullo metu est  
 (*Progn.* § 7 et 18); et, quo effuso, febris protinus conquievit,  
 desieruntque urgere cibi fastidium et potionis desiderium  
 (*Progn.* § 17). Si quando etiam suppuratio descendit in  
 10 crura, sputumque factum pro rufo purulentum est, periculi  
 minus est. At in tabe ejus, qui salvus futurus est, sputum  
 esse debet album, aequale totum, ejusdemque coloris, sine  
 pituita; eique etiam simile esse oportet, si quid in nares a  
 capite destillat. Longe optimum est, febrem omnino non esse;  
 15 secundum est, tantulam esse, ut neque cibum impediatur, neque  
 crebram sitim faciat (*Progn.* § 17; *Prorrh.* II, § 7). Alvus  
 in hac valetudine ea tuta est, quae quotidie coacta, eaque  
 convenientia iis, quae assumuntur, reddit; corpus id, quod  
 20 minime tenue, maximeque lati pectoris atque setosi est, cujus-  
 que cartilago exigua et carnosa est (*Prorrh.* II, § 7). Super  
 tabem, si mulieri suppressa quoque menstrua fuerunt, et circa  
 pectus atque scapulas dolor mansit, subitoque sanguis erupit,  
 levari morbus solet: nam et tussis minuitur, et sitis atque  
 febricula desinunt; sed iisdem fere, nisi redit sanguis, vo-  
 mica erumpit; quae quo cruentior, eo melior est (*Ibid.* § 7).  
 25 Aqua autem inter cutem minime terribilis est, quae nullo  
 antecedente morbo coepit; deinde, quae longo morbo super-  
 venit: utique si firma viscera sunt; si spiritus facilis; si nul-  
 lus dolor; si sine calore corpus est, aequaliterque in extremis  
 30 partibus macrum est; si venter mollis; si nulla tussis; nulla  
 sitis; si lingua, ne per somnum quidem inarescit; si cibi cu-  
 piditas est; si venter medicamentis movetur; si per se excernit  
 mollia et figurata; si extenuatur (cf. III, 24); si urina,  
 et vini mutatione, et epotis aliquibus medicamentis, mutatur;  
 35 si corpus sine lassitudine est, et morbum facile sustinet: si-  
 quidem in quo omnia haec sunt, is ex toto tutus est; in quo  
 plura ex his sunt, is in bona spe est (*Prorrh.* II, § 5). Ar-  
 ticulorum vero vitia, ut podagrae chiragraeque, si juvenes

tentarunt, neque callum induxerunt, solvi possunt: maximeque torminibus leniuntur, et quocumque modo venter fluit (*Ibid.* § 8). Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non aegre finitur (cf. *Aph.* V, 7): et in quo ab una parte corporis venientis accessionis sensus incipit, optimum est a 5 manibus pedibusve initium fieri; deinde a lateribus; pessimum inter haec a capite (*Ibid.* § 9). Atque in his quoque ea maxime prosunt, quae per dejectiones excernuntur. Ipsa autem dejectio sine ulla noxa est, quae sine febre est; si celeriter desinit; si contrectato ventre nullus motus ejus senti- 10 titur; si extremam alvum spiritus sequitur. Ac ne tormina quidem periculosa sunt, si sanguis et strigmenta descendunt, dum febris ceteraeque accessiones hujus morbi absint: adeo ut etiam gravida mulier, non solum servari possit, sed etiam partum reservare (*Prorrh.* II, § 22). Prodestque in hoc 15 morbo, si jam aetate aliquis processit (cf. *Aph.* II, 45). Contra intestinorum laevis aetatis facilius a teneris aetatibus depellitur; utique si ferri urina, et ali cibo corpus incipit. Eadem aetas prodest, et in coxae dolore, et humerorum, et in omni resolutione nervorum. Ex quibus coxa, si sine torpore est, 20 si leviter friget, quamvis magnos dolores habet, tamen et facile, et mature sanatur: resolutumque membrum, si nihilominus alitur, fieri sanum potest. Oris resolutio etiam alvo cita finitur. Omnisque dejectio lippienti prodest (*Aph.* VI, 17; *Coac.* 220). At varix ortus, vel per ora venarum subita 25 profusio sanguinis, vel tormina, insaniam tollunt (*Aph.* VI, 21). Humerorum dolores, qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atrae bilis solvuntur: et quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est (*Prorrh.* II, § 40). Singultus sternutamento finitur (*Aph.* VI, 13). Longas dejectiones supprimit 30 vomitus (*Aph.* VI, 15). Mulier sanguinem vomens, profusis menstruis, liberatur (*Aph.* V, 32). Quae menstruis non purgatur, si sanguinem ex naribus fudit, omni periculo vacat. Quae locis laborat, aut difficulter partum edit, sternutamento levatur. Aestiva quartana fere brevis est (*Aph.* II, 25). 35 Cui calor et tremor est, saluti delirium est (*Coac.* 129). Lienosis bono tormina sunt (*Aph.* VI, 48). Denique ipsa febris, quod maxime mirum videri potest, saepe praesidio est;

nam et praecordiorum dolores, si sine inflammatione sunt, finit (*Aph.* VI, 40); et jecinoris dolori succurrit (*Aph.* VII, 42); et nervorum distentionem rigoremque, si postea coepit, ex toto tollit (*Aph.* IV, 57; *Coac.* 346); et ex difficultate urinae morbum tenuioris intestini ortum, si urinam per calorem movet, levat (*Aph.* VI, 44; *Coac.* 465). At dolores capitis, quibus oculorum caligo, et rubor cum quadam frontis prurigne accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita submoventur. Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut aestu sunt, gravedine et sternutamentis finiuntur (*Prorrh.* II, § 30). Febrem autem ardentem, quam Graeci *καυσώδη* vocant, subitus horror exsolvit (*Aph.* IV, 58; *Coac.* 132). Si in febre aures obtusae sunt, si sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto (*Aph.* IV, 60; *Coac.* 207). Nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus potest (*Aph.* IV, 28; *Coac.* 617). Quibus in fistula urinae minuti abscessus, quos *φύματα* Graeci vocant, esse coeperunt, iis, ubi pus ea parte profluxit, sanitas redditur (*Aph.* IV, 82; *Coac.* 463). Ex quibus quum pleraque per se proveniant, scire licet, inter ea quoque, quae ars adhibet, naturam plurimum posse.

Contra, si vesica cum febre continenti dolet, neque venter quidquam reddit, malum atque mortiferum est; maximeque id periculum est pueris a septimo anno ad quartumdecimum (*Progn.* § 19). In pulmonis morbo, si sputum primis diebus non fuit, deinde a septimo die coepit, et ultra septimum mansit, periculosum est (cf. *Progn.* § 15); quantoque magis mixtos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil pejus est, quam sincerum id edi, sive rufum est, sive cruentum, sive album, sive glutinosum, sive pallidum, sive spumans: nigrum tamen pessimum est (cf. *Progn.* § 14). In eodem morbo periculosa sunt tussis, destillatio; etiam, quod alias salutare habetur, sternutamentum: periculosissimumque est, si haec sequuta subita dejectio est (cf. *Aph.* VI, 16). Fere vero quae in pulmonis, eadem in lateris doloribus, et mitiora signa, et asperiora esse consuerunt. Ex jecinore si pus cruentum exit, mortiferum est (cf. *Coac.* 442). At ex suppurationibus eae pessimae sunt, quae intus tendunt,



sic ut exteriorem quoque cutem decolorent: ex iis deinde, quae in exteriorem partem prorumpunt, quae maximae, quaeque planissimae sunt (cf. p. 45, l. 2). Quod si, ne rupta quidem vomica, vel pure extrinsecus emisso, febris quievit, aut quamvis quieverit, tamen repetit; item si sitis est, si cibi fastidium, si venter liquidus, si pus est lividum et pallidum, si nihil aeger excreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est. Atque ex iis quidem suppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur: ex ceteris juniores (cf. *Progn.* § 15). At in tabe sputum mixtum purulentum, febris assidua, quae et cibi tempora eripit, et siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testantur. Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, ubi capilli fluunt (cf. *Aph.* V, 12; *Coac.* 42S); ubi urina quaedam araneis similia subsidentia ostendit, atque in sputis odor foedus est; maximeque ubi post haec orta dejectio est, protinus moritur: utique si tempus autumnus est, quo fere, qui cetera parte anni traxerunt, resolvuntur (cf. *Aph.* III, 10). Item pus expuisse in hoc morbo, deinde ex toto spuere desiisse, mortiferum est (*Aph.* VII, 16). Solet etiam in adolescentibus is morbus ex vomica fistulave oriri: qui non facile sanescunt, nisi si multa signa bonae valetudinis subsequuta sunt. Ex reliquis vero minime facile sanantur virgines, aut eae mulieres, quibus super tabem menstrua suppressa sunt (*Prorrh.* II, § 7). Cui vero sano subitus dolor capitis ortus est, dein somnus oppressit, sic ut stertat, neque expergiscatur, intra septimum diem pereundum est (*Aph.* VI, 51); magis si, cum alvus cita non antecesserit, palpebrae dormientis non coeunt, sed album oculorum apparet (cf. *Progn.* § 2). Quos tamen ita mors sequitur, si id malum non est febre discussum. At aqua inter cutem, si ex acuto morbo coepit, ad sanitatem raro perducitur: utique si contraria iis, quae supra posita sunt, subsequuntur. Aequae in ea quoque tussis spem tollit (*Aph.* VI, 35 et VII, 47): item, si sanguis sursum deorsumque erupit, et aqua medinam corpus implevit. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. Hi tutiores quidem sunt, quam qui supra comprehensi sunt, si attendunt; sed fere fiducia secundae va-



letudinis opprimuntur. Illud jure aliquis mirabitur, quomodo—  
 quaedam simul et affligant nostra corpora, et parte aliqua tu-  
 eantur. Nam, sive aqua inter cutem quem implevit, sive in  
 magno abscessu multum puris coit, simul id omne effudisse,  
 aequè mortiferum est, ac si quis sani corporis vulnere factus  
 exsanguis est (*Aph.* VI, 27). Articuli vero cui sic dolent, ut  
 super eos ex callo quaedam tubercula innata sint, numquam  
 liberantur: quaeque eorum vitia vel in senectute coeperunt,  
 vel in senectutem ab adolescentia pervenerunt, ut aliquando  
 leniri possunt, sic numquam ex toto finiuntur. Morbus quo-  
 que comitialis post annum quintum et vicesimum ortus aegre  
 curatur; multoque aegrius is, qui post quadragesimum annum  
 coepit; adeo ut in ea aetate aliquid in natura spei, vix quid-  
 quam in medicina sit (*Prorrh.* II, § 9). In eodem morbo, si  
 simul totum corpus afficitur, neque ante in partibus aliquis  
 venientis mali sensus est, sed homo ex improvise concidit,  
 cujuscumque is aetatis est, vix sanescit: si vero aut mens  
 laesa est, aut nervorum facta resolutio, medicinae locus non  
 est. Dejectionibus quoque si febris accessit; si inflammatio  
 jecinoris, aut praecordiorum, aut ventris; si immodica sitis;  
 si longius tempus; si alvus varia; si cum dolore est, etiam  
 mortis periculum subest: maximeque si inter haec tormina  
 esse coeperunt. Isque morbus maxime pueros absomit us-  
 que ad annum decimum: ceterae aetates facilius sustinent.  
 Mulier quoque gravida ejusmodi casu rapi potest; atque  
 etiamsi ipsa convaluit, partum tamen perdit (cf. *Aph.* V, 34).  
 Quin etiam tormina ab atra bile orsa mortifera sunt (cf. *Aph.*  
 IV, 24); aut si sub his, extenuato jam corpore, subito nigra  
 alvus profluxit. At intestinorum laevitas periculosior est, si  
 frequens dejectio est; si venter omnibus horis et cum sono,  
 et sine hoc profluit; si similiter noctu et interdiu; si quod  
 excernitur, aut crudum est, aut nigrum, et, praeter id, etiam  
 laeve, et mali odoris; si sitis urget; si post potionem urina non  
 redditur (quod evenit, quia tunc liquor omnis non in vesicam,  
 sed in intestina descendit—*glossema?*—); si os exulceratur,  
 si rubet facies, et quasi maculis quibusdam colorum omnium  
 distinguitur; si venter est quasi fermentatus, pinguis atque ru-  
 gosus; si cibi et [ambulationis] cupiditas non est. Inter quae

quum evidens mors sit, multo evidentior est, si jam longum quoque id vitium est; maximeque si etiam in corpore senili est. Si vero in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, nervorum distentio, delirium, mala sunt. At in morbo arquato, durum fieri jecur, perniciosissimum est (*Aph.* VI, 42).<sup>5</sup> Quos lienis male habet, si tormina prehenderunt, deinde versa sunt vel in aquam inter cutem, vel in intestinorum laevitatem, vix ulla medicina periculo subtrahit (*Aph.* VI, 43; *Coac.* 457). Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est intra septimum diem, occidit (cf. *Aph.* VI, 44; *Coac.* 465).<sup>1</sup> Mulier ex partu, si cum febre vehementibus etiam et assiduis capitis doloribus premitur, in periculo mortis est (cf. *Aph.* V, 55). Si dolor atque inflammatio est in iis partibus, quibus viscera continentur, frequenter spirare, signum malum est. Si sine causa longus dolor capitis est, et in cervices ac scapulas transit, rursusque in caput revertitur, aut a capite ad cervices scapulasque pervenit, perniciosus est: nisi vomitam aliquam excitavit, sic ut pus extussiretur; aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit; aut nisi in capite multa porrigo, toto corpore pusulae ortae sunt. Aequae magnum malum<sup>2</sup> est, ubi torpor atque prurigo pervagantur, modo per totum caput, modo in parte; aut sensus alicujus ibi quasi frigoris est, eaque ad summam quoque linguam perveniunt. Et quum in iisdem abscessibus auxilium sit, eo difficilior sanitas est, quo minus saepe sub his malis illi subsequuntur. In coxae<sup>2</sup> vero doloribus, si vehemens torpor est, frigescitque crus et coxa; alvus nisi coacta non reddit, idque quod excernitur, mucosum est; jamque aetas ejus hominis quadragesimum annum excessit; is morbus erit longissimus, minimeque annuus; neque finire poterit, nisi aut vere, aut aestate. Difficilis<sup>3</sup> aequae curatio est in eadem aetate, ubi humerorum dolor vel ad manus pervenit, vel ad scapulas tendit, torporemque et dolorem creat, neque bilis vomitu levatur. Quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur (*Prorrh.* II,<sup>3</sup> 39); eoque minus, quo vetustius id vitium est, et quo magis in corpore senili est. Omnique resolutioni nervorum ad medicinam non idonea tempora sunt hiems et autumnus: aliquid sperari

potest vere et aestate. Isque morbus mediocris vix sanatur; vehemens sanari non potest (*Aph.* II, 42). Omnis etiam dolor minus medicinae patet, qui sursum procedit. Mulieri gravidae, si subito mammae emacruerunt, abortus periculum est 5 (*Aph.* V, 37). Quae neque peperit, neque gravida est, si lac habet, a menstruis defecta est (*Aph.* V, 39). Quartana autumnalis fere longa est: maximeque, quae coepit hieme appropinquante (*Aph.* II, 25 — cf. p. 46 l. 35). Si sanguis profluxit, deinde sequuta est dementia cum distentione nervorum, periculum mortis est (*Aph.* V, 3 et VII, 9; *Coac.* 332): itemque, si medicamentis purgatum et adhuc inanem, nervorum distentio oppressit (*Aph.* V, 4); aut si in magno dolore extremas partes frigent (cf. *Aph.* VII, 26). Neque is ad vitam redit, qui ex suspendio, spumante ore, detractus 15 est (*Aph.* II, 43). Alvus nigra, sanguini atro similis, repentina, sive cum febre, sive etiam sine hac est, pernicioosa est (*Aph.* IV, 21; *Coac.* 596).

## CAPUT IX.

## De morborum curationibus.

20 Cognitis indiciis, quae nos vel spe consolentur, vel metu terreant, ad curationes morborum transeundum est. Ex his quaedam communes sunt, quaedam propriae: communes, quae pluribus morbis opitulantur; propriae, quae singulis. Ante de communibus dicam: ex quibus tamen quaedam non aegros 25 solum, sed sanos quoque sustinent; quaedam in adversa tantum valetudine adhibentur. Omne vero auxilium corporis, aut demit aliquam materiam, aut adjicit (*De flat.* § 1), aut evocat, aut reprimat, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit. Quaedam non uno modo tantum, sed 30 etiam duobus inter se non contrariis adjuvant. Demitur materia sanguinis detractio, cucurbitula, dejectione, vomitu, frictione, gestatione, omnique exercitatione corporis, abstinentia, sudore. De quibus protinus dicam.

## CAPUT X.

De sanguinis missione per venam — (cf. Oribas. T. II, p. 750 s.).

Sanguinem, incisa vena, mitti, novum non est: sed nullum paene morbum esse in quo non mittatur, novum est. Item, mitti junioribus, et feminis uterum non gerentibus, vetus est: 5 in pueris vero idem experiri, et in senioribus, et in gravidis quoque mulieribus, vetus non est: siquidem antiqui primam ultimamque aetatem sustinere non posse hoc auxilii genus judicabant: persuaserantque sibi, mulierem gravidam, quae ita curata esset, abortum esse facturam (*Aph. V, 31*). Postea 10 vero usus ostendit, nihil in his esse perpetuum: aliasque potius observationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat: interest enim non quae aetas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed quae vires sint. Ergo si juvenis imbecillus est, aut si mulier, quae gravida non est, 15 parum valet, male sanguis mittitur: emoritur enim vis, si qua supererat, hoc modo erepta. At firmus puer, et robustus senex, et gravida mulier valens, tuto curatur. Maxime tamen in his medicus imperitus falli potest: quia fere minus roboris illis aetatibus subest; mulierique praegnantem post curationem 20 quoque viribus opus est, non tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum. Non quidquid autem intentionem animi et prudentiam exigit, protinus ejiciendum est; quum praecipua in hoc ars sit, quae non annos numeret, neque conceptionem solam videat, sed vires aestimet, et ex eo colligat, possit 25 necne superesse, quod vel puerum, vel senem, vel in una muliere duo corpora simul sustineat. Interest etiam inter valens corpus, et obesum; inter tenne, et infirmum: tennioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat. Facilius itaque illi detractionem ejusmodi sustinent; celerinsque ea, 30 si nimium est pinguis, aliquis affligitur. Ideoque vis corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie aestimatur. Neque solum haec consideranda sunt, sed etiam morbi genus quod sit: utrum superans, an deficiens materia laeserit; corruptum corpus sit, an integrum; nam si materia vel deest, vel integra 35 est, istud alienum est: at si vel copia sui male habet, vel

corrupta est, nullo modo melius succurritur. Ergo vehemens febris, ubi rubet corpus, plenaque venae tument, sanguinis detractionem requirit: item viscerum morbi, nervorumque resolutio, et rigor, et distentio: quidquid denique fauces difficultate spiritus strangulat; quidquid subito supprimit vocem; quisquis intolerabilis dolor est; et quacumque de causa ruptum aliquid intus atque collisum est: item malus corporis habitus, omnesque acuti morbi, qui modo, ut supra dixi, non infirmitate, sed onere nocent. Fieri tamen potest, ut morbus quidem id desideret, corpus autem vix pati posse videatur: sed si nullum tamen appareat aliud auxilium, periturusque sit qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adjutus; in hoc statu boni medici est ostendere, quam nulla spes sit sine sanguinis detractione, faterique quantus in hac ipsa metus sit: et tum demum, si exigetur, sanguinem mittere. De quo dubitari in ejusmodi re non oportet: satius est enim anceps auxilium experiri, quam nullum. Idque maxime fieri debet, ubi nervi resoluti sunt; ubi subito aliquis obmutnit; ubi angina strangulatur (cf. IV, 4); ubi prioris febris accessio paene confecit, paremque subsequi verisimile est, neque eam videntur sustinere aegri vires posse. Quum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est: neque enim semper concoctionem res expectat. Ergo si ex superiore parte aliquis decidit, si contusus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomit, quamvis paulo ante sumsit cibum, tamen protinus ei demenda materia est, ne, si subsederit, corpus affligat. Idemque etiam in aliis casibus repentinis, qui strangulabunt, dictum erit. At si morbi ratio patietur, tum demum nulla cruditatis suspitione remanente id fiet. Ideoque ei rei videtur aptissimus adversae valetudinis dies secundus, aut tertius. Sed ut aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est, sic numquam utile post diem quartum est, quum jam spatio ipso materia et exhausta est, et corpus corrumpit: ut detractio imbecillum id facere possit, non possit integrum. Quod si vehemens febris urget, in ipso impetu ejus sanguinem mittere, hominem jugulare est. Expectanda ergo remissio est; si non decrescit, sed crescere desiit, neque speratur remissio, tum quoque, quamvis pejor, sola tamen



occasio non omittenda est. Fere etiam ista medicina, ubi necessaria est, in biduum dividenda est: satius est enim primum levare aegrum, deinde perpurgare, quam simul omni vi effusa fortasse praecipitare. Quod si in pure quoque aquae quae inter cutem est, ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat (cf. p. 49 l. 3). Mitti vero is debet, si totius corporis causa fit, ex brachio; si partis alicujus, ex ea ipsa parte, aut certe quam proxima: quia non ubique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, juxta talos. Neque ignoro, quosdam dicere, quam longissime sanguinem inde, ubi laedit, esse mittendum: sic enim averti materiae cursum; at illo modo in id ipsum, quod gravat, evocari. Sed id falsum est: proximum enim locum primo exhaurit; ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur; ubi is suppressus est, quia non trahitur, ne venit quidem. Videtur tamen usus ipse docuisse, si caput fractum est, ex brachio potius sanguinem esse mittendum; si quod in humero vitium est, ex altero brachio: credo, quia si quid parum cesserit, opportuniore eae partes injuriae sunt, quae jam male habent. Avertitur quoque interdum sanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur: desinit enim fluere qua nolumus, inde objectis quae prohibeant, alia dato itinere.

Mittere autem sanguinem quum sit expeditissimum usum habenti, tamen ignaro difficillimum est; juncta enim est venae arteria, his nervi: ita, si nervum scalpellus attingit, sequitur nervorum distentio, eaque hominem crudeliter consumit. At arteria incisa neque coit, neque sanescit; interdum etiam, ut sanguis vehementer erumpat, efficit. Ipsius quoque venae, si forte praecisa est, capita comprimuntur, neque sanguinem emittunt. At si timide scalpellus demittitur, summam cutem lacerat, neque venam incidit. Nonnumquam etiam ea latet, neque facile reperitur. Ita multae res id difficile inscio faciunt, quod perito facillimum est. Incidenda ad medium vena est: ex qua quum sanguis erumpit, colorem ejus habitumque oportet attendere; nam si is crassus et niger est, vitiosus est; ideoque utiliter effunditur; si rubet et pellucet, integer est; eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat: protinusque is suppressendus est. Sed id eve-

nire non potest sub eo medico, qui scit ex quali corpore sanguis mittendus sit. Illud magis fieri solet, ut aequae niger assidue primo die profluat: quod quamvis ita est, tamen si jam satis fluxit, suppressendus est; semperque ante finis faciendus est, quam anima deficiat. Deligandumque brachium superimposito expresso ex aqua frigida penicillo: et postero die averso medio digito vena ferienda, ut recens eoitus ejus resolvatur, iterumque sanguinem fundat. Sive autem primo, sive secundo die sanguis, qui erassus et niger initio fluxerat, et rubere, et pellucere coepit, satis materiae detractum est, atque quod superest, sincerum est: ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens eieatricula sit; quae celerrime in vena confirmatur.

## CAPUT XI.

## De cucurbitis medicinalibus.

Cucurbitularum vero duo genera sunt; aeneum, et corneum. Aenea, altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte aequae patens, altera foramen habet exiguum. In aeneam linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori aptatur, imprimiturque, donec inhaereat. Cornea per se corpori imponitur; deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera eavum id elausum est, aequae inhaereseit. Utraque non ex his tantum materiae generibus, sed etiam ex quolibet alio reete fit. Ac si cetera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris eompressoris, ei rei eommode aptatur. Ubi inhaesit, si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit; si integra est, spiritum. Ergo ubi materia, quae intus est, laedit, illo modo; ubi inflatio, hoc imponi solet. Usus autem cucurbitulae praecipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem satis est. Idque ipsum testimonium est, etiam scalpello sanguinem, ubi membro succurritur, ab ea potissimum parte, quae jam laesa est, esse mittendum, quod nemo cucurbitulam diversae parti imponit, nisi quum profusionem sanguinis eo

avertit; sed ei ipsi, quae dolet, quaeque liberanda est. Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis, sive corrupta materia, sive spiritu male habente; in acutis quoque quibusdam, quamvis jam et iis spatium aliquod accessit, si et levare corpus debet, et ex vena sanguinem mitti vires non patiuntur. Idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum; neque umquam periculosum est, etiamsi in medio febris impetu, etiamsi in cruditate adhibetur. Ideoque ubi sanguinem mitti opus est, si incisa vena praeceps periculum est, aut si in parte corporis etiam vitium est, huc potius confugiendum est: quum eo tamen, ut sciamus, hic ut nullum periculum, ita levius praesidium esse; nec posse vehementi malo, nisi aequae vehemens auxilium succurrere (*Aph. I, 6*).

## CAPUT XII.

### De dejectione.

1. Dejectionem autem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione in omnibus paene morbis moliebantur: dabantque aut nigrum veratrum, aut filiculam, aut squamam aeris, quam *λεπίδα χαλκοῦ* Graeci vocant; aut lactucae marinae lac, cujus gutta pani adjecta abunde purgat; aut lac vel asininum, vel bubulum, vel caprinum; eique salis paulum adjiciebant, decoquebantque id, et sublatis iis, quae coierant, quod quasi serum supererat, bibere cogebant; sed medicamenta stomachum fere laedunt. Alvus si vehementius fluit, aut saepius ducitur, hominem infirmit. Ergo numquam in adversa valetudine medicamentum ejus rei causa recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est; ut quum veratrum nigrum aut atra bile vexatis, aut cum tristitia insanientibus, aut iis, quorum nervi parte aliqua resoluti sunt, datur. At ubi febres sunt, satius est ejus rei causa cibos potionesque assumere, qui simul et alant, et ventrem molliant. Suntque valetudinis genera, quibus ex lacte purgatio convenit.

2. Plerumque vero alvus potius ducenda est: quod ab Asclepiade quoque sic temperatum, ut tamen servatum sit, video plerumque saeculo nostro praeteriri. Est autem ea

moderatio, quam is sequutus videtur, aptissima: ut neque saepe ea medicina tentetur, et tamen semel, vel summum bis, non omittatur, si caput grave est; si oculi caligant; si morbus majoris intestini est, quod Graeci κόλον nominant; si in imo ventre, aut in coxa dolores sunt; si in stomachum quaedam biliosa concurrunt, vel etiam pituita eo se, humorve aliquis aquae similis confert; si spiritus difficiliter redditur; si nihil per se venter excernit; utique, si juxta quoque stercus est, et intus remanet; aut si stercoris odorem, nihil deiciens, aeger ex spiritu suo sentit; aut si corruptum est, quod excernitur; aut si prima inedia febrem non sustulit; aut si sanguinem mitti, quum opus sit, vires non patiuntur, tempusve ejus rei praeteriit; aut si multum ante morbum aliquis potavit; aut si is, qui saepe vel sponte, vel casu purgatus est, subito habet alvum suppressam. Servanda vero illa sunt: ne ante diem tertium ducatur; ne ulla cruditate substantive; ne in corpore infirmo, diuque adversa valetudine exhausto; neve in eo, cui satis alvus quotidie reddit, quive eam liquidam habet; neve in ipso accessionis impetu, quia, quod tum infusum est, alvo continetur, regestumque in caput, multo gravius periculum efficit. Pridie vero abstinere debet aeger, ut aptus tali curationi sit: eo die ante aliquot horas aquam calidam bibere, ut superiores ejus partes madescant. Tum immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus, pura aqua; si paulo valentiori, mulsa; si leni, ea in qua foenum graecum, vel ptisana, vel malva decocta sit. Acris autem est marina aqua, vel alia sale adjecto: atque utraque decocta commodior est. Acrior fit adjecto, vel oleo, vel nitro, vel melle: quoque acrior est, eo plus extrahit, sed minus facile sustinetur. Idque quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neque calidum; ne alterutro modo laedat. Quum infusum est, quantum fieri potest, continere se in lectulo debet aeger, nec primae cupiditati dejectionis protinus cedere: ubi necesse est, tum demum desiderare. Fereque eo modo demta materia, superioribus partibus levatis, morbum ipsum mollit. Cum vero, quoties res coegit, desidendo aliquis se exhaustus, paulisper debet conquiescere; et, ne vires deficient, utique eo die cibum assumere: qui plenior, an exiguus sit dandus,

ex ratione ejus accessionis, quae exspectabitur, aut in metu non erit, aestimari oportebit.

### CAPUT XIII.

#### De vomitu.

At vomitus, ut in secunda quoque valetudine saepe necessarius biliosis est, sic etiam in iis morbis, quos bilis concitavit. Ergo omnibus, qui ante febres horrore et tremore vexantur; omnibus, qui cholera laborant; omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus; et comitiali quoque morbo oppressis necessarius est; sed si acutus morbus est, si febris est, asperioribus medicamentis opus non est; sicut in dejectionibus quoque supra dictum est: satisque est ea vomitus causa sumi, quae sanis quoque sumenda esse proposui. At ubi longi valentesque morbi sine febre sunt, ut comitialis, ut insania, veratro quoque albo utendum est. Id neque hieme, neque aestate recte datur; optime vere; tolerabiliter autumno. Quisquis daturus erit, id agere ante debet, ut accepturi corpus humidius sit (cf. *Aph.* IV, 13). Illud scire oportet, omne ejusmodi medicamentum, quod potui datur, non semper aegris prodesse, semper sanis nocere (cf. *Aph.* II, 36. 37).

### CAPUT XIV.

#### De frictione.

De frictione vero adeo multa Aesclepiades, tamquam inventor ejus, posuit in eo volumine, quod *Communium Auxiliorum* inscripsit, ut, quum trium tantum faceret mentionem, hujus et aquae et gestationis, tamen maximam partem in hac consumserit. Oportet autem neque recentiores viros in iis fraudare, quae vel repererunt, vel recte sequenti sunt; et tamen ea, quae apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere. Neque dubitari potest, quin latius quidem, et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendum esset, Aescle-



piades praeceperit; nihil tamen repererit, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate (*De offic. med.* §. 17) paucis verbis comprehensum sit: qui dixit, 'frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri; si multa, minui; si modica, impleri'. Sequitur ergo, ut tum utendum sit, quum aut adstringendum corpus sit, quod hebes est; aut molliendum, quod induruit; aut digerendum in eo, quod copia nocet; aut alendum id, quod tenue et infirmum est. Quas tamen species si quis curiosius aestimet, quod jam ad medicum non pertinet, facile intelliget, omnes ex una causa pendere, quae demit; nam et adstringitur aliquid, eo demto, quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat; et mollitur, eo detracto, quod duritiem creabat; et impletur, non ipsa frictione, sed eo cibo, qui postea usque ad cutem, digestionem quadam relaxatam, penetrat. Diversarum vero rerum in modo causa est. Interunctionem autem et frictionem multum interest. Ungi enim, leniterque pertractari corpus, etiam in acutis et recentibus morbis oportet; in remissione tamen, et ante cibum: longa vero frictione uti, neque in acutis morbis, neque increscentibus convenit; praeterquam quum phreneticis somnus ea quaeritur. Amat autem hoc auxilium valetudo longa, et jam a primo impetu inclinata. Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse increscentibus morbis, non quum jam per se finiuntur. Quod non ita se habet. Potest enim morbus, etiam qui per se finem habiturus est, citius tamen adhibito auxilio tolli: quod duabus de causis necessarium est; et ut quam primum bona valetudo contingat; et ne morbus, qui remanet, iterum, quamvis levi de causa, exasperetur. Potest morbus minus gravis esse, quam fuerit, neque ideo tamen solvi, sed reliquiis quibusdam inhaerere, quas admotum aliquod auxilium discutiat. Sed ut, levata quoque adversa valetudine, recte frictio adhibetur; sic numquam adhibenda est febre increscente: verum, si fieri poterit, quum ex toto corpus ea vacabit; sin minus, certe quum ea remiserit. Eadem autem modo in totis corporibus esse debet, ut quum infirmus aliquis implendus; modo in partibus, aut quia ejus ipsius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius. Nam et capitis longos dolores ipsius frictio levat; non in

inpetu tamen doloris: et membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur. Longe tamen saepius aliud perfricandum est, quum aliud dolet; maximeque quum a summis, aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus; ideoque extremas partes perfricamus. Neque audiendi sunt, qui 5 numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim ex viribus hominis colligendum est: et si is perinfirmus est, potest satis esse quinquagies; si robustior, potest ducenties; inter utrumque deinde, prout vires sunt. Quo fit, ut etiam minus saepe in muliere, quam in viro; minus saepe in puero, 10 vel sene, quam in juvene, manus dimovendae sint. Denique, si certa membra perfricantur, multa valentique frictione opus est; nam neque totum corpus infirmari cito per partem potest, et opus est quam plurimum materiae digeri, sive id ipsum membrum, sive per id aliud levamus. At ubi totius corporis 15 imbecillitas hanc curationem per totum id exigit, brevior esse debet et lenior; ut tantummodo summam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo novae materiae fiat. In malis jam aegrum esse, ubi exterior pars corporis friget, interior cum siti calet, supra posui (cf. *Aph.* IV, 48; *Coac.* 113). 20 Sed tunc quoque unicum in frictione praesidium est; quae si calorem in cutem evocavit, potest alicui medicinae locum facere.

## CAPUT XV.

De gestatione.

25

Gestatio quoque longis et jam inclinatis morbis aptissima est: utilisque est et iis corporibus, quae jam ex toto febre carent, sed adhuc exerceri per se non possunt; et iis, quibus lentae morborum reliquiae remanent, neque aliter eliduntur. Asclepiades etiam in recenti vehementique, praecipueque 30 ardente febre, ad discutiendam eam, gestatione dixit utendum: sed id periculose fit; meliusque quiete ejusmodi impetus sustinetur. Si quis tamen experiri volet, sic experiatur, si lingua non erit aspera, si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor visceribus, aut capiti, aut praecordiis suberit. Et 35

ex toto numquam gestari corpus dolens debet, sive id in toto, sive in parte est; nisi tamen solis nervis dolentibus; neque umquam increcente febre, sed in remissione ejus. Genera autem gestationis plura sunt; quae adhibenda sunt et pro viribus cujusque, et pro opibus; ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili desint. Lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine; vehementior vel in alto (vid. p. 65, l. 38), vel lectica; etiamnum acrior vehiculo. Atque haec ipsa et intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi lectus debet, et moveri: si ne id quidem est, at certe uni pedi subjiciendum fulcrum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus (cf. Orib. T. I, p. 661).

Et lenia quidem genera exercitationis infirmis conveniunt valentiora vero iis, qui jam pluribus diebus febre liberati sunt; aut iis, qui gravium morborum initia sic sentiunt, ut adhuc febre vacent, quod et in tabe, et in stomachi vitiis; et quum aqua cutem subiit, et interdum in morbo regio sit; aut ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis insania est, sine febre, quamvis diu, manent. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt, quae comprehendimus eo loco, quo, quemadmodum sani, neque firmi homines se gererent, praecepimus (I, 2).

## CAPUT XVI.

### De abstinentia.

Abstinentiae vero duo genera sunt: alterum, ubi nihil assumit aeger; alterum, ubi non nisi quod oportet. Initia morborum primum famem sitimque desiderant: ipsi deinde morbi moderationem, ut neque aliud quam expedit, neque ejus ipsius nimium sumatur; neque enim convenit juxta in ediam protinus satietatem esse. Quod si sanis quoque corporibus inutile est, ubi aliqua necessitas famem fecit: quanto inutilius est in corpore etiam aegro? Neque ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia. Intemperantes homines apud nos ipsi cibi tempora curantibus dant. Rursus alii tempora medicis pro dono remittunt, sibi ipsis

modum vindicant. Liberaliter agere se credunt, qui, quum cetera illorum arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi sunt; quasi quaeratur, quid medico liceat, non quid aegro salutare sit. Cui vehementer nocet, quoties in ejus, quod assumitur, vel tempore, vel modo, vel genere peccatur.

## CAPUT XVII.

De sudore eliciendo.

Sudor etiam duobus modis elicitur: aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est, et arenae calidae, et laconici, et clibani (cf. Oribas. I, p. 563), et quarumdam naturalium sudationum, ubi e terra profusus calidus vapor aedificio includitur, sicut super Bajas (cf. Horat. *Epist.* I, 15, v. 2) in murtetis habemus (cf. II, 21). Praeter haec sole quoque, et exercitatione is movetur. Utiliaque haec genera sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est. Ac nervorum quoque quaedam vitia sic optime curantur. Sed cetera infirmis possunt convenire: sol et exercitatio tantum robustioribus; qui tamen sine febre, vel inter initia morborum, vel etiam non gravibus morbis tenentur. Cavendum autem est, ne quid horum vel in febre, vel in cruditate tentetur. At balnei duplex usus est; nam modo, discussis febribus, initium cibi plenioris, viniq; firmioris valetudini facit; modo febrim ipsam tollit. Fereque adhibetur, ubi summam cutem relaxari, evocarique corruptum humorem, et habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo utebantur: Asclepiades audacius. Neque terrere autem ea res, si tempestiva est, debet: ante tempus nocet. Quisquis febre liberatus est, simulatque ea uno die non accessit, eo qui proximus est, post tempus accessionis, tuto lavari potest. At si circuitum habere ea febris solita est sic, ut tertio, quartove die revertatur, quandocumque non accessit, balneum tutum est. Manentibus vero adhuc febribus, si eae sunt lenes, levesque jamdiu male habent, recte medicina ista tentatur: cum eo tamen ne praecordia dura sint, neve ea tumeant, neve lingua aspera sit, neve aut in medio corpore, aut in capite dolor ullus sit, neve tum febris increseat. Atque in iis quidem

febris, quae certum circuitum habent, duo balnei tempora sunt: alterum, ante horrorem; alterum, febre finita: in iis vero, qui lentis febriculis diu detinentur, quum aut ex toto recessit accessio; aut, si id non solet, certe lenita est, jamque corpus tam integrum est, quam maxime esse in eo genere valetudinis solet. Imbecillus homo, iturus in balneum, vitare debet ne ante frigus aliquod experiatur: ubi in balneum venit, paulisper resistere, experiri que, num tempora adstringantur, et an sudor aliquis oriatur: illud si incidit, hoc non sequutum est, inutile eo die balneum est; perungendusque is leniter, et auferendus est; vitandumque omni modo frigus, et abstinentia utendum. At si temporibus integris, primum ibi, deinde alibi sudor incipit, fovendum os aqua calida; tum in solio desidendum est; atque ibi quoque videndum, num sub primo contactu aquae calidae summa cutis inhorrescat; quod vix tamen fieri potest, si priora recte cesserunt; certum id autem signum inutilis balnei est. Ante vero, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis suae cognoscat. Fere tamen, nisi ubi nominatim, ut postea fiat, praecipietur, moto sudore leniter corpus perungendum; deinde in aquam calidam demittendum est. Atque hic quoque habenda virium ratio est, neque committendum, ut per aestum anima deficiat; sed maturius is auferendus, curioseque vestimentis involvendus est, ut neque ad eum frigus adspiret, et ibi quoque, antequam aliquid assumat, insudet. Fomenta quoque calida sunt milium, sal, arena; quodlibet eorum calcfactum, et in linteum coniectum; si minore vi opus est, etiam solum linteum; at si majore, extincti titiones, involutique panniculis, et sic circumdati. Quin etiam calido olco replentur utriculi; et in vasa fictilia, a similitudine quas lenticulas vocant, aqua conijcitur; et sal sacco linteo excipitur, demittiturque in aquam bene calidam, tum super id membrum, quod fovendum est, collocatur. Juxtaque ignem ferramenta duo sunt capitibus paulo latioribus: alterumque ex his demittitur in cum salem, et aqua super leviter adspergitur; ubi frigere coepit, ad ignem refertur, et idem in altero fit; deinde invicem in utroque: inter quae descendit salsus et calidus



succus, qui contractis aliquo morbo nervis opitulatur. His omnibus commune est, digerere id, quod vel praecordia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet. Quando autem quoque utendum sit, in ipsis morborum generibus dicitur.

## CAPUT XVIII.

De cibis et potionibus.

Quum de iis dictum sit, quae detrahendo juvant; ad ea veniendum est, quae alunt, id est cibum et potionem. Haec autem non omnium tantum morborum, sed etiam secundae 10 valetudinis communia praesidia sunt: pertinetque ad rem, omnium proprietates nosse; primum ut sani sciant, quomodo his utantur; deinde ut exsequentibus nobis morborum curationes, liceat species rerum, quae assumendae erunt, subijcere, neque necesse sit subinde singulas eas nominare. Scire 15 igitur oportet, omnia legumina, quaeque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse: valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est; item omne animal quadrupes dominatum; omnem grandem feram, quales sunt caprea, cervus, aper, onager; omnem grandem avem, quales sunt anser, et 20 pavo, et grus; omnes belluas marinas, ex quibus cetus est, quaeque his pares sunt: item mel, et caseum: quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat; in media vero materia numerari ex oleribus debere ea, quorum radices, vel bulbos assumimus; 25 ex quadrupedibus, leporem; aves omnes a minimis ad phoenicopterum; item pisces omnes, qui salem non patiuntur, solidive saliuntur; imbecillissimam vero materiam esse omnem caulem oleris, et quidquid in caule nascitur, qualis est cucurbita, et cucumis, et capparitis; omnia poma, oleas, 30 cochleas, itemque conchyilia. Sed quamvis haec ita discreta sint, tamen etiam, quae sub eadem specie sunt, magna discrimina recipiunt; aliaque res alia vel valentior est, vel infirmior. Siquidem plus alimenti est in pane, quam in ullo alio: firmitus est triticum, quam milium; id ipsum, quam hordeum, 3 et ex tritico firmissima siligo, deinde similia, deinde cui nihil

edentum est, quod *αὐτόπυρον* Graeci vocant; infirmior est  
 ex polline; infirmissimus cibarius panis. Ex leguminibus vero  
 valentior faba, vel lenticula, quam pisum. Ex oleribus va-  
 lentior rapa, napique, et omnes bulbi, in quibus cepam quo-  
 que, et allium numero, quam pastinaca, vel quae radícula  
 (cf. I, 3, p. 19, l. 23) appellatur: item firmior brassica, et  
 beta, et porrum, quam lactuca, vel cucurbita, vel asparagus.  
 At ex fructibus surculorum valentiores avae, ficus, nuces,  
 palmulae, quam quae poma proprie nominantur: atque ex  
 his ipsis firmiora, quae succosa, quam quae fragilia sunt.  
 Itemque ex iis avibus, quae in media specie sunt, valentiores  
 eae, quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur; et ex  
 iis, quae volatu fidunt, firmiores quae grandiores, quam quae  
 minutae sunt; ut ficedula et turdus. Atque eae quoque quae  
 in aqua degunt, leviozem cibum praestant, quam quae na-  
 tandi scientiam non habent. Inter domesticas vero quadru-  
 pedes levissima suilla est; gravissima bubula: itemque ex  
 feris, quo majus quodque animal, eo robastior ex eo cibus  
 est. Pisciumque eorum, qui ex media materia sunt, quibus  
 maxime utimur, tamen gravissimi sunt [ii] ex quibus salsamenta  
 quoque fieri possunt, qualis lacertus est; deinde qui, quam-  
 vis teneriores, tamen duri sunt, ut aarata, corvus, sparus,  
 oculata; tum plani; post quos etiamnum leviores lupi, mulli-  
 que; et post hos, omnes saxatiles. Neque vero in generibus  
 rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis: quod et  
 aetate fit, et membro, et solo, et coelo, et habitu. Nam qua-  
 drupes omne animal, si lactens est, minus alimenti praestat:  
 itemque quo tenerior pullus cohortalis est: in piscibus quo-  
 que media aetas, quae nondum summam magnitudinem imple-  
 vit. Deinde ex eodem sue unguiae, rostrum, aures, cerebel-  
 lum; ex agno, hoedove cum petiolis totum caput aliquanto  
 quam cetera membra leviora sunt: adeo ut in media materia  
 poni possint. Ex avibus colla, alaeve recte infirmissimis an-  
 numerantur. Quod ad solum vero pertinet, frumentum quod-  
 que valentius est collinum, quam campestre: levior piscis inter  
 saxa editus, quam in arena; levior in arena, quam in limo: quo  
 fit, ut ex stagno, vel lacu, vel flumine eadem genera graviora  
 sint: leviorque qui in alto (cf. p. 61, l. 7), quam qui in vado

vixit. Omne etiam ferum animal domestico levius; et quodcumque humido coelo, quam quod sicco natum est. Deinde eadem omnia pingua, quam macra; recentia, quam salsa; nova, quam vetusta, plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est; molle, vel sorbibile, imbecillissimae. Quumque panificia omnia firmissima sint, elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana, vel ex iisdem facta sorbitio, aut pulicula, et aqua quoque madens panis, imbecillissimis annumerari potest.

Ex potionibus vero quaecumque ex frumento facta est, itemque lac, mulsum, defrutum, passum, vinum aut dulce, aut vehemens, aut mustum, aut magnae vetustatis, valentissimi generis est. At acetum, et id vinum quod paucorum annorum, vel austerum, vel pingue est, in media materia est: ideoque infirmis numquam generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecillissima est. Firmiorque ex frumento potio est, quo firmitus est ipsum frumentum: firmior ex eo vino, quod bono solo, quam quod tenui; quodque temperato coelo, quam quod aut nimis humido, aut nimis sicco, nimiumque aut frigido, aut calido natum est. Mulsum, quo plus mellis habet; defrutum, quo magis incoctum; passum, quo ex sicciore uva est, eo valentius est. Aqua levissima pluvialis est; deinde fontana; tum ex flumine; tum ex puteo; post haec ex nive, aut glacie; gravior his, ex lacu; gravissima, ex palude (cf. Orib.; *Coll. med.* V, 1, sqq.). Facilis etiam et necessaria cognitio est naturam ejus requirentibus. Nam levis, pondere apparet; et ex iis, quae pondere pares sunt, eo melior quaeque est, quo celerius et calefit et frigescit, quoque celerius ex ea legumina percoquantur (*Aph.* V, 26). Fere vero sequitur, ut, quo valentior quaeque materia est, eo minus facile concoquatur; sed si concocta est, plus alat. Itaque utendum est materiae genere pro viribus; modusque omnium pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus, rebus infirmissimis opus est; mediocriter firmos media materia optime sustinet; et robustis apta validissima est. Plus deinde aliquis assumere ex levioribus potest: magis in iis, quae valentissima sunt, temperare sibi debet.

## CAPUT XIX.

Quae natura ac proprietates ejusque rei sit qua vescimur.

Neque haec sola discrimina sunt; sed etiam aliae res boni succi sunt, aliae mali; quas *εὐχύμους*, vel *κακοχύμους* 5 Graeci vocant; aliae lenes, aliae acres; aliae crassiorem pituitam faciunt, aliae tenuiorem; aliae idoneae stomacho, aliae alienae sunt: itemque aliae insunt, aliae ab hoc absunt; aliae calefaciunt, aliae refrigerant; aliae facile in stomacho accescunt, aliae non facile intus corrumpuntur; aliae movent al- 10 vum, aliae supprimunt; aliae citant urinam (cf. cap. 31), \*aliae tardant; quaedam somnum movent, quaedam sensus excitant. Quae omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud alii vel corpori, vel valetudini convenit.

## CAPUT XX.

De his quae boni succi sunt.

Boni succi sunt triticum, siligo, alica, oryza, amyllum, 15 tragus, ptisana, lac, caseus mollis, omnis venatio, omnes aves, quae ex media materia sunt; ex majoribus quoque eae, quas supra nominavi: medii inter teneros durosque pisces, 20 ut mullus, et lupus: verna lactuca (cf. cap. 32), urtica, malva, cucurbita, ovum sorbibile, portulaca, cochleae, palmulae: ex pomis quodcumque neque acerbum, neque acidum est: vinum dulce, vel lene, passum, defrutum, oleae, quae ex his duobus in alterutro servatae sunt: vulvae, rostra, truncu- 25 lique suum, omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne jecur.

## CAPUT XXI.

De his quae mali succi sunt.

Mali vero succi sunt milium, panicum, hordeum, legu- 30 mina, caro domestica permacra, omnisque caro salsa, omne salsamentum, garum, vetus caseus, siser, radícula, rapa, napi,

bulbi, brassica, magisque etiam cyma ejus, asparagus, beta, cucumis (cf. cap. 22), porrum, eruca, nasturtium, thymum, nepeta, satureia, hyssopum, ruta, anethum, foeniculum, cuminum, anisum, lapathum, sinapi, allium, cepa, lienes, renes, intestina, pomum quodcumque acidum vel acerbum est, acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum, pisces quoque saxatiles, omnesque, qui ex tenerrimo genere sunt, aut qui rursus nimium duri virosique sunt, ut fere quos stagna, lacus, limosique rivi ferunt, quique in nimiam magnitudinem excesserunt.

### CAPUT XXII.

Quae res lenes, quaeve aeres sint.

Lenes autem sunt sorbitio, pulticula, laganum, amyllum, ptisana, pinguis caro, et quaecumque glutinosa est: quod fere quidem in omni domestica sit, praecipue tamen in unguulis, trunculisque suum, in petiolis capitulisque hoedorum et vitulorum et agnorum, omnibusque cerebellis: item qui proprie bulbi nominantur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa, mel, et quidem quo melius est, eo magis: item allium, cepa, eruca, ruta, nasturtium, cucumis (cf. cap. 27), beta, brassica, asparagus, sinapi, radícula, intubus, ocimum, lactuca, maximaque olerum pars.

### CAPUT XXIII.

De his quae crassiorem, quaeve tenuiorem pituitam faciunt.

Crassiorem autem pituitam faciunt ova sorbilia, alica, oryza, amyllum, ptisana, lac, bulbi, omniaque fere glutinosa. Extenuant eandem omnia salsa, atque acria, atque acida.

### CAPUT XXIV.

De his quae stomacho idonea sunt.

Stomacho autem aptissima sunt, quaecumque austera sunt, etiam quae acida sunt, quaeque contacta sale modice



sunt: item panis sine fermento, et elota alica, vel oryza, vel ptisana; omnis avis, omnis venatio; atque utraque vel assa, vel elixa: ex domesticis animalibus bubula: si quid ex ceteris sumitur, macrum potius, quam pingue: ex sue ungulae, rostra, aures, vulvaeque steriles: ex oleribus intubus, lactuca, pastinaca, cucurbita elixa, siser: ex pomis cerasum, morum, sorbum, pirum fragile, quale crustuminum vel naevianum est: item pira, quae reponuntur, tarentina atque signina; malum orbiculatum, aut scandianum, vel amerinum, vel cotoneum (cf. *Plin.* XV, 11, 10), vel punicum; uvae ex olla, molle ovum, palmulae, nuclei pinei, oleae albae ex dura muria, eadem aceto intinctae, vel nigrae, quae in arbore bene maturuerunt, vel quae in passo, defrutove servatae sunt (cf. I, 6): vinum austerrum, licet etiam asperum sit, item resinatum: duri ex media materia pisces, ostrea, pectines, murices, purpurae (cf. cap. 28), cochleae, cybium, potionesque vel frigidae, vel ferventes; absinthium (cf. cap. 31).

## CAPUT XXV.

De his quae stomacho aliena sunt.

Aliena vero stomacho sunt omnia tepida, omnia salsa, omnia jurulenta, omnia praedulcia, omnia pingua, sorbitio, panis fermentatus, idemque vel ex milio, vel ex hordeo, radices olerum, et quodcumque olus ex oleo garove estur, mel, mulsum, defrutum, passum, lac, omnis caseus, uva recens, ficus et viridis et arida, legumina omnia, quaeque inflare consueverunt: item thymum, nepeta, satureia, hyssopum, nasturtium, lapathum, lapsana, juglandes. Ex his antem intelligi potest, non quidquid boni succi est, protinus stomacho convenire; neque quidquid stomacho convenit, protinus boni succi esse.

## CAPUT XXVI.

De his quae inflant, aut non.

Inflant autem omnia fere legumina, omnia pingua, omnia dulcia, omnia jurulenta, mustum, atque etiam id vinum, cui

nihil adhuc aetatis accessit: ex oleribus allium, cepa, brassica, omnesque radices, excepto sisere et pastinaca, bulbi, ficus etiam aridae, sed magis virides, uvae recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis, lac, omnisque caseus, quidquid denique subcrudum aliquis assumsit. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchyliis, ovis vel mollibus vel sorbilibus, vino vetere. Foeniculum vero, et auethum inflationes etiam levant.

### CAPUT XXVII.

De his quae calefaciunt aut refrigerant.

10

At calefaciunt piper, sal, caro omnis jurulenta, allium; cepa, ficus arida, salsamentum, vinum, et quo meracius est eo magis. Refrigerant olera, quorum crudi caules assumuntur, ut intubus, et lactuca: item coriandrum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, cerasa, mala austera, pira fragilia, caro elixa, praecipueque acetum, sive cibus ex eo, sive potio assumitur.

15

### CAPUT XXVIII.

De his quae intus facile aut difficillime corrumpuntur.

Facile autem intus corrumpuntur panis fermentatus, et quisquis alius quam qui ex tritico est; lac, mel; ideoque etiam lactantia, atque omne pistorium opus; teneri pisces, ostrea, olera, caseus et recens et vetus, crassa vel tenera caro, vinum dulce, mulsum, defrutum, passum; quidquid denique vel jurulentum est, vel nimis dulce, vel nimis tenue. At minime intus vitiantur panis sine fermento, aves, et eae potius duriores, duri pisces; neque solum aurata puta, aut sparus, sed etiam lolligo, locusta, polypus: item bubula, omnisque dura caro; eademque aptior est, si macra, si salsa est; omniaque salsamenta; cochleae, murices, purpurae (cf. cap. 24); vinum austerum, vel resinatum.

20

25

30

## CAPUT XXIX.

De his quae alvum movent.

At alvum movent panis fermentatus, magisque si cibarius vel hordeaceus est; brassica, si suberuda est, lactuca, anethum, nasturtium, ocimum, urtica, portulaca, radícula, caparis, allium, cepa, malva, lapathum, beta, asparagus, cucurbita, cerasa, mora, poma omnia mitia, ficus etiam arida, sed magis viridis, uvae recentes, pingues minutae aves, cochleae, garum, salsamentum, ostrea, pelorides, echini, musculi, et omnes fere conclulæ, maximeque jus earum; saxatiles, et omnes teneri pisces, sepiarum atramentum; si qua caro assumitur pinguis, eadem vel jurulenta, vel elixa; aves quae natant; mel crudum, lac, lactantia omnia, mulsum, vinum dulce vel salsum, aqua tenera (Hipp. *De aere, aq. et loc.* § 1), omnia tepida, dulcia, pinguis, elixa, jurulenta, salsa, diluta.

## CAPUT XXX.

De his quae alvum adstringunt.

Contra adstringunt panis ex siligine, vel ex simila; magis si sine fermento est; magis etiam si ustus est; intenditurque vis ejus etiam si bis coquitur: pulticula vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio; itemque ex iisdem sorbitio; et magis, si haec antea fricta sunt: lenticula, cui vel beta, vel intubus, vel ambubeja, vel plantago adjecta est; magisque etiam si illa ante fricta est: per se etiam intubus, vel plantago, vel ambubeja: minuta olera, brassica bis decocta: dura ova, magisque si assa sunt: minutae aves, merula, palumbus, magisque si in posca decoctus est; grus, omnes aves quae magis currunt, quam volant; lepus, caprea; jecur ex iis, quae sebum habent, maximeque bubulum, ac sebum ipsum: caseus, qui vehementior vetustate fit, vel ea mutatione quam in transmarino videmus; aut si recens est, ex melle, mulsove decoctus: item mel coctum, pira immatura, sorba, magisque ea, quae torminalia vocantur, mala cotonea (cf. cap. 24), et pu-

nica, oleae vel albae vel permaturae, myrta, palmulae, purpurae, murices, vinum resinatum vel asperum, item meracum, acetum, mulsum quod inferbuit, item defrutum, passum, aqua vel tepida vel praefrigida, dura, id est ea quae tarde putescit; ideoque pluvia potissimum: omnia dura, macra, austera, 5 aspera, tosta, et in eadem carne, assa potius, quam elixa.

### CAPUT XXXI.

De his quae urinam movent.

Urinam autem movent, quaecumque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium, ruta, anethum, ocimum, menta, 10 hyssopum, anisum, coriandrum, nasturtium, eruca, foeniculum: praeter haec asparagus, capparitis, nepeta, thymum, saturcia, lapsana, pastinaca, magisque agrestis, radícula, siser, cepa; ex venatione maxime lepus; vinum tenue, piper et rotundum et longum, sinapi, absinthium, nuclei pinei. 15

### CAPUT XXXII.

De his quae ad somnum apta sunt, et sensum excitant.

Somno vero aptum est papaver, lactuca, maximeque aestiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, morum, porrum. Sensus excitant nepeta, thymum, saturcia, hyssopum, 20 praecipueque pulegium, ruta, et cepa.

### CAPUT XXXIII.

De his quae materiam evocant, reprimunt, molliunt, calefaciunt, durant, aut emolliunt.

Evocare vero materiam multa admodum possunt: sed ea 25 quum ex peregrinis medicamentis maxime constant, aliisque magis, quam quibus ratione victus succurritur, opitulentur, in praesentia differam: ponam vero ea quae prompta, et iis morbis de quibus protinus dicturus sum, apta, corpus erodunt, et

sic eo, quod mali est, extrahunt. Habent autem hanc facultatem semina erucae, nasturtii, radicularum; praecipue tamen omnium sinapi. Salis quoque et fici eadem vis est.

Leniter vero simul et reprimunt et molliunt lana succida  
 5 ex aceto vel vino, cui oleum adjectum est; contritae pal-  
 mularum, furfures in salsa aqua vel aceto decocti. At simul et  
 reprimunt, et refrigerant herba muralis, *περδίκιον* appellant,  
 serpyllum, pulegium, ocimum, herba sanguinalis, quam Graeci  
*πολύγονον* vocant, portulaca, papaveris folia, capreolique  
 10 vitium, coriandri folia, hyoscyamum, muscus, siser, apium,  
 solanum, quam *στούχρον* Graeci vocant, brassicae folia, in-  
 tubus, plantago, focniculi semen, contrita pira vel mala, praeci-  
 pueque cotonea (cf. cap. 24), lenticula, aqua frigida, maxi-  
 meque pluvialis, vinum, acetum, et horum aliquo madens vel  
 15 panis, vel farina, vel spongia, vel cinis, vel lana succida, vel  
 etiam linteolum, creta cimolia, gypsum, melinum, myrteum,  
 rosa, acerbum oleum, verbenarum contusa cum teneris caulibus  
 folia; cujus generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentis-  
 cus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hederæ, punicum  
 20 malum. Sine frigore autem reprimunt cocta mala cotonea, ma-  
 licorium, aqua calida, in qua verbenae coctae sint, quas supra  
 posui, pulvis vel ex faece vini, vel ex myrti foliis, amarae  
 nuceae. Calefacit vero ex qualibet farina cataplasma, sive  
 tritici, sive farris, sive hordei, sive erui, vel lolii, vel milii,  
 25 vel panici, vel lenticulae, vel fabae, vel lupini, vel lini, vel  
 foeni graeci (cf. l. 33), ubi ea deferbit, calidaque imposita est.  
 Valentior tamen ad id omnis farina est ex mulso, quam ex aqua  
 cocta. Praeterea cyprinum, irinum, medulla, adeps ex fele,  
 oleum, magisque si vetus est, junctaque olco sal, nitrum, git,  
 30 piper, quinquefolium. Fereque, quae vehementer et reprimunt,  
 et refrigerant, durant; quae calefaciunt et digerunt,  
 emolliunt: praecipueque ad emolliendum potest cataplasma  
 ex lini vel foeni graeci semine. His autem omnibus, et sim-  
 plicibus, et permixtis, varic medici utuntur; ut magis quid  
 35 quisque persuaserit sibi, appareat, quam quid evidenter  
 compererit.

---



A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER OCTAVUS

IDEM  
MEDICINAE TERTIUS.

---

CAPUT I.

De morborum generibus.

Provisis omnibus, quae pertinent ad universa genera morborum, ad singulorum curationes veniam. Hos autem in duas species Graeci diviserunt; aliosque ex his acutos, alios longos esse dixerunt: ideoque, quoniam non semper eodem modo respondebant, eosdem alii inter acutos, alii inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera esse manifestum est. Quidam enim breves acutique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur: quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est: tertiumque genus eorum est, qui modo acuti, modo longi sunt; idque non in febribus tantummodo, in quibus frequentissimum est, sed in aliis quoque fit. Atque etiam praeter hos, quartum est, quod neque acutum dici potest, quia non perimit; neque utique longum, quia, si occurritur, facile sanatur. Ego, quum de singulis dicam, cujus quisque generis sit indicabo. Dividam autem omnes in eos, qui in totis corporibus consistere videntur, et eos, qui oriuntur in partibus. Incipiam a prioribus, pauca de omnibus praefatus. In nullo quidem morbo minus fortuna sibi vindicare, quam ars potest; utpote quum, repugnante natura, nihil medicina proficiat (cf. VII, *prooem*). Magis tamen ignoscendum medico est parum proficenti in acu-

tis morbis, quam in longis. Hic enim breve spatium est, intra  
 quod, si quod auxilium non profuit, aeger exstinguitur: ibi et  
 deliberationi, et mutationi remediorum tempus patet; adeo ut  
 raro, si inter initia medicus accessit, obsequens aeger sine illius  
 5 vitio pereat. Longus tamen morbus quum penitus insedit, quod  
 ad difficultatem pertinet, acuto par est. Et acutus quidem,  
 quo vetustior est; longus autem, quo recentior, eo facilius  
 curatur. Alterum illud ignorari non oportet, quod non omni-  
 bus aegris eadem auxilia conveniunt. Ex quo incidit, ut alia  
 10 atque alia summi auctores, quasi sola, venditaverint, prout  
 cuique cesserant. Oportet itaque, ubi aliquid non respondet,  
 non tanti putare auctorem, quanti aegrum, et experiri aliud  
 atque aliud: sic tamen, ut in acutis morbis cito mutetur, quod  
 nihil prodest; in longis, quos tempus ut facit, sic etiam sol-  
 15 vit, non statim condemnetur, si quid non statim profuit; mi-  
 nus vero removeatur, si quid paulum saltem juvat; quia pro-  
 fectus tempore expletur.

## CAPUT II.

Quomodo morbi cognoscantur, et an crescant, consistant, aut  
 20 minuantur.

Protinus autem inter initia seire facile est, quis acutus  
 morbus, quis longus sit: non in iis solis in quibus semper ita  
 se habet; sed in iis quoque in quibus variat. Nam ubi sine  
 intermissionibus accessiones et dolores graves urgent, acutus  
 25 morbus est: ubi lenti dolores, lentaeve febres sunt, et spatia  
 inter accessiones porriguntur, acceduntque ea signa, quae in  
 priore volumine (II, cap. 5) exposita sunt, longum hunc  
 futurum esse, manifestum est. Videndum etiam est, morbus  
 an inrescat, an consistat, an minuat: quia quaedam reme-  
 30 dia inrescentibus morbis, plura inelatis conveniunt, eaque  
 quae inrescentibus apta sunt, ubi acutus inrescens urget,  
 in remissionibus potius experienda sunt. Increseit autem  
 morbus, dum graviores dolores, accessionesque veniunt; hae-  
 que et ante, quam proximae revertuntur, et postea desinunt.  
 35 Atque in longis quoque morbis, etiam tales notas non habent.

tibus, scire licet increscere, si somnus incertus est, si deterior concoctio, si foetidiores dejectiones, si tardior sensus, si pigrior mens, si percurrit corpus frigus aut calor, si id magis pallet. Ea vero, quae contraria his sunt, decedentis ejus notae sunt. Praeter haec in acutis morhis serius aeger alendus est, nec nisi jam inclinatis: ut primo demta materia impetum frangat: in longis maturius, ut sustinere spatium affecturi mali possit. Ac si quando is non in toto corpore, sed in parte est; magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis moliri, quam proprie (*propriae?*) partis aegrae sanitatem (cf. VII, 3). Multum etiam interest, ab initio quis recte curatus sit, an perperam: quia curatio minus iis prodest, in quibus assidue frustra fuit. Si quis temere habitus, adhuc integris viribus vivit, admota curatione momento restituitur.

Sed quum ab iis coeperim (II, 2), quae notas quasdam futurae adversae valetudinis exhibent, curationum quoque principium ab animadversione ejusdem temporis faciam. Igitur si quid ex iis, quae proposita sunt, incidit, omnium optima sunt quies et abstinencia; si quid hibendum est, aqua; idque interdum uno die fieri satis est; interdum, si terrentia manent, biduo: proximeque abstinenciam sumendus est cibus exiguus, bibenda aqua; postero die etiam vinum; deinde invicem alternis diebus, modo aqua, modo vinum (cf. I, 4), donec omnis causae metus finiatur. Per haec enim saepe instans gravis morbus discutitur. Plurimique falluntur, dum se primo die protinus suhlaturus languorem aut exercitatione, aut balneo, aut coacta dejectione, aut vomitu, aut sudationibus, aut vino sperant. Non quo non interdum id incidat, sed quo saepius fallat, solaque abstinencia sine ullo periculo medeatur; quum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat; et si leviora indicia fuerint, satis sit a vino tantum abstinere, quod subtractum plus, quam si cibo quid dematur, adjuvat: si paulo graviora, non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere; interdum panis quoque minus, quam pro consuetudine assumere, humidoque cibo esse contentum, et olere potissimum: satisque sit, tunc ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abstinere, quum vehementes notae terruerunt. Neque dubium est, quin vix quisquam, qui

non dissimulavit, sed per haec mature morbo occurrit, aegrotet.

## CAPUT III.

De febrium generibus.

5 Atque haec quidem sanis facienda sunt, tantum causam metuentibus. Sequitur vero curatio febrium, quod et in toto corpore, et vulgare maxime morbi genus est. Ex his una quotidiana, altera tertiana, altera quartana est: interdum etiam longiore circumitu quaedam redeunt; sed id raro fit: in  
 10 prioribus et morbi sunt, et medicina. Et quartanae quidem simpliciores sunt. Incipiunt fere ab horrore; deinde calor erumpit; finitaque febre biduum integrum est: ita quarto die revertitur. Tertianarum vero duo genera sunt: alterum eodem modo, quo quartana, et incipiens, et desinens; illo tan-  
 15 tum interposito discrimine, quod unum diem praestat integrum, tertio redit: alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat, interdum etiam vel minus, vel plus; neque ex toto in remissione desistit,  
 20 sed tantum levius est. Id genus plerique medici *ἡμικραιῶν* appellant. Quotidianae vero variae sunt, et multiplices. Aliae enim protinus a calore incipiunt, aliae a frigore, aliae ab horrore. Frigus voco, ubi extremae partes membrorum inal-  
 gescunt: horrorem, ubi corpus totum intremat. Rursus aliae  
 25 sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas: aliae sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quaedam reliquiae remaneant, donec altera accessio accedat: ac saepe aliae vix quidquam aut nihil remittunt. Deinde aliae fervorem ingentem habent, aliae tolerabilem: aliae quotidie  
 30 pares sunt, aliae impares; atque invicem altero die leviores, altero vehementiores: aliae tempore eodem postridie revertuntur, aliae vel serius vel celerius: aliae diem noctemque accessione et decessione implent, aliae minus, aliae plus: aliae, quum decedunt, sudorem movent, aliae non movent;  
 35 atque alias per sudorem ad integritatem venit, alias corpus

tantum imbecillius redditur. Accessiones etiam modo singulae singulis diebus fiunt, modo binae pluresve concurrunt: ex quo saepe evenit, ut quotidie plures accessiones remissionesque sint; sic tamen, ut unaquaeque alicui priori respondeat. Interdum vero accessiones quoque confunduntur sic, ut notari neque tempora earum, neque spatia possint. Neque verum est, quod dicitur a quibusdam, nullam febrem inordinatam esse, nisi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere: facilius enim semper curatio foret, si hoc verum esset. Sed quod evidentes causae faciunt, facere etiam abditae possunt. Neque de re, sed de verbo controversiam movent, qui quum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt, non easdem inordinate redire, sed alias aliasque subinde oriri dicunt. Quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiamsi vere diceretur. Tempora quoque remissionum modo liberalia, modo vix ulla sunt.

#### CAPUT IV.

De febrium curationum diversis generibus.

Et febrium quidem ratio maxime talis est. Curationum vero diversa genera sunt, prout auctores aliquos habent. Asclepiades officium esse medici dicit, *ut tuto, ut celeriter, ut jucunde* curet. Id votum est: sed fere periculosa esse nimia et festinatio et voluptas solet. Qua vero moderatione utendum sit, ut, quantum fieri potest, omnia ista contingant, prima semper habita salute, in ipsis partibus curationum considerandum erit. Et ante omnia quaeritur, primis diebus aeger qua ratione continendus sit. Antiqui, medicamentis quibusdam datis, concoctionem moliebantur; eo quod cruditatem maxime horrebant: deinde eam materiam, quae laedere videbatur, ducendo saepius alvum subtrahebant (cf. *Aph.* I, 22). Asclepiades medicamenta sustulit; alvum non toties, sed fere tamen in omni morbo, subduxit: febre vero ipsa praecipue se ad remedium ejus uti professus est. Convellendas enim vires aegri putavit, luce, vigilia, siti ingenti, sic ut ne os quidem primis diebus elui sineret; quo magis fal-



luntur qui per omnia jucundam ejus disciplinam esse concipiunt. Is enim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriae subscripsit; primis vero tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, et alvum duci non nisi raro debere, concedo; non ideo tamen id agendum, ut aegri vires convellantur, existimo; quoniam ex imbecillitate summum periculum est. Minui ergo tantum materiam superantem oportet, quae naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit. Itaque abstinendus a cibo primis diebus, et in luce habendus aeger, nisi infirmus, interdiu est, quoniam corpus ista quoque digerit; isque cubare quam maximo conclavi debet. Quod ad sitim vero somnumque pertinet, moderandum est, ut interdiu vigilet; noctu, si fieri potest, conquiescat: ac neque potet, neque nimium siti crucietur. Os etiam ejus elui potest, ubi et siccum est, et ipsi foetet; quamvis id tempus potioni aptum non est. Commodeque Erasistratus dixit, saepe, interiore parte humorem non requirente, os et fauces requirere; neque ad rem, male haberi aegrum, pertinere.

Ac primo quidem sic tenendus est. Optimum vero medicamentum est, opportune cibus datus: qui quando primum dari debeat, quaeritur. Plerique ex antiquis tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Asia, vel in Aegypto, coeli ratio patitur (cf. I, *prooem.*). Asclepiades, ubi aegrum triduo per omnia fatigaverat, quarto die cibo destinabat. At Themison nuper, non quando coepisset febris, sed quando desiisset, aut certe levata esset, considerabat; et ab illo tempore, expectato die tertio, si non accesserat febris, statim; si accesserat, ubi ea vel desierat, vel, si assidue inhaerebat, certe sese inclinaverat, cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum est. Nam potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto, aut quinto; potest post unam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, quale coelum, quae aetas, quod tempus anni, minimeque in rebus multum inter se differentibus, perpetuum esse praeceptum temporis potest. In morbo, qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est:

itemque eo coelo, quod magis digerit. Ob quam causam in Africa nullo die aeger abstineri recte videtur. Maturius etiam puero, quam juveni, aestate, quam hieme, dari debet. Unum illud est, quod semper, quod ubique servandum est, ut aegri vires subinde assidens medicus inspiciat, et quamdiu supererunt, abstinentia pugnet; si imbecillitatem vereri coeperit, cibo subveniat. Id enim ejus officium est, ut aegrum, neque supervacua materia oneret, neque imbecillitatem fame prodat. Idque apud Erasistratum quoque invenio: qui quamvis parum docuit, quando venter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen haec esse videnda, et tum cibum dandum, quum corpori deberetur, satis ostendit, dum vires superessent, dari non oportere; ne deficerent, consulendum esse. Ex his autem intelligi potest, ab uno medico multos non posse curari: eumque, si artifex est, idoneum esse, qui non multum ab aegro recedit. Sed qui quaestui serviunt, quoniam is major ex populo est, libenter amplectuntur ea praecepta, quae sedulitatem non exigunt; ut in hac ipsa re. Facile est enim dies vel accessiones numerare iis quoque, qui aegrum raro vident: ille assideat necesse est, qui, quod solum opus est, visurus est, quando nimis imbecillus futurus sit, nisi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptissimus esse consuevit.

Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio; quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque, tamquam tunc de aegris judicaretur, *κρίσιμους* nominabant\* [adeo ut Hippocrates (*Aph.* IV, 61; *Coac.* 142), si alio die febris desiisset, recidivam timere sit solitus]. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, quartusdecimus, unus et vicesimus; ita ut summa potentia septimo, deinde quarto-decimo, deinde uni et vicesimo daretur (cf. *Aph.* II, 23; *Epid.* I, 12; *Hum.* 4, 5, 6). Igitur sic aegros nuntiebant, ut dierum imparium accessiones expectarent; deinde postea cibum, quasi levioribus accessionibus instantibus, darent. Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit; atque in nullo die, quia par imparve esset, iis vel majus vel minus periculum esse dixit. Interdum enim pejores dies pares fiunt; et opportunius post eorum accessiones cibus datur. Nonnumquam

etiam in ipso morbo dierum ratio mutatur; fitque gravior, qui remissior esse consueverat. Atque ipse quartusdecimus par est, in quo esse magnam vim antiqui fatebantur. Qui quum octavum primi naturam habere contenderent, ut ab eo secundus septenarius inceperet, ipsi sibi repugnabant, non octavum, neque decimum, neque duodecimum diem sumendo, quasi potentiores: plus enim tribuebant nono, et undecimo. Quod quum fecissent sine ulla probabili ratione, ab undecimo, non ad tertiumdecimum, sed ad quartumdecimum transibant. Est etiam apud Hippocratē, ei, quem septimus dies liberaturus sit, quartum esse gravissimum (cf. *Aph.* II, 24). Ita, illo quoque auctore, in die pari et gravior febris esse potest, et certa futuri nota. Atque idem alio loco (cf. *Progn.* § 20; *Epid.* II, 6, 11; *Fract.* § 31; *Art.* § 67) quartum quemque diem, ut in utrumque efficacissimum apprehendit; id est quartum, septimum, undecimum, quartumdecimum, decimumseptimum. In quo et ab imparis ad paris rationem transit, et ne hoc quidem propositum conservavit; quum a septimo die undecimus, non quartus, sed quintus sit. Adeo apparet, quacumque ratione ad numerum respexerimus, nihil rationis, sub illo quidem auctore, reperiri. Verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum pythagorici numeri fefellerunt: quum hic quoque medicus non numerare dies debeat, sed ipsas accessiones intueri; et ex his conjectare, quando dandus cibus sit. Illud autem magis ad rem pertinet, scire, tum oporteat dari, quum jam bene venae conquieverunt, an etiam tunc manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quam integerrimis corporibus alimentum offerebant; Aselepiades, inelinata quidem febre, sed adhuc tamen inhaerente. In quo vanam rationem sequutus est: non quo non sit interdum maturius cibus dandus, si mature timetur altera accessio; sed quo scilicet quam sanissimo dari debeat: minus enim corrumpitur, quod integro corpori inferitur. Neque tamen verum est, quod Themisoni videbatur, si duabus horis integer futurus esset aeger. satius esse tunc dari; ut ab integro corpore potissimum diduceretur. Nam si diduci tam celeriter posset, id esset optimum: sed quum hoc breve tempus non praestet, satius est principia cibi a decedente febre, quam reliquias

ab incipiente excipi. Ita si longius tempus secundum est, quam integerrimo dandus est; si breve, etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco vero integritas est, eodem est remissio, quae maxima in febre continua potest esse. Atque hoc quoque quaeritur, utrum tot horae expectandae sint, quot febrem habuerunt; an satis sit primam partem earum praeteriri, ut aegris jucundius insidat, quibus interdum non vacat. Tutissimum est autem, ante totius accessionis tempus praeteriri: quamvis, ubi longa febris fuit, potest indulgeri aegro maturius, dum tamen ante minime pars dimidia praeteratur. Idque non in ea sola febre, de qua proxime dictum est, sed in omnibus ita servandum est.

## CAPUT V.

De febrium speciebus, et singularum curationibus; et primo quando  
cibus febricitantibus dandus.

Haec magis per omnia genera febrium perpetua sunt: nunc ad singulas earum species descendam. Igitur si semel tantum accessit, deinde desit, eaque vel ex inguine (cf. *Aph.* IV, 55), vel ex lassitudine, vel ex aestu, aliave simili re fuit, sic, ut interior nulla causa metum fecerit, postero die, quum tempus accessionis ita transiit, ut nihil moverit, cibus dari potest. At si ex alto calor venit, et gravitas vel capitis vel praecordiorum sequuta est, neque apparet quid corpus confuderit; quamvis unam accessionem sequuta integritas est; tamen, quia tertiana timeri potest, expectandus est dies tertius: et ubi accessionis tempus praeteriit, cibus dandus est, sed exiguus; quia quartana quoque timeri potest: et die quarto demum, si corpus integrum est, eo cum fiducia utendum. Si vero postero, tertiove, aut quarto die sequuta febris est, scire licet morbum esse. Sed tertianarum, quartanarumque, quarum et certus circumitus est, et finis integer, et liberaliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est: de quibus suo loco dicam (cf. capp. 13 sqq.). Nunc vero eas explicabo quae quotidie urgent. Igitur tertio quoque die cibus aegro commo-  
dissime datur (cf. III, 13): ut alter febrem minuat, alter viribus 3



subveniat. Sed is dari debet, si quotidiana febris est, quae ex toto desinat, simulatque corpus integrum factum est: si quamvis non accessiones, febres tamen junguntur, et quotidie quidem increscunt, sed sine integritate tamen remittunt, quum corpus ita se habet, ut major remissio non exspectetur: si altero die gravior, altero levior accessio est, post gravio-  
 5 rem. Fere vero gravio-rem accessio-  
 nem levior nox sequitur: quo lit, ut gravio-rem accessio-  
 nem nox quoque tristior antecedit (cf. *Aph.* II, 13). At si continuatur febris, neque levior unquam sit, et dari cibum necesse est, quando dari debeat, magna dissensio est. Quidam, quia fere remissius matutinum tempus aegris est, tunc putant dandum. Quod si respondet, non quia mane est, sed quia remissio est, dari debet. Si vero ne tunc quidem ulla requies aegris est, hoc ipso pejus  
 15 id tempus est, quod quum sua natura melius esse debeat, morbi vitio, non est: simulque insequitur tempus meridianum, a quo quum omnis aeger fere pejor fiat, timeri potest, ne ille magis etiam, quam ex consuetudine, urgeatur. Igitur alii vespere tali aegro cibum dant. Sed quum eo tempore  
 20 fere pessimi sint, qui aegrotant, verendum est, ne, si quid tunc moverimus, fiat aliquid asperius. Ob haec ad mediam noctem decurro; id est, finito jam gravissimo tempore, eodemque longissime distante: sequuntur vero antelucanis horis, quibus omnes fere maxime dormiunt; deinde matutino  
 25 tempore, quod natura sua levissimum est. Si vero febres vagae sunt, quia verendum est, ne cibum statim subsequantur, quandocumque quis ex accessione levatus est, tunc debet assumere. At si plures accessiones eodem die veniunt, considerare oportet, paresne per omnia sint, quod vix fieri  
 30 potest, an impares. Si per omnia pares sunt, post eam potius accessionem cibum dari debet, quae non inter meridiem et vesperem desinit: si impares sunt, considerandum est, quo distent. Nam si altera gravior, altera levior est, post gravio-  
 rem dari debet: si altera longior, altera brevior, post  
 35 longiorem: si altera gravior, altera longior est, considera-  
 dum est utra magis affligat, illa vi, an haec tempore; et post eam dandus est; sed plane plurimum interest, quanta-  
 lesque inter eas remissiones sint. Nam si post alteram febrem



motio manet, post alteram integrum corpus est, integro corpore cibo tempus aptius est: si semper febricula manet, sed alterum tamen longius tempus remissionis est, id potius eligendum est; adeo ut, ubi accessiones continuantur, protinus, inclinata priore, dandus cibus sit. Etenim perpetuum est, ad quod omne consilium dirigi potest, cibum quam maxime semper ab acesione futura reducere; et, hoc salvo, dare quam integerrimo corpore (*Aph.* I, 11). Quod non inter duas tantum, sed etiam inter plures accessiones servabitur. Sed quum sit aptissimum tertio quoque die cibum dare; tamen, si corpus infirmum est, quotidie dandus est; multoque magis, si continentes febres sine remissione sunt, quanto magis corpus affligunt; aut si duae pluresve acesiones eodem die veniunt. Quae res efficit, ut et a primo die protinus cibus dari quotidie debeat, si protinus venae conciderunt; et saepius eodem die, si inter plures accessiones subinde vis corpori deest. Illud tamen in his servandum est, ut post eas febres minus cibi detur, post quas, si per corpus liceret, omnino non daretur. Quum vero febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat, deinde in decessione consistat, aut finiatur, scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita; deinde quum decessio ejus consistit; tertium, si necesse est, quandoeumque decedit; cetera omnia periculosa esse; si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse, consistente jam incremento febris, aliquid offerre, quam incremente; satius esse, instante, quam incipiente: cum eo tamen, ut nullo tempore is, qui deficit, non sit sustinendus. Neque hereule satis est, ipsas tantum febres medicum intueri, sed etiam totius corporis habitum, et ad eum dirigere curationem; seu supersunt vires, seu desunt, seu quidam alii affectus interveniunt. Quum vero semper aegros securos agere conveniat, ut corpore tantum, non etiam animo laborent: tum praecipue, ubi cibum sumserunt. Itaque. si qua sunt, quae exasperatura eorum animos sunt, optimum est ea, dum aegrotant, eorum notitiae subtrahere: si id fieri non potest, sustinere tamen post cibum usque somni tempus (id est, toto somni tempore. cf. VIII, 4), et quum experrecti sunt, tum exponere.

## CAPUT VI.

Quando potiones febricitantibus dari expediat.

Sed de cibo quidem facilius cum aegris ratio est, quorum saepe stomachus hunc respuit, etiamsi mens concupiscit: de potione vero ingens pugna est; eoque magis, quo major febris est. Haec enim sitim accendit, et tum maxime aquam exigit, quum illa periculosissima est. Sed docendus aeger est, ubi febris quieverit, protinus sitim quoque quieturam; longioremque accessionem fore, si quod ei datum fuerit alimentum: ita celerius eum desinere sitire, qui non bibit. Necesse est tamen, quanto facilius etiam sani famem, quam sitim sustinent, tanto magis aegris in potione, quam in cibo indulgere. Sed primo quidem die nullus humor dari debet, nisi subito sic venae conciderunt, ut cibus quoque dari debeat: secundo vero, ceterisque etiam, quibus cibus non dabitur, tamen, si magna sitis urgebit, potio dari potest. Ac ne illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum ratione caret: ubi aut bilis aegrum, aut cruditas male habet, expedire quoque per modicas potiones misceri novam materiae corruptae (cf. IV, 11). Illud videndum est, ut qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoque, ubi sine illo datur, deligantur; aut quum aegrum dormire cupiemus; quod fere sitis prohibet. Satis autem convenit, quum omnibus febricitantibus nimius humor alienus sit, tum praecipue esse feminis, quae ex partu in febres inciderunt.

Sed quum tempora cibo potionique febris et remissionis ratio det, non est expeditissimum scire, quando aeger febricitet, quando melior sit, quando deficiat; sine quibus dispensari illa non possunt. Venis (sc. *arteriis*) enim maxime credimus, fallacissimae rei; quia saepe istae leniores celerioresve sunt, et aetate, et sexu, et corporum natura: et plerumque satis sano corpore, si stomachus infirmus est, nonnumquam etiam incipiente febre, subeunt et quiescunt; ut imbecillus is videri possit, cui facile laturo gravis instat accessio. Contra saepe eas concitat et sol, et balneum, et exercitatio, et metus, et ira, et quilibet alius animi affectus: adeo

ut, quum primum medicus venit, sollicitudo aegri dubitantis, quomodo illi se habere videatur, eas moveat. Ob quam causam, periti medici est, non protinus ut venit, apprehendere manu brachium: sed primum residere hilari vultu, percontarique, quemadmodum se habeat; et si quis ejus metus est, eum probabili sermone lenire; tum deinde ejus corpori manum admoovere. Quas venas autem conspectus medici movet, quam facile mille res turbant! Altera res est, cui credimus, calor, aequae fallax: nam hic quoque excitatur aestu, labore, somno, metu, sollicitudine. Igitur intueri quidem etiam ista oportet; sed his non omnia credere. Ac protinus quidem scire, non febricitare eum, cujus venae naturaliter ordinatae sunt, teporque talis est, qualis esse sani solet: non protinus autem sub calore motuque febrem esse concipere; sed ita, si summa quoque arida inaequaliter cutis est; si calor et in fronte est, et ex imis praecordiis oritur; si spiritus ex naribus cum fervore prorumpit; si color aut rubore, aut pallore novo mutatus est; si oculi graves, et aut persicci, aut subhumidi sunt; si sudor quum fit, inaequalis est; si venae non aequalibus intervallis moventur. Ob quam causam medicus neque in tenebris, neque a capite aegri debet residere; sed illustri loco adversus, ut omnes notas ex vultu quoque cubantis percipiat. Ubi vero febris fuit, ac decrevit, spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliae paulum madescant, quae sudorem venturum esse testentur: ac si qua nota est, tunc demum dare potui calidam aquam, cujus salubris effectus est, si sudorem per omnia membra diffundit. Hujus autem rei causa, continere aeger sub veste satis multa manus debet; eademque crura, pedesque contegere: qua plerique aegros in ipso febris impetu male habent. Si sudare corpus coepit, linteam tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere. At ubi sudor omnis finitus est, aut si is non venit, ubi quam maxime potuit, idoneus esse cibo aeger videtur, sub veste leniter ungendus est, tum detergendus, deinde ei cibus dandus. Is autem febricitantibus humidus est: aptissimus (*Aph.* I, 16), aut humori certe quam proximus: utique ex materia quam levissima, maximeque sorbitio, eaque, si magnae febres fuerint, quam tenuissima esse debet.

Mel quoque despumatum huic reete adieitur, quo corpus magis nutriatur: sed id, si stomaehum offendit, supervacuum est; sicut ipsa quoque sorbitio. Dari vero in vicem ejus potest, vel intrita ex aqua calida, vel alica elota; si firmus est stomachus, et compressa alvus, ex aqua mulsa; si vel ille languet, vel haec profluit, ex posea. Et primo quidem eibo id satis est. Secundo vero aliquid adjiei potest, ex eodem tamen genere materiae, vel olus, vel conchylium, vel pomum. Et dum febres quidem inereseunt, hic solus eibus idoneus est. Ubi vero aut desinunt, aut levantur, semper quidem ineipiendum est ab aliquo ex materia levissima, adjiciendum vero aliquid ex media, ratione habita subinde et virium hominis et morbi. Ponendi vero aegro varii eibi, sicut Aselepiades praecepit, tum demum sunt, ubi fastidio urgetur, neque satis vires suffieiant; ut paulum ex singulis degustando, famem vitet. At si neque vis, neque eupiditas deest, nulla varietate sollicitandus aeger est; ne plus assumat, quam concoquat. Neque verum est, quod ab eo dicitur, facilius concoqui eibos varios. Eduntur enim facilius: ad concoctionem autem materiae genus et modus pertinent. Neque inter magnos dolores, neque inereseente morbo, tutum est aegrum eibo impleri; sed ubi inclinata jam in melius valetudo est (*Aph. I, 7*).

Sunt aliae quoque observationes in febribus necessariae. Atque id quoque videndum est, quod quidam (se. *Methodici*) solum praecepiunt, adstrictum corpus sit, an profluat; quorum alterum strangulat, alterum digerit; nam si adstrictum est, ducenda alvus est, movenda urina, eliciendus omni modo sudor. In hoc genere morborum sanguinem etiam misisse, concussisse vehementibus gestationibus corpus, in lumine habuisse, imperasse famem, sitim, vigiliam prodest. Utile est etiam ducere in balneum, prius demittere in solium, tum ungere, iterum ad solium redire, multaque aqua fovere inguina; interdum etiam oleum in solio eum aqua calida miscere; uti eibo serius et rarius, tenui, simplici, molli, calido, exiguo; maximeque oleribus, qualia sunt lapathum, urtica, malva; vel jure etiam concharum, musculorumve, aut locustarum: neque danda caro, nisi elixa, est. At potio esse debet magis liberalis, et ante cibum, et post hunc, et eum hoc, ultra

quam sitis coget: poteritque a balneo etiam pinguius, aut dulcius dari vinum; poterit semel, aut bis interponi graecum salsum (cf. III, 16). Contra vero, si corpus profluet, sudor coercendus, quies adhibenda erit; tenebris somnoque, quandocumque volet, utendum; non nisi leni gestatione corpus<sup>5</sup> agitandum, et pro genere mali subveniendum. Nam si venter fluit, aut si stomachus non continet, ubi febris decrevit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare, et vomere cogere; nisi aut fauces, aut praecordia, aut latus dolet, aut vetus morbus est. Si vero sudor exercet, duranda cutis est<sup>10</sup> nitro, vel sale, quae cum oleo miscentur: ac si levius id vitium est, oleo corpus ungendum; si vehementius, rosa, vel melino, vel myrteo, cui vinum austerum sit adjectum. Quisquis autem fluore aeger est, quum venit in balneum, prius ungendus, deinde in solium demittendus est. Si in cute vitium<sup>15</sup> est, frigida quoque, quam calida aqua melius utetur. Ubi ad cibum ventum est, dari debet is valens, frigidus, siccus, simplex, qui quam minime corrumpi possit, panis tostus, caro assa, vinum austerum, vel certe subausterum; si venter profluit, calidum; si sudores nocent, vomitusve sunt,<sup>20</sup> frigidum.

## CAPUT VII.

Quomodo pestilentes febres curari debeant.

1. Desiderat etiam propriam animadversionem in febribus pestilentiae casus. In hac minime utile est, aut fame,<sup>25</sup> aut medicamentis uti, aut ducere alvum. Si vires sinunt, sanguinem mittere optimum est; praecipueque si cum dolore febris est (cf. II, 10): si id parum tutum est, ubi febris levata est, vomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius, quam in aliis morbis, ducere in balneum opus est; vinum calidum et<sup>30</sup> meracius dare, et omnia glutinosa; inter quae carnem quoque generis ejusdem. Nam quo celerius ejusmodi tempestates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate, rapienda sunt. Quod si puer est, qui laborat, neque tantum robur ejus est, ut sanguis mitti possit, cucurbitulis ei<sup>35</sup>



ntendum est; ducenda alvus vel aqua, vel ptisanæ cremore; tum demum levibus cibis nutriendus. Et ex toto non sic pueri, ut viri, curari debent. Ergo, ut in alio quoque genere morborum, parcius in his agendum est: non facile sanguinem mittere, non facile ducere alvum, non cruciari vigilia, fameve, aut nimia siti, non vino curare. Vomitus post febrem eliciendus est; deinde dandus cibus ex levissimis; tum is dormiat; posteroque die, si febris manet, abstineat; tertio, ad similem cibum redeat. Dandaque opera est, quantum fieri potest, ut inter opportunam abstinentiam cibo opportuno, omissis ceteris, nutriatur.

2. Si vero ardens febris extorret, nulla medicamenti danda potio est; sed in ipsis accessionibus oleo et aqua refrigerandus est, quæ miscenda manu sunt, donec albescant; eo conclavi tenendus, quo multum et purum aerem trahere possit; neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantum velandus est. Possunt etiam super stomachum imponi folia vitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidem nimia vexandus est. Alendus maturius est, id est a die tertio; et ante cibum iisdem perungendus. Si pituita in stomacho coit, inclinata jam accessione, vomere cogendus est; tum dandum frigidum olus, aut pomum ex iis quæ stomacho conveniunt. Si siccus manet stomachus, protinus vel ptisanæ, vel alicæ, vel oryzae cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Quum vero in summo incremento morbus est, utique non ante quartum diem, magna siti antecedente, frigida aqua copiose præstanda est, ut bibat etiam ultra satietatem; et quum jam venter et præcordia ultra modum repleta, satisque refrigerata sunt, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt; sed ipsa aqua frigida tantum, ad satietatem data, pro medicamento utuntur. Ubi utrumlibet factum est, multa veste operiendus est, et collocandus ut dormiat. Fereque post longam sitim et vigiliam, post multam satietatem, post infractum calorem, plenus somnus venit, per quem ingeus sudor effunditur; idque præsentissimum auxilium est: sed in iis tamen, in quibus præter ardorem, nulli dolores, nullus præcordiorum tumor; nihil prohibens vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus; non ulcus, non

\*dejectio fuit. Si quis autem in ejusmodi febre leviter tussit, is neque vehementi siti conflictatur (cf. *Aph.* IV, 54), neque bibere aquam frigidam debet; sed eo modo curandus est, quo in ceteris febribus praecipitur.

## CAPUT VIII.

Curatio semitertianae febris.

At ubi id genus tertianae est, quod *ἡμικριταῖον* medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim plerumque frequentes accessiones decessionesque, porrigiturque febris inter horas viginti quatuor, et triginta sex; ut, quod idem est, non idem esse videatur. Et magnopere necessarium est, neque dari cibum, nisi in ea remissione, quae vera est; et ubi ea venit, protinus dari: plurimique sub alterutro curantis errore subito moriuntur. Ac, nisi magnopere aliqua res prohibet, inter initia sanguis mitti debet; tum dari cibis, qui neque incitet febrem, et tamen longum ejus spatium sustineat.

## CAPUT IX.

Curatio lentarum febrium.

Nonnumquam etiam lentae febres sine ulla remissione corpus tenent; ac neque cibo, neque ulli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet, ut morbum mutet: fortasse enim curationi opportunior fiet. Saepe igitur ex aqua frigida, cui oleum sit adjectum, corpus ejus pertractandum est. quoniam interdum sic evenit, ut horror oriatur, et fiat initium quoddam novi motus; exque eo, quum magis corpus incaluit, sequatur etiam remissio. In his frictio quoque ex oleo et sale salubris videtur. At si diu frigus est, et torpor, et jactatio corporis, non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, vel cum cibo vinum bene dilutum. Intenditur enim saepe ex eo febris; et major ortus calor simul et priora mala tollit, et spem remissionis, inque ea cu-

rationis ostendit. Neque hercules ista curatio nova est<sup>1)</sup>, qua nunc quidam traditos sibi aegros, qui sub cautioribus medicis trahebantur, interdum contrariis remediis sanant. Siquidem apud antiquos quoque ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem, sitimque excitaret: deinde, ubi paulum remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat; ac, si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat; si non moverat, plus etiam aquae frigidae ingerebat; et tum vomere cogebat. Si alterutro modo febre liberaverat, protinus suillam assam, et vinum homini dabat: si non liberaverat, decoquebat aquam sale adjecto (cf. III, 24), eamque bibere cogebat, ut movendo ventrem purgaret. Et intra haec omnis ejus medicina erat; eaque non minus grata fuit iis, quos Hippocratis successores non refecerant; quam nunc est iis, quos Herophili vel Erasistrati aemuli diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus a principiis exceperit, interimit. Sed quum eadem omnibus convenire non possint, fere quos ratio non restituit, temeritas adjuvat. deoque ejusmodi medici melius alienos aegros, quam suos nutriunt (cf. VI, 6, § 16). Sed est circumspecti quoque hominis, et novare interdum, et augere morbum, et febres accendere; quia curationem, ubi id, quod est, non recipit, potest recipere id quod futurum est.

## C A P U T X.

### Curatio symptomatum februm.

Considerandum etiam est, febresne solae sint, an alia quoque his mala accedant; id est num caput doleat, num lin-

<sup>1)</sup> Antonium Musam indicare videtur, qui Augustum *contraria medicina periculo exemit*; ut tradit Plinius lib. XXIX, cap. 1, sect. 5. et Suetonius in Augusto cap. 31: *distillationibus, jocinere vitiato, ad desperationem redactus, contrariam, et ancipitem rationem medendi subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa.*

gua aspera, num praecordia intenta sint. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, et in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quae frontis latitudinem longitudinemque aequent; ex his invicem alterum in aceto et rosa habere, alterum in fronte; aut intinctam iisdem lanam succidam imponere. Si acetum offendit, pura rosa utendum est; si rosa ipsa laedit, oleo acerbo. Si ista parum juvant, teri potest vel iris arida, vel nuces amarae, vel quaelibet herba ex refrigerantibus: quorum quidlibet ex aceto impositum, dolorem minuit; sed magis aliud in alio. Juvat etiam panis cum papavere injectus; vel cum rosa cerussa, spumave argenti. Olfacere quoque vel serpyllum, vel anethum, non alienum est. At si in praecordiis inflammatio et dolor est, primo superimponenda sunt cataplasmata reprimentia; ne, si calidiora fuerint, plus eo materiae concurrat: deinde, ubi prima inflammatio se remisit, tunc demum ad calida et humida veniendum est; ut ea, quae remanserint, discutiant. Notae vero inflammationis sunt quatuor, rubor et tumor, cum calore et dolore. Quo magis erravit Erasistratus, qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est: hunc enim statim ipsa febris solvet. At si neque inflammatio, neque febris, sed tantum praecordiorum dolor est, protinus calidis et siccis fomentis uti licet. Si vero lingua sicca et scabra est, detergenda primum penicillo est ex aqua calida: deinde unguenda mixtis inter se rosa et melle. Mel purgat, rosa reprimit, simulque siccescere non sinit. At si scabra non est, sed arida, ubi penicillo detertera est, ungi rosa debet, cui cerae paulum sit adjectum.

## CAPUT XI.

Curatio frigoris quod febrem praecedit.

Solet etiam ante febres esse frigus; idque vel molestissimum morbi genus est. Ubi id expectatur, omni potione prohibendus aeger est: haec enim paulo ante data multum malo adjicit. Item maturius veste multa tegendus est; admovenda partibus iis, pro quibus metuimus, sicca et calida fomenta.

sic, ne statim vehementissimi calores incipiant, sed paulatim incrementum: perfricandae quoque eae partes manibus unctis ex vetere oleo sunt, eique adjiciendum aliquid ex calefacientibus; contentique medici quidam una frictione, etiam ex quolibet oleo, sunt. In harum febrium remissionibus nonnulli tres aut quatuor sorbitionis cyathos, etiamnum manente febre, dant: deinde, ea bene finita, reficiunt stomachum cibo frigido et levi. Ego tum hoc puto tentandum, quum parum cibus, semel et post febrem datus, prodest. Sed curiose prospiciendum est, ne tempus remissionis decipiat: saepe enim in hoc quoque genere valetudinis jam minui febris videtur, et rursus intenditur. Itaque ei remissioni credendum est, quae etiam immoratur, et jactationem, foetoremque quemdam oris, quem ὄξην Graeci vocant, minuit. Illud satis convenit, si quotidie pares accessiones sunt, quotidie cibum dandum: si impares, post graviores, cibum; post leviores, aquam mulsam.

## CAPUT XII.

Curatio horroris in febribus.

Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum, et ex toto remittuntur; ideoque tutissimae sunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora sunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur. Incertum est enim quando febris ventura sit: ita fieri potest, ut, si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa sit inventum. Nihilque aliud fieri potest, quam ut primis diebus bene abstinenceatur aeger; deinde sub decessu febris ejus, quae gravissima est, cibumumat. At ubi certus circuitus est, facilius omnia illa tentantur; quia magis proponere nobis et accessionum et decessionum vices possumus. In his autem, quum inveteraverunt, utilis fames non est: primis tantummodo diebus ea pugnandum est; deinde dividenda curatio est, et ante horror, tum febris discutienda. Igitur quum primum aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit, dare ei oportet potui



tepidam aquam subsalsam, et vomere eum cogere: nam fere talis horror ab iis oritur, quae biliosa in stomacho resederunt. Idem faciendum est, si proximo quoque circumitu aequae accessit: saepe enim sic discutitur. Jamque quod genus febris sit, scire licet. Itaque sub expectatione proximae accessionis, quae instare tertia potest, deducendus in balneum est; dandaque opera, ut per tempus horroris in solio sit. Si ibi quoque senserit, nihilominus idem sub expectatione quartae accessionis faciat: siquidem eo quoque modo saepe is discutitur. Si ne balneum quidem profuit, ante accessionem allium edat, aut bibat aquam calidam cum pipere: siquidem ea quoque assumpta calorem movent, qui horrorem non admittit. Deinde eodem modo, quo in frigore praeceptum est, antequam inhorrescere possit, operiatur: fomentisque, sed protinus (cf. III, 11, p. 92, l. 34 sqq.) validioribus, totum corpus circumdare convenit, maximeque involutis extinctis testis et titiouibus. Si nihilominus horror perreperit, multo oleo calefacto inter ipsa vestimenta perfundatur, cui aequae ex calefactibus aliquid sit adjectum; adhibeaturque frictio, quantam is sustinere poterit, maximeque in manibus et cruribus; et spiritum ipse contineat. Neque desistendum est, etiamsi horror est: saepe enim pertinacia juvantis malum corporis vincit. Si quid evomuit, danda aqua tepida, iterumque vomere cogendus est; utendumque eisdem est, donec horror finiatur. Sed praeter haec ducenda alvus est, si tardius horror quiescit: siquidem id quoque exonerato corpore prodest. Ultimaque post haec auxilia sunt gestatio et frictio. Cibis autem in ejusmodi morbis maxime dandus est, qui mollem alvum praestet; caro glutinosa; vinum, quum dabitur, austerum.

### CAPUT XIII.

Curatio quotidianae febris.

Haec ad omnes circumitus februm pertinent: discernendae tamen singulae sunt, sicut rationem habent dissimilem. Si quotidiana est, triduo primo magnopere abstinere oportet (cf. III, 5); tum cibis altero quoque die uti. Si res invetera-

verit, post febrem experiri balneum et vinum; magisque si, horrore sublato, haec superest.

## CAPUT XIV.

Curatio tertianae febris.

5 Si vero tertiana, quae ex toto intermittit, aut quartana est, mediis diebus et ambulationibus uti oportet, aliisque exercitationibus, et unctionibus. Quidam ex antiquis medicis Cleophrantus, in hoc genere morborum, multo ante accessio-  
 10 nem, per caput aegrum multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat. Quod, quamvis pleraque ejus viri praecepta sequutus est Asclepiades, recte tamen praeteriit: est enim anceps. Ipse, si tertiana febris est, tertio die post accessionem dicit alvum duci oportere; quinto, post horrorem vomitum elicere; deinde post febrem, sicut illi mos erat, adhuc  
 15 calidis dare cibum et vinum; sexto die in lectulo detineri: sic enim fore, ne septimo die febris accedat. Id saepe fieri posse verisimile est. Tutius tamen est, ut hoc ordine utamur; tria remedia: vomitus, alvi ductionis, vini, per triduum, id est tertio die et quinto, et septimo tentare: nec vinum, nisi  
 20 post accessionem diei septimi, bibat. Si vero primis diebus discussus morbus non est, inciditque in vetustatem, quo die febris expectabitur, in lectulo se contineat; post febrem perfricetur; tum, cibo assumpto, bibat aquam; postero die, ab exercitatione unctioneque, aqua tantum contentus, con-  
 25 quiescat. Et id quidem optimum est. Si vero imbecillitas urgebit, et post febrem vinum, et medio die paulum cibi debet assumere.

## CAPUT XV.

Curatio quartanae febris.

30 Eadem in quartana facienda sunt. Sed quum haec tarde admodum finiatur, nisi primis diebus discussa est, diligentius ab initio praecipendum est, quid in ea fieri debeat. Igitur

si eni cum horrore febris accessit, eaque desiit, eodem die et postero tertioque continere se debet, et aquam tantummodo calidam primo die post febrem sumere; biduo proximo, quantum fieri potest, ne hanc quidem; si quarto die eum horrore febris revertitur, vomere, sicut ante praeceptum est; deinde post febrem modicum cibum sumere, vini quadrantem; postero tertioque die abstinere, aqua tantummodo calida, si sitis est, assumpta; septimo die balneo frigus praevenire; si febris redierit, ducere alvum; ubi ex eo corpus conquieverit, in unctione vehementer perfriari; eodem modo sumere cibum et vinum; biduo proximo se abstinere, frictione servata; decimo die rursus balneum experiri; et, si postea febris accessit, aequè perfriari, vinum copiosius bibere. Ac sic proximum est, ut quies tot dierum, et abstinentia eum ceteris, quae praecipiuntur, febrem tollant. Si vero nihilominus remanet, aliud ex toto sequendum est eurationis genus; idque agendum, ut, quod diu sustinendum est, corpus facile sustineat. Quo minus etiam euratio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus ducendam alvum, deinde abstinendum in septimum diem dixit. Quod, ut sustinere aliquis possit, tamen, etiam febre liberatus, vix refectioi valebit: adeo, si febris saepius accesserit, coneidet. Igitur si tertio decimo die morbus manebit, balneum neque ante febrem, neque post eam tentandum erit; nisi interdum jam horrore diseusso: horror ipse per ea, quae supra scripta sunt (III, 12), expugnandus. Deinde post febrem oportebit ungi, et vehementer perfriari; cibum et validum, et fortiter assumere; vino uti quanto libebit: postero die, quum satis quieverit, ambulare, exerceri, ungi, perfriari, cibum capere sine vino: tertio die abstinere. Quo die vero febrem expectabit, ante surgere, et exerceri, dareque operam, ut in ipsam exercitationem febris tempus incurrat: sic enim saepe illa discentitur. At si in opere occupavit, tum demum se recipere. In ejusmodi valetudine medicamenta sunt oleum, frictio, exercitatio, cibum, vinum. Si venter adstrictus est, solvens est. Sed haec facile validiores faciunt: si imbecillitas occupavit, pro exercitatione gestatio est: si ne hanc quidem sustinet, adhibenda tamen frictio est; si haec quoque vehe-

mens onerat, intra quietem et unctionem et cibum sistendum est: dandaque opera est, ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat. Nam quartana neminem jugulat: sed si ex ea facta quotidiana est, in malis aeger est: quod tamen, nisi culpa vel aegri vel curantis, numquam fit.

## CAPUT XVI.

Curatio duarum quartanarum.

At si duae quartanae sunt, neque cae, quas proposui, exercitationes adhiberi possunt; aut ex toto quiescere opus est, aut, si id difficile est, leniter ambulare; considerare diligenter involutis pedibus et capite; quoties febris accessit et desit, cibum modicum sumere, et vinum; reliquo tempore, nisi imbecillitas urget, abstinere; at si duae febres paene junguntur, post utramque cibum sumere: deinde vacuo tempore, et moveri aliquid, et post unctionem cibo uti. Quum vero vetus quartana raro, nisi vere, solvatur; utique eo tempore attendendum est, ne quid fiat, quod valetudinem impediat. Prodestque in vetere quartana mutare subinde victus genus; a vino ad aquam, ab aqua ad vinum, a lenibus cibis ad acres, ab acris ad lenes transire; esse radicem (cf. I, 3; II, 18), deinde vomere; jureve pulli gallinacei ventrem resolvere; oleo ad frictiones adjicere calefacientia; ante accessionem sorbere vel aceti cyathos duos, vel unum sinapis cum tribus graeci vini salsi (cf. III, 6), vel mixta paribus portionibus, et in aqua diluta, piper, castoreum, laser, myrrham. Per haec enim similiaque corpus agitandum est, ut moveatur ex eo statu, quo detinetur. Si febris quievit, diu meminisse ejus diei convenit; eoque vitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facile enim revertitur, nisi a sano quoque aliquamdiu timetur.

## CAPUT XVII.

Curatio quotidianae febris, quae ex quartana facta sit.

At si ex quartana quotidiana facta est, quum id vitio inciderit, per biduum abstinere oportet, et frictione uti; aquam

tantummodo vespere potui dare. Tertio die saepe fit, ne febris accedat: sed sive fuit, sive non fuit, cibus post accessionis tempus est dandus; ac si manet, per triduum abstinentia, quanta maxima imperari potest (cf. III, 21), et frictione quotidie utendum est.

## CAPUT XVIII.

De tribus insaniae generibus.

Et febrium quidem curatio exposita est. Supersunt vero alii corporis affectus, qui huic superveniunt; ex quibus eos, qui certis partibus assignari non possunt (cf. IV, 1, *init.*), 10 protinus jungam. Incipiam ab insaniam, primamque hujus ipsius partem aggrediar, quae et acuta, et in febre est: φρενῆτιν Graeci appellant (cf. Hipp.). Illud ante omnia scire oportet, interdum in accessione aegros desipere, et loqui aliena. Quod non quidem leve est; neque incidere potest, 15 nisi in febre vehementi: non tamen aequè pestiferum est: nam plerumque breve esse consuevit, levatoque accessionis impetu, protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud desiderat, quam quod in curanda febre praeceptum est. Phrenesis vero tum demum est, quum continua demencia 20 esse incipit; aut quum aeger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est, ubi mens illis imaginibus addicta est. Ejus autem plura genera sunt: siquidem ex phreneticis alii hilares, alii tristes sunt; alii facilius continentur, et intra verba desipiunt, alii consurgunt, 25 et violenter quaedam manu faciunt; atque ex his ipsis alii nihil nisi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, summamque speciem sanitatis in captandis malorum operum occasionibus praebent; sed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos, qui intra verba desipiunt, aut leviter etiam manu pec- 30 cant, onerare asperioribus coercionibus supervacuum est: eos vero qui violentius se gerunt, vincire convenit (cf. I. *Digest. de off. praes. tit. 14*); ne vel sibi vel alteri noceant. Neque credendum est, si vinctus aliquis, dum levare vinculis cupit, quamvis prudenter et miserabiliter loquitur; quoniam 35



is dolus insauientis est. Fere vero antiqui tales aegros in tenebris habebant; eo quod illis contrarium esset exterreri, et ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid judicabant. At Asclepiades, tamquam tenebris ipsis terren-  
5 tibus, in lumine habendos eos dixit. Neutrum autem perpetuum est: alium enim lux, alium tenebrae magis turbant; reperiunturque, in quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc, vel illo modo possit. Optimum itaque est utrumque experiri; et habere eum, qui tenebras horret, in  
0 luce; eum, qui lucem, in tenebris. At ubi nullum tale discrimen est, aeger, si vires habet, loco lucido; si non habet, obscuro continendus est. Remedia vero adhibere, ubi maxime furor urget, supervacuum est: simul enim febris quoque  
5 increscit. Itaque tum nihil nisi continendus aeger est: ubi vero res patitur, festinanter subveniendum est. Asclepiades perinde esse dixit, his sanguinem mitti, ac si trucidentur: rationem hanc sequutus, quod neque insania esset, nisi febre  
0 intenta; neque sanguis, nisi in remissione ejus, recte mitteretur. Sed ipse in his somnum multa frictione quaesivit; quum et intentio febris somnum impediat, et frictio non nisi  
0 in remissione ejus utilis sit. Itaque hoc quoque auxilium debuit praeterire. Quid igitur est? Multa in praecipiti periculo recte sunt, alias omittenda. Et continuata quoque febris  
5 habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen crescit: estque hoc, ut non optimum, sic tamen secundum remediis  
0 tempus. Quod si vires aegri patiuntur, sanguis quoque mitti debet. Minus deliberari potest, an alvus ducenda sit. Tum, interposito die, convenit caput ad cutem tondere (cf. I, 4); deinde aqua fovere, in qua verbenae aliquae decoctae sint ex  
0 reprimentibus; aut prius fovere, deinde tondere, et iterum fovere; ac novissime rosa caput naresque implere; offerre etiam naribus rutam ex aceto contritam; movere sternutamenta medicamentis in id efficacibus. Quae tamen facienda sunt in  
0 iis, quibus vires non desunt. Si vero imbecillitas est, rosa tantum caput, adjuncto serpyllo, similive aliquo, madefaciendum est. Utiles etiam in quibuscumque viribus herbae duae  
35 sunt, solanum et muralis, si simul ex utraque succo expresso caput impletur. Quum febris remisit, frictione utendum est;

parcins tamen in iis, qui nimis hilares, quam in iis, qui nimis  
 tristes sunt. Adversus omnium autem sic insanientium ani-  
 mos gerere se pro cuiusque natura necessarium est. Quo-  
 rumdam enim vani metus levandi sunt; sicut in homine prae-  
 divite famem timente incidit, cui subinde falsae hereditates 5  
 nuntiabantur: quorundam audacia coercenda est; sicut in iis  
 fit, in quibus continendis plagae quoque adhibentur: quorum-  
 dam etiam intempestivus risus et objurgatione et minis finien-  
 dus: quorundam discutiendae tristes cogitationes; ad quod  
 symphoniae, et cymbala, strepitusque proficiunt. Saepius 10  
 tamen assentiendum, quam repugnandum est; paulatimque, et  
 non evidenter, ab iis, quae stulte dicentur, ad meliora mens  
 adducenda. Interdum etiam elicienda ipsius intentio; ut sit  
 in hominibus studiosis litterarum, quibus liber legitur, aut  
 recte, si delectantur, aut perperam, si id ipsum eos offendit: 15  
 emendando enim convertere animum incipiunt. Quin etiam  
 recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt. Ad cibum quoque  
 quosdam non desiderantes reduxerunt ii, qui inter epulantes  
 eos collocarunt. Omnibus vero sic affectis somnus et diffi-  
 cilis, et praecipue necessarius est: sub hoc enim plerique 20  
 sanescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam  
 componendam, crocinum unguentum cum irino in caput da-  
 tum. Si nihilominus vigilant, quidam somnum moliantur potui  
 dando aquam, in qua papaver, aut hyoscyamum decoctum  
 sit: alii mandragorae mala pulvino subjiciunt: alii vel amo- 25  
 num, vel sycamini lacrimam fronti inducunt. Asclepiades ea  
 supervacua esse dixit; quoniam in lethargum saepe conver-  
 terent. Praecepit autem, ut primo die a cibo, potione, som-  
 no abstineretur; vespere ei daretur potni aqua; tum frictio  
 admoveretur lenis, ut ne manum quidem, qui perfricaret, ve- 30  
 hementer imprimeret; postero deinde die, iisdem omnibus  
 factis, vespere ei daretur sorbitio et aqua, rursusque frictio  
 adhiberetur: per hanc enim nos consequuturos, ut somnus  
 accedat. Id interdum fit, et quidem adeo, ut, illo confitente,  
 nimia frictio etiam lethargi periculum afferat. Sed si sic som- 35  
 nus non accessit, tum demum illis medicamentis arcessendus  
 est: habita scilicet eadem moderatione, quae hic quoque nec-  
 cessaria est, ne quem obdormire volumus, excitare postea

non possimus. Confert etiam aliquid ad somnum silanus (cf. Coel. Aurel. *Morb. chr.* I, 5) juxta eadens; vel gestatio post cibum et noctu; maximeque suspensi lecti motus. Neque alienum est, si neque sanguis ante missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso eucurbitulam admovere; quae, quia levat morbum, potest etiam somnum facere. Moderatio autem in cibo quoque adhibenda est: nam neque implendus aeger est, ne insaniat; neque jejunio utique vexandus, ne imbecillitate in cardiacum incidat. Opus est cibo infirmo, maximeque sorbitione, potione aquae mulsae, ejus ternos cyathos bis hieme, quater aestate dedisse satis est.

Alterum insaniae genus est, quod spatium longius recipit; quia fere sine febre incipit, leves deinde febriculas excitat. Consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere. In hac utilis detractio sanguinis est: si quid hanc prohibet, prima est abstinentia; secunda per album veratrum vomitumque purgatio. Post utrumlibet adhibenda bis die frietio est; si magis valet, frequens etiam exercitatio; in jejuno vomitus: eibus, sine vino, dandus ex media materia est. Quam quoties posuero (cf. III, 21), seire licebit etiam ex infirmissima dari posse; dum ne ea sola quis utatur: valentissima tantummodo esse removenda. Praeter haec servanda alvus est quam tenerima; removendi terrores, et potius bona spes afferenda; quaerenda delectatio ex fabulis, ludisque, quibus maxime eapi sanus assueverat; laudanda, si qua sunt, ipsius opera, et ante oculos ejus ponenda; leviter objurganda vana tristitia; subinde admonendus, in iis ipsis rebus, quae sollicitant, eum potius laetitia, quam sollicitudinis causa sit. Si febris quoque accessit, sicut aliae febres, curanda est.

Tertium genus insaniae est, ex his longissimum; adeo ut vitam ipsam non impediat: quod robusti corporis esse consuevit. Hujus autem ipsius species duae sunt. Nam quidam imaginibus, non mente falluntur, quales insanientem Ajaecum vel Orestem percepisse poetae ferunt; quidam animo desipiunt. Si imagines fallunt, ante omnia videndum est, tristes, an hilares sint. In tristitia nigrum veratrum dejectionis causa; in hilaritate, album, ad vomitum excitandum dari debet: idque, si in potione non accipit, pani adjiciendum est, quo

facilius fallat. Nam si bene se purgaverit, ex magna parte morbum levabit. Ergo etiam si semel datum veratrum parum profecerit, interposito tempore iterum dari debet. Neque ignorare oportet, leviozem esse morbum eum risu, quam serio insanientium. Illud quoque perpetuum est in omnibus morbis; ubi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem ejus ante solvendum esse; ubi a superiore, comprimendum (*Aph.* VII, 70). Si vero consilium insanientem fallit, tormentis quibusdam optime curatur. Ubi perperam aliquid dixit, aut fecit, fame, vineulis, plagis coereendus est. Cogendus est et attendere, et ediscere aliquid, et meminisse: sic enim fiet, ut paulatim metu eogatur considerare, quid faciat. Subito etiam terreri, et expavescere, in hoc morbo prodest; et fere quidquid animum vehementer perturbat. Potest enim quaedam fieri mutatio, quum ab eo statu mens, in quo fuerat, abducta est. Interest etiam, is ipse sine causa subinde rideat, au moestus demissusque sit: nam demens hilaritas terroribus iis, de quibus supra dixi, melius curatur: si nimia tristitia est, prodest lenis, sed multa bis die frietio; item per caput aqua frigida infusa, demissumque corpus in aquam et oleum. Illa communia sunt: insanientes vehementer exereeri debere; multa frietione uti; neque pinguem carnem, neque vinum assumere; cibis uti post purgationem, ex media materia, quam levissimis; non oportere esse vel solos, vel inter ignotos, vel inter eos, quos aut contemnant, aut negligant; mutare debere regiones, et, si mens redit, annua peregrinatione esse jactandos.

Raro, sed aliquando tamen, ex metu delirium nascitur. Quod genus insanientium specie simili, similique victus genere curandum est: praeterquam quod in hoc insaniae genere: solo recte vinum datur.

## CAPUT XIX.

De cardiacis.

His morbis praecipue contrarium est id genus, quod *καρδιακόν* a Graecis nominatur; quamvis saepe ad eum:



phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat. Id autem nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licetque protinus seire id esse, ubi venarum exigui imbecillique pulsus sunt; sudor autem supra consuetudinem, et modo, et tempore, ex toto thorace et cervicibus, atque etiam capite prorumpit, pedibus tantummodo et erubus siccoribus atque frigentibus. Acutique id morbi genus est. Curatio prima est, supra praecordia imponere, quae reprimant, cataplasmata: secunda, sudorem prohibere. Id praestat acerbum oleum, vel rosa, vel melinum, aut myrteum: quorum aliquo corpus leniter perungendum, ceratumque ex aliquo horum tum imponendum est. Si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel eimolia ereta, vel etiam subinde horum pulvere respergendus. Idem praestat pulvis ex contritis aridis myrti vel rubi foliis, aut ex austeri et boni vini arida faece: pluraque similia sunt, quae si desunt, satis utilis est quilibet ex via pulvis injectus. Super haec vero, quo minus corpus insudet, levi veste debet esse contactus, loco non calido, fenestris patentibus sic, ut perflatus quoque aliquis accedat. Tertium auxilium est, imbecillitati jacentis cibo vinoque succurrere. Cibus non multus quidem, sed saepe tamen nocte ac die dandus est, ut nutriat, neque oneret. Is esse debet ex infirmissima materia, et stomacho aptus. Nisi si necesse est, ad vinum festinare non oportet: si verendum est, ne deficiat, tum et intrita ex hoc, et hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue, meraculum, egelidum subinde et liberaliter dandum est; adjecta polenta, si modo is aeger parum cibi assumit: ilque vinum esse debet, neque nullarum virium, neque ingentium; reeteque tota die ac nocte, vel tres heminas aeger bibet; si vastius corpus est, plus etiam. Si eibum non accipit, perunctum ante perfundere aqua frigida convenit, et tum dare. Quod si stomachus resolutus parum continet, et ante eibum, et post eum sponte vomere oportet; rursusque post vomitum cibum sumere; si ne id quidem manserit, sorbere vini cyathum, interpositaque hora, sumere alterum. Si id quoque stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superillinendum est; qui, ubi inauerunt, effi-



ciunt, ut vinum in stomacho contineatur, exque eo toti corpori calor, venisque vis redeat. Ultimum auxilium est, in alvum ptisanæ vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere: siquidem id quoque vires tuetur. Neque alienum est, naribus quoque aestuantis admovere, quod reficiat; id est rosam et vinum: et si qua in extremis partibus frigent, unctis et calidis manibus fovere. Per quæ si consequi potuimus, ut et sudoris impetus minuatur, et vita prorogetur, incipit jam tempus ipsum esse praesidio. Ubi esse in tuto videtur, verendum tamen est, ne in eandem imbecillitatem cito recidat: itaque, vino tantummodo remoto, quotidie validiorem cibum debet assumere, donec satis virium corpori redeat.

## CAPUT XX.

### De Lethargicis.

Alter quoque morbus est, aliter phrenetico contrarius. In eo difficilius somnus, prompta ad omnem audaciam mens est: in hoc marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas. *Ἀήθαργον* Graeci nominarunt. Atque id quoque genus acutum est, et nisi succurritur, celeriter jugulat. Hos aegros quidam subinde excitare nituntur, admotis iis, per quæ sterutamenta evocantur, et iis quæ odore foedo movent; qualis est pix cruda, lana succida, piper, veratrum, castoreum, acetum, allium, cepa. Juxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu cervinum; si id non est, quodlibet aliud. Tharrias vero quidam, accessionis id malum esse dixit, levatam quæ quum ea decessit: itaque eos, qui subinde excitant, sine usu male habere. Interest autem, in decessione expergiscatur aeger, an quum febris non levetur, aut levata quoque ea somnus urgeat. Nam si expergiscitur, adhibere ei, ut sopito, supervacuum est: neque enim vigilando melior fit; sed per se, si melior est, vigilat. Si vero continens ei somnus est, utique excitandus est; sed iis temporibus, quibus febris levissima est, ut et excernat aliquid, et sumat. Excitat autem validissime repente aqua frigida infusa. Post remissionem itaque, perunctum oleo multo corpus, tribus aut qua-

tuor amphoris totum per caput perfundendum est. Sed hoc utemur, si aequalis aegro spiritus erit, si mollia praecordia: sin aliter haec erunt, ea potiora, quae supra comprehensa sunt. Et, quod ad somnum quidem pertinet, commodissima haec ratio est. Medendi autem causa, caput radendum: deinde posca fovendum est, in qua laurus, aut ruta decocta sit \*): altero die imponendum castoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri baccae, aut hedera cum rosa et aceto. Praecipueque proficit, et ad excitandum hominem, naribus admotum, et ad morbum ipsum depellendum, capiti frontive impositum sinapi. Gestatio etiam in hoc morbo prodest; maximeque opportune cibus datus, id est in remissione, quanta maxima inveniri poterit. Aptissima autem sorbitio est, donec morbus decrescere incipiat: sic, ut si quotidie gravis accessio est, haec quotidie detur; si alternis, post graviorem sorbitio, post leviolem mulsa aqua. Vinum quoque cum tempestivo cibo datum non mediocriter adjuvat. Quod si post longas febres ejusmodi torpor accessit, cetera eadem servanda sunt: ante accessionem autem, tribus quatuorve horis, castoreum, si venter adstrictus est, mixtum cum scammonia; si non est, per se ipsum cum aqua dandum est. Si praecordia mollia sunt, cibus utendum est plenioribus; si dura, in iisdem sorbitionibus subsistendum; imponendumque praecordiis, quod simul et reprimat, et emolliat.

## CAPUT XXI.

De hydropicis.

Sed hic quidem acutus est morbus. Longus vero fieri potest eorum, quos aqua inter cutem male habet; nisi primis diebus discussus est: ὑδρωπια Graeci vocant. Atque ejus tres species sunt. Nam modo, ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est: modo corpus inae-

\*) Caelius Aurelianus lib. II. *Morb. Acut.* cap. 9 ita scribit: *Heracledes caput posca fovet, in qua laurus fuerit decocta, et ruta; rasis quoque capillis ungit castoreo etc.*

quale est, tumoribus aliter aliterque per totum id orientibus: modo intus in uterum aqua contrahitur, et moto corpore ita movetur, ut impetus ejus conspici possit. Primum *τυμπανίτην*, secundum *λευκοφλεγματίαν*, vel *ὑποσόρα*, tertium *ἀσκήτην* Graeci nominarunt. Communis tamen omnium est humoris nimia abundantia; ob quam ne ulcera quidem in his aegris facile sanescunt (*Aph.* VI, 8). Saepe vero hoc malum per se incipit; saepe alteri vetusto morbo, maximeque quartanae, supervenit. Facilius in servis, quam in liberis tollitur: quia, quum desideret famem, sitim, mille alia taedia, longamque patientiam, promptius iis succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne ii quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoque non ignobilis medicus, Chryssippi discipulus, apud Antigonnem regem, amicum quemdam ejus, notae intemperantiae, mediocriter eo morbo implicitum, negavit posse sanari. Quumque alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur; respondit, illum ad morbum aegri respicere; se, ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim quum summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua devorando, bibendoque suam urinam, in exitium se praecipitavit. Inter initia tamen non difficilis curatio est, si imperata sunt (cf. III, 17) quies, sitis, inedia; at si malum inveteravit, nonnisi magna mole discutitur. Metrodorum tamen, Epicuri discipulum, ferunt, quum hoc morbo tentaretur, nec aequo animo necessariam sitim sustineret, ubi diu abstinuerat, bibere solitum, deinde evomere. Quod si redditur quidquid receptum est, multum taedio demit; si a stomacho retentum est, morbum auget: ideoque in quolibet tentandum non est. Sed si febris quoque est, haec in primis submovenda est per eas rationes, per quas huic succurri posse propositum est: si sine febre aeger est, tum demum ad ea veniendum est, quae ipsi morbo mederi solent. Atque hic quoque quaecumque species est, si nondum nimis occupavit, iisdem auxiliis opus est: multum ambulandum, currendum aliquid est; superiores maxime partes sic perfricandae, ut spiritum ipse contineat: evocandus est sudor, non per exercitationem tantum, sed

etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano, similibusque aliis: maximeque utiles naturales et siccae sudationes sunt (cf. II, 17). Balneum, atque omnis humor alienus est. Je-  
 5 juno recte catapotia dantur, facta ex absinthii duabus, myr-  
 rhae tertia parte. Cibus esse debet ex media quidem materia,  
 sed tamen generis durioris: potio non ultra danda est, quam  
 ut vitam sustineat; optimaque est, quae urinam movet. Sed  
 id ipsum tamen moliri cibo, quam medicamento melius est.  
 Si tamen res coget, ex iisdem aliquid, quae id praestant,  
 10 erit decoquendum, eaque aqua potui danda. Videntur autem  
 hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, cinnamum, amo-  
 mum, casia, myrrha, balsamum, galbanum, ladanum, oenanthe,  
 panaces, cardamomum, hebenus, cupressi semen, uva taminia,  
 quam *σταφίδα ἀγρία* Graeci nominant, abrotonum, rosae  
 15 folia, acorum, amarae nuces, tragoriganum, styrax, costum,  
 junci quadrati et rotundi semen; illum *κύπειρον*, hunc *σχοῖ-  
 νον* Graeci vocant: quae quoties posuero (cf. III, 18), non  
 quae hic nascuntur, sed quae inter aromata afferuntur, signi-  
 ficabo. Primo tamen, quae levissima ex his sunt, id est  
 20 rosae folia, vel nardi spica, tentanda sunt. Vinum quo-  
 que utile est austerum, sed quam tenuissimum. Commodum  
 est etiam, lino quotidie ventrem metiri, et, qua comprehendit  
 alvum, notam imponere; posteroque die videre, plenius cor-  
 pus sit, an extenuetur: id enim, quod extenuatur, medicinam  
 25 sentit. Neque alienum est metiri et potionem ejus, et urinam:  
 nam si plus humoris excernitur, quam assumitur, ita demum  
 secundae valetudinis spes est. Asclepiades in eo, qui ex  
 quartana in hydropa deciderat, se abstinentia bidui, et fri-  
 ctione usum; tertio die, jam et febre et aqua liberato, cibum  
 30 et vinum dedisse, memoriae prodidit.

Hactenus communiter de omni specie praecipari potest: si  
 vehementius malum est, diducenda ratio curandi est. Ergo  
 si inflatio, et ex ea dolor creber est, utilis quotidianus, aut  
 altero quoque die post cibum, vomitus est: fomentis siccis  
 35 calidisque utendum est. Si per haec dolor non finitur, neces-  
 sariae sunt sine ferro cucurbitulae; si ne per has quidem  
 tormentum tollitur, incidenda cunctis est, et tum his utendum.  
 Ultimum auxilium est, si cucurbitulae nihil profuerunt, per

aivum infundere copiosam aquam calidam, eamque recipere. Quin etiam quotidie ter quaterve opus est uti frictione vehementi cum oleo et quibusdam calefacientibus: sed in hac frictione a ventre abstinendum est. Imponendum vero in eum crebrius sinapi, donec cutem erodat; ferramentisque candentibus pluribus locis venter exulcerandus est, et servanda ulcera diutius. Utiliter etiam scilla cocta delingitur. Sed diu post has inflationes abstinendum est ab omnibus inflantibus.

At si id vitium est, cui *λευκοφλεγματία* nomen est, eas partes, quae tument, subjicere soli oportet; sed non nimium, ne febriculam accendat: si is vehementior est, caput velandum est: utendumque frictione, madefactis tantum manibus aqua, cui sal et nitrum et olei paulum sit adjectum; sic, ut aut pueriles aut muliebres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus sit: idque, si vires patiuntur, ante meridiem tota hora, post meridiem semihora fieri oportet. Utilia etiam sunt cataplasmata, quae reprimunt; maximeque si corpora teneriora sunt. Incidendum quoque est super talum, quatuor fere digitis, ex parte interiore, qua per aliquot dies frequens humor feratur; atque ipsos tumores incidere altis plagis oportet \*): concutiendumque multa gestatione corpus est: atque, ubi inductae vulneribus cicatrices sunt, adjiciendum et exercitationibus est, et cibus, donec corpus ad pristinum habitum revertatur. Cibus valens esse debet, et glutinosus, maximeque caro: vinum, si per stomachum licet, dulcius; sed ita, ut invicem biduo triduoque, modo aqua, modo id bibatur. Prodest etiam lactucae marinae (cf. II, 12, 1) semen cum aqua potui datum. Si valens est, qui id accipit, et scilla cocta, sicut supra dixi, delingitur. Auctoresque multi sunt, inflatis vesicis pulsandos tumores esse (cf. Aët. X, 9).

Si vero id morbi genus est, quo in uterum multa aqua contrahitur, ambulare, sed magis modice oportet; malagma, quod digerat, impositum habere; idque ipsum superimposito

---

\*) Caelius Aurelianus lib. III. *Morb. Chron.* cap. 8: *Laudat etiam Asclepiades punctiorem, quatuor digitis a talo distantem faciendam superius ab interiore parte. sicut in phlebotomia ut per eandem punctiorem humore effuso, corpora extenuentur.*



triplici panno, fascia, non nimium tamen vehementer adstringere: quod a Tharria profectum, servatum esse a pluribus video. Si jecur, aut liencm affectum esse manifestum est, sicum pinguem contusam, adjecto melle, superponere.

5 Si per talia auxilia venter non siccatur, sed humor nihilo minus abundat, celeriori via succurrere, ut is per ventrem ipsum emittatur. Neque ignoro Erasistrato displicuisse hanc curandi viam: morbum enim hunc jecinoris putavit: ita illud esse sanandum; frustra que aquam emitti, quae, vitiato illo,

10 subinde nascatur. Sed primum non hujus visceris unius hoc vitium est: nam et liene affecto, et in totius corporis malo habitu sit. Deinde, ut inde cocperit, tamen aqua nisi emittitur, quae contra naturam ibi substitit, et jecinori et ceteris interioribus partibus nocet. Convenitque corpus nihilo minus

15 esse curandum. Neque enim sanat emissus humor, sed medicinae locum facit, quam intus inclusus impedit. Ac ne illud quidem in controversiam venit, quin non omnes in hoc morbo sic curari possint; sed juvenes robusti, qui vel ex toto carent febre, vel certe satis liberales intermissiones habent. Nam quorum stomachus corruptus est, quive ex atra bile

20 huc deciderunt, quive malum corporis habitum habent, idonei huic curationi non sunt. Cibus autem, quo die primum humor emissus est, supervacuus est, nisi si vires desunt: insequentibus diebus, et is, et vinum meracius quidem, sed

25 non ita multum dari debet, paulatimque evocandus aeger est ad exercitationes, frictiones, solem, sudationes, navigationes (cf. I, 2; Cael. Aurel., *Morb. chron.* III, 8), et idoneos cibos, donec ex toto convalescat. Balneum rarum res amat; frequentiore in jejuno vomitum. Si aestas est, in mari natatare commodum est. Ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris usus est.

## CAPUT XXII.

De tabe, ejusque speciebus.

35 Diutius saepe et periculosius tabes eos male habet, quos invasit. Atque hujus quoque plures species sunt. Una est,

qua corpus non alitur, et naturaliter semper aliquibus de-  
 dentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa  
 macies oritur; et, nisi occurritur, tollit. *Ἀτροφίαν* hanc  
 Graeci vocant. Ea duabus fere de causis incidere consuevit.  
 Aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus,<sup>5</sup>  
 quam debet, assumit: ita vel, quod deest, infirmat; vel, quod  
 superat, corrumpitur. Altera species est, quam Graeci *κα-  
 χεξίαν* appellant, uhi malus corporis habitus est; ideoque  
 omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit, quum longo  
 morbo vitata corpora, etiamsi illo vacent, refectionem ta-<sup>10</sup>  
 men non accipiunt; aut quum malis medicamentis corpus af-  
 fectum est; aut quum diu necessaria defuerunt; aut quum in-  
 usitatos et inutiles cibos aliquis assumsit, aliquidve simile in-  
 cidit. Huic, praeter tabem, illud quoque nonnumquam acce-  
 dere solet, ut per assiduas pustulas, aut ulcera, summa cu-<sup>15</sup>  
 tis exasperetur, vel aliquae corporis partes intumescant.  
 Tertia est, longeque periculosissima species, quam Graeci  
*φθίσιον* nominarunt. Oritur fere a capite; inde in pulmonem  
 destillat; huic exulceratio accedit; ex hac febricula levis fit,  
 quae etiam quum quieuit, tamen repetit; frequens tussis est;<sup>20</sup>  
 pus excreatur; interdum cruentum aliquid. Quidquid ex-  
 screatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est:  
 itaque, qui de morbo dubitant, hac nota utuntur (*Aph. V, 11*;  
*Coac. 426*).

Quum haec genera talis sint, animadvertere primum<sup>25</sup>  
 oportet, quid sit in quo laboretur; deinde, si tantum non ali-  
 corpus apparet, causam ejus attendere; et si cibi minus ali-  
 quis, quam debet, assumsit, adjicere, sed paulatim; ne si  
 corpus insuetum subita multitudine oneraverit, concoctionem  
 impediat. Si vero plus justo quis assumere solitus est, abs-<sup>30</sup>  
 tinere uno die; deinde ab exiguo cibo incipere; quotidie ad-  
 jicere, donec ad justum modum perveniat. Praeter haec con-  
 venit ambulare locis quam minime frigidis, sole vitato; per  
 manus quoque exerceri: si infirmior est, gestari, ungi, per-  
 fricari, si potest, maxime per se ipsum, saepius eodem die<sup>35</sup>  
 et ante cibum, et post eum, sic ut interdum oleo quaedam  
 adjiciantur calefacientia, donec insudet. Prodestque jejuno  
 prehendere per multas partes cutem et attrahere, ut relaxe-

tur; aut, imposita resina et abducta, subinde idem facere. Utile est etiam interdum balneum, sed post cibum exiguum. Atque in ipso solio recte cibi aliquid assumitur; aut, si sine hoc frictio fuit, post eam protinus. Cibi vero esse debent ex iis, qui facile concoquuntur, qui maxime alunt. Ergo vini quoque, sed austeri, necessarius usus est. Movenda urina.

At si malus corporis habitus est, primum abstinendum est; deinde alvus ducenda; tum paulatim cibi dandi, adjectis exercitationibus, unctionibus, frictionibus. Utilius his frequens balneum est, sed jejunis; etiam usque sudorem. Cibis vero opus est copiosis, variis, boni succi, quique etiam minus facile corrumpantur, vino austero. Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est; sed paulatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo, ut cetera quoque eodem modo serventur.

Quod si mali plus est, et vera phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est: neque enim facile is morbus, quum inveteravit, evincitur. Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, coeli mutatione, sic ut densius quam id est, ex quo discedit aeger, petatur: ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur<sup>1)</sup>. Fereque id posse inter principia corpus pati debet, quum hic morbus aetate firmissima maxime oriatur, id est ab anno duodevicesimo ad annum quintum et tricesimum (cf. *Aph.* V, 9; *Coac.* 431). Si id imbecillitas non sinit, nave tamen non longe gestari commodissimum est: si navigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimovendum est. Tum a negotiis abstinendum est, omnibusque rebus, quae sollicitare animum possunt; somno indulgendum; cavendae destillationes, ne, si quid cura levarit, exasperent; et ob id vitanda cru-

1) Plinius lib. XXVIII. cap. 3. sect. 14: *Phthisi navigatio utilissima; longis morbis locorum mutatio*; et lib. XXXI. cap. 6. sect. 33: *Neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi*. At lib. XXIV. cap. 6. sect. 19 ita scribit: *Silvas eas dumtaxat, quae picis resinaeque gratia radantur, phthisicis, aut qui longa valetudine non recolligant vires; et illum coeli aera, plus, quam navigationem Aegyptiam, proficere, quam lactis herbidos per montium aestiva succos.*

ditas, simulque et sol, et frigus; os obtegendum, fauces velandae, tussicula suis remediis finienda: et, quamdiu quidem febricula incarsat, huic interdum abstinentia, interdum etiam tempestivis cibis medendum; eoque tempore bibenda aqua. Lae quoque, quod in capitis doloribus, et in acutis febribus, et per eas facta nimia siti, ac, sive praecordia tument, sive biliosa urina est, sive sanguis fluxit, pro veneno est; in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque febriculis, recte dari potest (*Aph. V, 64*). Quod si febris aut nondum incarsat, aut jam remisit, decurrendum est ad modicas exercitationes, maximeque ambulationes; item leues frictiones. Balneum alienum est. Cibus esse debet primo acer, ut allium, porrum, idque ipsum ex aceto, vel ex eodem intubus, ocimum, lactuca: deinde lenis, ut sorbitio ex ptisana, vel ex alica, vel ex amylo, lacte adjecto. Idem oryza quoque, et, si nihil aliud est, far praestat. Tum invicem modo his cibis, modo illis utendam est; adjiciendaque quaedam ex media materia, praecipueque cerebellum, vel pisci-culus, et his similia. Farina etiam cum sevo ovillo caprine mixta, deinde incocta pro medicamento est. Vinum assumi debet leve, austerum (cf. III, 21; IV, 18). Haecenus non magna mole pugnatur: si vehementior noxa est, ac neque febricula, neque tussis quiescit, tenuarique corpus apparet, validioribus auxiliis opus est. Exulcerandum est ferro candenti, uno loco sub mento, altero in gutture, duobus ad mammam utramque; item sub imis ossibus scapularum, quas *ὤμοπλάτας* Graeci vocant, sic, ne sanescere ulcera sinamus, nisi tussi finita: cui per se quoque medendum esse manifestum est. Tunc ter quaterve die vehementer extremas partes perfricandae, thorax levi manu pertractandus, post cibum intermittenda hora, et perfricanda crura brachiaque: interpositis denis diebus, demittendus est aeger in solium, in quo sit aqua calida et oleum: ceteris diebus bibenda aqua: tum et vinum, si tussis non est, potui frigidum dandum; si est, egelidum. Utile est etiam cibos in remissionibus quotidie dari: frictiones gestationesque similiter adhiberi: eadem acria quarto aut quinto die sumere: interdum herbam sanguinalem ex aceto, vel plantaginem esse. Medicamentum



est etiam vel plantaginis succus per se, vel marrubii cum melle incoctus; ita ut illius cyathus sorbeatur, hujus cochleare plenum paulatim delingatur; vel inter se mixta, et incocta resinae terebinthinae pars dimidia, butyri et mellis pars altera. Alvus cita utique vitanda est (cf. *Aph.* V, 14). Vomitus in hoc morbo frequens, perniciosus est, maximeque sanguinis (cf. III, 27, 4). Qui meliusculus esse coepit, adjuccere debet exercitationes, frictiones, cibos: deinde ipse se, suppresso spiritu (cf. *Oribas.* t. I, p. 656), perfricare; diu abstinere a vino, balneo, venere.

## CAPUT XXIII.

## De Comitiali morbo.

Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitalis, vel major nominatur. Homo subito concidit; ex ore spumae moventur; deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipse consurgit. Id genus saepius viros, quam feminas occupat. Ac solet quidem etiam longum esse, usque ad mortis diem, et vitae non periculosum; interdum tamen, quum recens est, hominem consumit: et saepe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris veneris, in puellis menstruorum initium tollit (cf. *Aph.* V, 7). Modo cum distentione nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa. Quidam hos quoque iisdem, quibus lethargicos, excitare conantur: quod admodum supervacuum est; et quia ne lethargicus quidem his sanatur; et quia, quum possit ille numquam expergisci, atque ita fame interire, hic ad se utique revertitur. Ubi concidit aliquis, si nulla nervorum distentio accessit, utique sanguis mitti debet: si accessit, non utique mittendus est, nisi alia quoque hortantur. Necessarium autem est ducere alvum, vel nigro veratro purgare, vel utrumque facere, si vires patiuntur: tunc caput tondere, oleoque et aceto perungere: cibum post diem tertium, simul transiit hora qua concidit, dare. Neque sorbitiones autem his, alii- que molles et faciles cibi, neque caro, minimeque suilla convenit; sed mediae materiae: nam et viribus opus est,



et cruditates cavendae sunt. Cum quibus fugere oportet solem, balneum, ignem, omniaque calefacientia; item frigus, vinum, venerem, loci praecipitis conspectum, omniumque terrentium, vomitum, lassitudinem, sollicitudines, negotia omnia; ubi tertio die eibus datus est, intermittere quartum, et invicem alterum quemque, eadem hora eibi servata, donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti vim deposuit: ac, si manet, curandus jam ut longus est. Quod si, non quo die primum id incidit, medicus accessit, sed is, qui eadere consuevit, ei traditus est; protinus eo genere vietus habito, qui supra comprehensus est, exspectandus est dies, quo prolabatur; utendumque tum vel sanguinis missione, vel ductione alvi, vel nigro veratro, sicut praeeptum est: insequentibus deinde diebus per eos eibos, quos proposui, vitatis omnibus, quae cavenda dixi, nutriendus. Si per haec morbus finitus non fuerit, confugiendum erit ad album veratrum; ac ter quoque aut quater eo utendum, non ita multis interpositis diebus; sic tamen, ne iterum unquam sumat, nisi eoneiderit. Mediis autem diebus vires ejus erunt nutriendae; quibusdam, praeter ea, quae supra scripta sunt, adjectis. Ubi mane experrectus est, corpus ejus leniter ex oleo vetere, eum capite excepto ventre, permulleatur: tum ambulatione quam maxime longa et recta utatur: post ambulationem loco tepido vehementer et diu, ac non minus ducenties, nisi infirmus erit, perfricetur: deinde per caput multa aqua frigida perfundatur; paulum cibi assumat; conquiescat; rursus ante noctem ambulatione utatur; iterum vehementer perfricetur, sic ut neque venter, neque caput contingatur; post haec coenet; interpositisque tribus aut quatuor diebus, uno aut altero aëria assumat. Si ne per haec quidem fuerit liberatus, caput radat; ungetur oleo vetere, adjecto aceto et nitro; perfundatur aqua salsa; bibat jejunos ex aqua castoreum; nulla aqua, nisi decocta, potionis causa utatur. Quidam jugulati gladiatoris calido sanguine epoto tali morbo se liberarunt: apud quos miserum auxilium tolerabile miserius malum fecit (cf. Plin. XXVIII, 1, 2; Aret. *Cur. chronic.* I, 4; Des Etangs, *in ed. Celsi*, p. 281). Quod ad medicum vero pertinet, ulti-

num est, juxta talum ex utroque crure paulum sanguinis mittere; occipitium incidere, et cucurbitulas admoveere; ferro candenti in occipitio, et infra quoque, qua summa vertebra cum capite committitur, adurere duobus locis, ut per ea perniciosus humor evadat. Quibus si finitum malum non fuerit, prope est, ut perpetuum sit. Ad levandum id, tantummodo utendum erit exercitatione multa, frictione, cibusque iis, qui supra comprehensi sunt: praecipueque vitanda omnia, quae, ne fierent, excepimus.

## CAPUT XXIV.

De Regio morbo.

Aequè notus est morbus, quem interdum arquatam, interdum regium nominant. Quem Hippocrates (*Aph.* IV, 62, 64; *Coac.* 118) ait, si post septimum diem febricitante aegro supervenit, tutum esse, mollibus tantummodo praecordiis substantibus: Diocles ex toto, si post febrem oritur, etiam prodesse; si post hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus, quod album esse debet, sit luteum. Soletque accedere et sitis, et dolor capitis, et frequens singultus, et praecordiorum dextra parte durities, et, ubi corporis vehemens motus est, spiritus difficultas, membrorumque resolutio: atque, ubi diutius manet morbus, totum corpus cum pallore quodam inalbescit. Primo die abstinere aegrum oportet; secundo ducere alvum: tum, si febris est, eam victus genere discutere; si non est, scammoniam potui dare, vel cum aqua betam albam contritam, vel cum aqua mulsa nuces amaras, absinthium, anisum, sic ut pars hujus minima sit. Asclepiades aquam quoque salsam, et quidem per biduum, purgationis causa bibere cogebat, iis, quae urinam movent, rejectis. Quidam, superioribus omissis, per haec, et per eos cibos, qui extenuant, idem se consequi dicunt. Ego ubique, si satis virium est, validiora; si parum, imbecilliora auxilia praefero. Si purgatio fuit, post eam triduo primo modice cibum oportet assumere ex media materia, et vinum bibere graecum sal-

sum, ut resolutio ventris maneat: tum altero triduo validiores cibos, et carnis quoque aliquid esse, intra aquam manere: deinde ad superius genus victus reverti, cum eo, ut magis satiatur; omisso graeco vino (cf. p. 115, l. 35; p. 118, l. 17), bibere integrum, austerum (cf. Aet. X, 18); atque ita per haec 5 variare, ut interdum acres quoque cibos interponat, interdum ad salsum vinum redeat. Per omne vero tempus utendum est exercitatione, frictione; si hiems est, balneo: si aestas, frigidis natationibus; lecto etiam, et conclavi cultiore, lusu, 10 joco, ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur: ob quae regius morbus dictus videtur. Malagma quoque, quod digerat, super praecordia datum prodest; vel arida ibi ficus superimposita, si jecur aut lienis affectus est.

## CAPUT XXV.

### De Elephantia.

15

Ignotus autem paene in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem *ἐλεφαντίασιν* Graeci vocant: isque longis annumeratur. Totum corpus afficitur ita, ut ossa quoque vitari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas crebrosque tumores habet; rubor earum 20 paulatim in atrum colorem convertitur; summa cutis inaequaliter crassa, tenuis, dura, mollisque, quasi squamis quibusdam exasperatur; corpus emacrescit; os, surae, pedes intumescunt: ubi vetus morbus est, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quae facile 25 tot malis obrutum hominem consumit. Protinus ergo inter initia sanguis per biduum mitti debet, aut nigro veratro venter solvi: adhibenda tum, quanta sustineri potest, inedia est: paulum deinde vires reficiendae, et ducenda alvus: post haec, ubi corpus levatum est, utendum est exercita- 30 tione, praecipueque cursu: sudor primum labore ipsius corporis, deinde etiam siccis sudationibus evocandus: frictio adhibenda: moderandumque inter haec, ut vires conserventur. Balneum rarum esse debet; cibus sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflantibus: vinum, praeterquam primis 35

diebus, recte datur. Corpus contrita plantago et illita optime tueri videtur.

## CAPUT XXVI.

De Attonitis.

Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et  
 5 mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo:  
*ἀποπληξίαν* hunc Graeci appellant (cf. Hipp. *Diaeta in*  
*acutis*, § 5. *De morbis* II, § 8 et 25). His sanguis mittendus  
 est: veratro quoque albo, vel alvi ductione utendum. Tum  
 adhibendae frictiones, et ex media materia minime pingues  
 10 cibi; quidam etiam acres; a vino abstinendum.

## CAPUT XXVII.

De resolutione nervorum.

1. At resolutio nervorum (sc. *tendinum*) frequens ubi-  
 que morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes  
 15 infestat. Veteres auctores illud *ἀποπληξίαν*, hoc *παράλυσιν*  
 nominaverunt: nunc utrumque *παράλυσιν* appellari video.  
 Solent autem, qui per omnia membra vehementer resoluti  
 sunt, celeriter rapi: ac si correpti non sunt, diutius quidem  
 vivunt; sed raro tamen ad sanitatem perveniunt, et plerum-  
 20 que miserum spiritum trahunt, memoria quoque amissa  
 (cf. *Aph.* II, 42). In partibus vero numquam acutus, saepe  
 longus, fere insanabilis morbus est. Si omnia membra vehe-  
 menter resoluta sunt, sanguinis detractio vel liberat, vel  
 occidit: aliud curationis genus vix umquam sanitatem resti-  
 25 tuit, saepe mortem tantum differt, vitam interim infestat.  
 Post sanguinis missionem, si non redit et motus et mens,  
 nihil spei superest; si redit, sanitas quoque prospicitur. At  
 ubi pars resoluta est, pro vi et mali et corporis, vel sanguis  
 mittendus, vel alvus ducenda. Cetera eadem in utroque casu  
 30 facienda sunt: siquidem vitare praecipue convenit frigus;  
 paulatimque ad exercitationes revertendum est, sic ut in-  
 grediatur ipse protinus, si potest: si id crurum imbecillitas  
 prohibet, vel gestetur, vel motu lecti concutiatur: tum id  
 membrum, quod deficit, si potest, per se; sin minus, per

alium moveatur, et vi quadam ad consuetudinem redeat. Prodest etiam torpentis membri summam cutem exasperasse, vel urticis caesam, vel imposito sinapi, sic ut, ubi rubere coeperit corpus, haec removeantur. Scilla quoque contrita, bulbique contriti cum ture recte imponuntur. Neque alienum<sup>5</sup> est, resina cutem tertio quoque die diutius vellere, pluribus etiam locis; aliquando sine ferro cucurbitulas admovere. Uctioni vero aptissimum est vetus oleum, vel nitrum aceto et oleo mixtum. Quin etiam fovere aqua calida marina, vel, si ea non est, tamen salsa, magnopere necessarium est. Ac<sup>10</sup> si quo loco vel naturales, vel etiam manufactae tales nationes sunt, iis potissimum utendum est; praecipueque in his agitanda membra, quae maxime deficiunt: si id non est, balneum tamen prodest. Cibus esse debet ex media materia, maximeque ex venatione; potio sine vino aquae calidae: si<sup>15</sup> tamen vetus morbus est, interponi quarto vel quinto die purgationis causa vinum graecum salsum potest. Post coenam utilis vomitus est.

2. Interdum vero etiam nervorum (sc. *tendinum*) dolor oriri solet. In hoc casu non vomere, non medicamentis urina<sup>20</sup> nam movere, non exercitatione sudorem, ut quidam praecipiant, expedit. Bibenda aqua est: bis die in lectulo leniter satis diu corpus perfricandum est, deinde retento spiritu: ab ipsa exercitatione potius superiores partes movendae: balneo raro utendum: mutandum subinde peregrinationibus<sup>25</sup> coelum. Si dolor est, ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est; deinde involvenda, et subjicienda pruna lenis, et sulphur, atque ita id suffumigandum; idque aliquamdiu faciendum, sed jejuno, quum bene jam concoxerit. Cucurbitulae quoque saepe dolenti parti admovendae sunt,<sup>30</sup> pulsandusque leniter inflatis vesicis bubulis is locus est. Utile est etiam sebum miscere cum hyoscyami et urticae contritis seminibus, sic ut omnium par modus sit, idque imponere (cf. Diosc. IV, 69): fovere aqua, in qua sulphur decoctum sit. Utriculi quoque recte imponuntur aqua calida<sup>35</sup> repleti, aut bitumen cum hordeacea farina mixtum. Atque in ipso potissimum dolore utendum gestatione vehementi est: quod in aliis doloribus pessimum est.



3. Tremor autem nervorum aequè vomitu medicamentisque urinam moventibus intenditur. Inimica etiam habet balnea, assasque sudationes. Bibenda aqua est; acri ambulatione utendum; itemque unctionibus frictionibusque, maxime per se ipsum; pila, similibusque superiores partes dimovendae; cibo quolibet utendum, dummodo concoctioni utique studeatur; secundum cibum, curis abstinendum; rarissima Venere utendum est. Si quando quis in eam prolapsus est, tum oleo leniter diuque in lectulo perfricari manibus puerilibus potius, quam virilibus, debet.

4. Suppurationes autem, quae in aliqua interiori parte oriuntur, ubi natae fuerint, primum id agere oportet per ea cataplasmata, quae reprimunt, ne coitus inutilis materiae fiat; deinde, si haec victa sunt, per ea malagmata, quae digerunt, dissipentur. Quod si consequuti non sumus, sequitur ut evocetur: deinde ut maturescat. Omnis tum vomicae finis est, ut rumpatur: indiciumque est pus vel alvo vel ore redditum. Sed nihil facere oportet, quominus quidquid est puris excedat. Utendum maxime sorbitionibus est, et aqua calida. Ubi pus ferri (id est *fluere* — cf. V, 25, 8 et passim) desiit, transeundum ad faciles quidem, sed tamen validiores et frigidos cibos, frigidamque aquam, sic, ut ab egelidis tamen initium fiat. Primoque cum melle quaedam edenda, ut nuclei pinei, vel graecae nuces, vel avellanae: postea submovendum id ipsum, quo maturius induci cicatrix possit. Medicamentum eo tempore ulceri est succus assumptus vel porri vel marrubii, et omni cibo porrum ipsum adjectum. Oportebit autem uti in iis partibus, quae non afficiuntur, frictionibus; item ambulationibus lenibus: vitandumque erit, ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo perniciosus, ideoque omni modo cavendus sanguinis vomitus est.

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER NONUS

IDEM

MEDICINAE QUARTUS.

---

CAPUT I.

De humani corporis interioribus partibus.

Hactenus reperiuntur ea genera morborum, quae in totis corporibus ita sunt, ut iis certae sedes assignari non possint: nunc de iis dicam, quae sunt in partibus. Facilius autem omnium interiorum morbi curationesque in notitiam<sup>5</sup> venient, si prius eorum sedes breviter ostendero. Caput igitur, eaque, quae in ore sunt, non lingua tantummodo palatoque terminantur; sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt. In dextra sinistraque circa guttur venae grandes, quae *σφαγίτιδες* nominantur; itemque arteriae, quas<sup>10</sup> *καρωτίδας* vocant, sursum procedentes ultra aures feruntur. At in ipsis cervicibus glandulae positae sunt, quae interdum cum dolore intumescunt. Deinde duo itinera incipiunt: alterum *asperam arteriam* nominant; alterum *stomachum*. Arteria exterior ad pulmonem; stomachus interior ad ven-<sup>15</sup> triculum fertur: illa spiritum; hic cibum recipit. Quibus quum diversae viae sint, qua coeunt, exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est, quae, quum spiramus, attollitur; quum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit. Ipsa autem arteria dura et cartilaginosa in gutture assurgit; ceteris par-<sup>20</sup> tibus residit. Constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum vertebrarum, quae in spina sunt: ita tamen,

ut ex parte exteriori aspera, ex interiori, stomachi modo laevis sit: eaque descendens ad praecordia cum pulmone committitur. Is spongiosus, ideoque spiritus capax, et a tergo spinae ipsi junctus, in duas fibras unguulae bubulae modo dividitur. Huic cor annexum est, natura musculosum, in pectore sub sinisteriore mamma situm; duosque quasi ventriculos habet. At sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est, quod a praecordiis uterum (id est *ventrem*) diducit; idque nervosum, multis etiam venis per id discurrentibus, a superiore parte, non solum intestina, sed jecur quoque lienemque discernit. Haec viscera proxime, sed infra tamen posita, dextra sinistraque sunt. Jecur a dextra parte sub praecordiis ab ipso septo orsum, intrinsicum cavum, extrinsecus gibbum: quod prominens leviter ventriculo insidet, et in quatuor fibras dividitur. Ex inferiore vero parte ei fel inhaeret. At lienis sinistra, non eidem septo, sed intestino innexus est, natura mollis et raris, longitudinis crassitudinisque modicae; isque paulum a costarum regione in uterum excedens, ex maxima parte sub his conditur. Atque haec quidem juncta sunt. Renes vero diversi; qui lumbis sub imis costis inhaerent, a parte earum rotundi, ab altera resimi; qui et venosi sunt, et ventriculos habent, et tunicis superconteguntur. — Ac viscerum quidem haec sedes sunt. Stomachus vero, qui intestinorum principium est, nervosus a septima spinae vertebra incipit; circa praecordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus; isque inter lienem et jecur positus est, utroque ex his paulum super cum ingrediente. Suntque etiam membranulae tenues, per quas inter se tria ista connectuntur, jungunturque ei septo, quod transversum esse supra posui. Inde ima ventriculi pars paulum in dexteriores partem conversa, in summum intestinum (*duodenum*) coartatur. Hanc juncturam *πυλωρόν* Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea, quae excreturi sumus, emittit. Ab ea jejunum intestinum incipit, non ita implicitum: cui tale vocabulum est, quia numquam, quod accipit, continet; sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenuius intestinum est, in

sinus vehementer implicatum: orbes vero ejus per membranas singuli cum inferioribus connectuntur; qui in dexteriores partem conversi, et e regione dexteriores coxae finiti, superiores tamen partes magis complent. Deinde id intestinum cum crassiore altero transverso committitur, quod a dextra parte incipiens, in sinisteriores pervium et longum est, in dexteriores non est; ideoque *caecum* nominatur. At id, quod pervium est, late fusum atque sinuatum, minusque quam superiora intestina nervosum, ab utraque parte huc atque illuc volutum, magis tamen sinisteriores inferioresque partes tenens, contingit jecur atque ventriculum: deinde cum quibusdam membranulis a sinistro rene venientibus jungitur; atque hinc dextra recurvatum in imo dirigitur, quae excernit; ideoque id ibi *rectum intestinum* nominatur. Contegit vero universa haec omentum, ex inferiore parte laeve et strictum, ex superiore mollius; cui adeps quoque innascitur; quae sensu, sicut cerebrum quoque et medulla, caret. At a renibus singulae venae, colore albae, ad vesicam feruntur; οὐρητῆρας Graeci vocant, quod per eas inde descendentes urinam in vesicam destillare concipiunt. Vesica autem in ipso sinu nervosa et duplex, cervice plena atque carnosa, jungitur per venas cum intestino, eoque osse, quod pubi subest: ipsa soluta atque liberior est: aliter in viris atque in feminis posita. Nam in viris juxta rectum intestinum est, potius in sinistram partem inclinata; in feminis super genitale earum sita est, superque elapsa, ab ipsa vulva sustinetur. Tum in masculis iter urinae spatiosius et compressius a cervice hujus descendit ad colem: in feminis brevius et plenius super vulvae cervicem se ostendit. Vulva autem in virginibus quidem admodum exigua est: in mulieribus vero, nisi ubi gravidae sunt, non multo major, quam ut manu comprehendatur. Ea recta tenuataque cervice, quem canalem vocant, contra mediam alvum orsa, inde paulum ad dexteriores coxam convertitur; deinde super rectum intestinum progressa, illis feminae latera sua innectit. Ipsa autem ilia inter coxas et pubem imo ventre posita sunt. A quibus ac pube abdomen sursum versus ad praecordia pervenit; ab exteriori parte evidenti cute; ab interiori laevi membrana

inclusum, quae omento iungitur; *περιτόναιον* autem a Graecis nominatur.

## CAPUT II.

De curationibus morborum capitis.

His veluti in conspectum quemdam, quatenus scire curanti necessarium est, adductis, remedia singularum laborantium partium exsequar, orsus a capite: sub quo nomine nunc significo eam partem, quae capillo tegitur: nam oculorum, aurium, dentium dolor, et si quis similis est, alias erit explicandus. In capite autem interdum acutus et pestifer morbus est, quam *κεφαλαίαν* Graeci vocant: cujus notae sunt, horror validus, nervorum resolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus, sic ut vox supprimatur; vel sanguinis ex naribus cursus, sic ut corpus frigescat, anima deficiat: praeter haec, dolor intolerabilis, maxime circa tempora, vel occipitium. Interdum autem in capite longa imbecillitas, sed neque gravis, neque periculosa per hominis aetatem est: interdum gravior dolor, sed brevis, neque tamen mortiferus; qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut sole contrahitur. Hique omnes dolores modo cum febre, modo sine hac sunt; modo in toto capite, modo in parte; interdum sic, ut oris quoque proximam partem excrucient. Praeter haec etiamnum invenitur genus, quod potest longum esse; ubi humor cutem inflat, eaque intumescit, et prementi digito cedit: *ύδροκέφαλον* Graeci appellant. Ex his id, quod secundo loco positum est, dum leve est, qua sit ratione curandum, dixi, quum persequerer ea, quae sani homines in imbecillitate partis alicujus facere deberent. Quae vero auxilia sint capitis, ubi cum febre dolor est, eo loco explicitum est, quo febrium curatio exposita est. Nunc de ceteris dicendum est. Ex quibus id, quod acutum est, et id, quod supra consuetudinem intenditur, idque quod ex subita causa, etsi non pestiferum, tamen vehemens est, primam curationem habet, qua sanguis mittatur. Sed id, nisi intolerabilis dolor est, supervacuum est: satiusque est abstinere a cibo; si fieri potest, etiam a



potione; si non potest, aquam bibere. Si postero die dolor remanet, alvum ducere, sternutamenta evocare, nihil assumere, nisi aquam. Saepe enim dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit; utique si ex vino vel cruditate origo est. Si vero in his auxilii parum est, tonderi oportet ad cutem: deinde considerandum est, quae causa dolorem excitarit. Si calor, aqua frigida multa perfundere caput expedit: spongiam concavam imponere subinde in aqua frigida expressam: ungere rosa et aceto, vel potius his tinctam lanam succidam imponere, aliave refrigerantia cataplasmata. At si frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe salsa, aut in qua laurus decocta sit; tum caput vehementer perfricare; deinde calido oleo implere et veste velare. Quidam etiam id devinciunt; alii cervicalibus vestimentisque onerant, et sic levantur; alios calida cataplasmata adjuvant. Ergo etiam ubi causa incognita est, videre oportet, refrigerantia magis, an calefacientia leniant, et iis uti, quae experimentum approbarit. At si parum causa discernitur, perfundere caput primum aqua calida, sicut supra praeceptum est, vel salsa, vel ex lauro decocta; tum frigida posca. Illa in omni vetusto capitis dolore communia sunt: sternutamenta excitare; inferiores partes vehementer perfricare; gargarizare iis quae salivam movent; cucurbitulas temporibus et occipitio admovere; sanguinem ex naribus detrahere; resina subinde tempora pervellere, et imposito sinapi exulcerare ea, quae male habent, ante linteolo subjecto, ne vehementer arrodant; candentibus ferramentis, ubi dolor est, ulcera excitare; cibum permodicum cum aqua sumere: ubi levatus est dolor, in balneum ire, ibi multa aqua prius calida, deinde frigida per caput perfundi: si discussus ex toto dolor est, etiam ad vinum reverti; sed postea semper, antequam quidquam aliud, aquam bibere. Dissimile est id genus, quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem necessarium est; deinde imponere sinapi sic, ut exulceret; si id parum profuit, scalpello utendum est. Illa cum hydropicis communia sunt, ut exerceatur, insudet, vehementer perfricetur, cibus potionibusque utatur urinam praecipue moventibus.

## CAPUT III [2] 1).

De morbo qui circa faciem nascitur.

Circa faciem vero morbus innascitur, quem Graeci *κυνικὸν σπασμόν* (*caninus raptus*: Coel. Aurel. *chron.* II, 2) nominant. Isque cum acuta fere febre oritur; os cum motu quodam pervertitur; accedit crebra coloris in facie totoque corpore mutatio; somnus in promptu est. In hoc sanguinem mittere optimum est: si finitum eo malum non est, ducere alvum: si ne sic quidem discussum est, albo veratro vomitum movere. Praeter haec necessarium est vitare solem, lassitudinem, vinum. Si discussum his non est, utendum est cursu; frictione in eo, quod laesum est, leni et multa; in reliquis partibus brevior, sed vehementi. Prodest etiam movere sternutamenta; caput radere; idque perfundere aqua calida, marina, vel certe salsa, sic ut ei sulphur quoque adjiciatur; post perfusionem iterum perfricare; sinapi manducare; eodemque tempore affectis oris partibus ceratum, integris idem sinapi, donec arrodant, imponere. Cibis aptissimus ex media materia est.

## CAPUT IV [2].

De resolutione linguae.

At si lingua resoluta est, quod interdum per se, interdum ex morbo aliquo fit, sic ut sermo hominis non explicetur; oportet gargarizare ex aqua, in qua vel thymum, vel hysopum, vel nepeta decocta sit; aquam bibere; caput, et os, et ea, quae sub mento sunt, et cervicem vehementer perfricare; lasere linguam ipsam linere; manducare, quae sunt acerrima, id est sinapi, allium, cepam; magna vi luctari, ut verba exprimantur; exerceri retento spiritu (cf. III, 22

1) In hoc libro divisiones quas ultima Targae recensio capitibus praefert sequuti sumus; praeas tamen uncis subjungendas esse censuimus.

*in fine*); caput saepe aqua frigida perfunderc; nonnumquam multam esse radiculam, deinde vomere.

## CAPUT V [2].

De destillatione ac gravedine.

Destillat autem humor de capite interdum in nares, 5 quod leve est; interdum in fauces, quod pejus est; interdum etiam in pulmonem, quod pessimum est. Si in nares destillat, tenuis per has pituita profluit, caput leviter dolet, gravitas ejus sentitur, frequentia sternutamenta sunt; si in fauces, has exasperat, tussiculam movet; si in pulmonem, praeter 10 sternutamenta et tussim, est etiam capitis gravitas, lassitudo, sitis, aestus, biliosa urina. Aliud autem, quamvis non multum distans, malum, gravedo est. Haec nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet: sub eadem salsa est saliva, sonant aures, venae moventur in capite, turbida urina est. 15 Haec omnia κορυζας Hippocrates nominat (*De veteri medicina*, § 18): nunc video apud Graecos in gravedine hoc nomen servari; destillationem κατασταγμόν appellari. Haec autem et brevia, et si neglecta sunt, longa esse consuecunt. Nihil pestiferum est, nisi quod pulmonem exulcerat. Ubi 20 aliquid ejusmodi sentimus, protinus abstinere a sole, balneo, vino, venere debemus: inter quae unctione, et assueto cibo nihilo minus uti licet. Ambulatione tantum acri, sed tecta utendum est, et post eam caput atque os supra quinquagies perfricandum. Raroque fit, ut, si biduo, vel certe triduo 25 nobis temperavimus, id vitium non levetur. Quo levato, si in destillatione crassa facta pituita est, vel in gravedine nares magis patent, balneo utendum est, multaque aqua prius calida, post egelida, fovendum os caputque; deinde cum cibo pleniore vinum bibendum. At si aequae tenuis 30 quarto die pituita est, vel nares aequae clausae videntur, assumendum est vinum amincum (cf. Oribas., T. I, p. 639) austerum; deinde rursus biduo aqua; post quae ad balneum, et ad consuetudinem revertendum est. Neque tamen illis ipsis diebus, quibus aliqua omittenda sunt, ex- 35 pedit tamquam aegros agere; sed cetera omnia quasi sanis

facienda sunt, praeterquam si diutius aliquem et vehementius ista sollicitare consuerunt: huic enim quaedam curiosior observatio necessaria est. Igitur huic, si in nares vel in fauces destillat, praeter ea, quae supra retuli, protinus primis diebus multum ambulandum est; perfricandae vehementer inferiores partes; lenior frictio adhibenda thoraci, ori, capiti; demenda assueto cibo pars dimidia; sumenda ova, amyllum, similiaque, quae pituitam faciunt crassiorem; siti contra, quanta maxima sustineri potest, pugnandum.

Ubi per haec idoneus aliquis balneo factus, eoque usus est, adjiciendus est cibo pisciculus, aut caro, sic tamen, ne protinus justus modus cibi sumatur: vino meraco copiosius utendum est. At si in pulmonem quoque destillat, multo magis et ambulatione et frictione opus est; eademque adhibita ratione in cibus, si non satis illi proficiunt, acrioribus utendum est; magis somno indulgendum, abstinendumque a negotiis omnibus; aliquando, sed serius, balneum tentandum. In gravedine autem, primo die quiescere, neque esse, neque bibere, caput velare, fauces lana circumdare: postero die surgere, abstinere a potione, aut, si res coegerit, non ultra heminam aquae assumere: tertio die panis non ita multum ex parte interiore cum pisciculo, vel levi carne sumere, aquam bibere: si quis sibi temperare non potuerit, quominus pleniore victu utatur, vomere: ubi in balneum ventum est, multa calida aqua caput et os fovere usque ad sudorem: tum ad vinum redire. Post quae vix fieri potest, ut idem incommodum maneat: sed si manserit, utendum erit cibus frigidis, aridis, levibus, humore quam minimo, servatis frictionibus exercitationibusque, quae in omni tali genere valetudinis necessariae sunt.

## CAPUT VI [3].

De cervicis morbis.

A capite transitus ad cervicem est; quae gravibus admodum morbis obnoxia est. Neque tamen alius importunior acutiorque morbus est, quam is, qui quodam rigore nervorum (sc. *tendinum*. cf. III, 27), modo caput

scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. Priorem Graeci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέταρον appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. Ea saepe intra quartum diem 5 tollunt: si hunc evascrunt, sine periculo sunt (*Aph.* V, 6). Eadem omnia ratione curantur; idque convenit. Sed Asclepiades utique mittendum sanguinem credidit: quod quidam vitandum esse dixerunt, eo quod maxime tum corpus calore egeret; isque esset in sanguine. Verum hoc quidem 10 falsum est. Neque enim natura sanguinis est, ut utique caleat; sed ex iis quae in homine sunt, hic celerrime vel calescit, vel refrigescit (cf. *Hipp. De corde*). Mitti vero nec ne debeat, ex iis intelligi potest, quae de sanguinis missione praecepta sunt (II, 10, 11). Utique autem recte datur casto- 15 reum, et cum hoc piper, vel lascr: deinde opus est fomento humido et calido: itaque plerique aqua calida multa cervices subinde perfundunt. Id in praesentia levat; sed opportuniores nervos frigori reddit: quod utique vitandum est. Utilius igitur est cerato liquido primum cervicem perungere; 20 deinde admovere vesicas bubulas, vel utriculos oleo calido repletos, vel ex farina calidum cataplasma, vel piper rotundum cum fico contusum. Utilissimum tamen est humido sale fovere: quod quomodo fieret jam ostendi (II, 17, 33). Ubi eorum aliquid factum est, admovere ad ignem, vel, si aestas 25 est, in sole agrum oportet; maximeque oleo vetere; si id non est, syriaco; si ne id quidem est, adipe quam vetustissima cervicem et scapulas et spinam perfricare. Frictio quum omnibus in homine vertebrae utilis sit, tum iis praecipue quae in collo sunt. Ergo die nocteque, interpositis 30 tamen quibusdam temporibus, hoc remedio utendum est; dum id intermittitur, imponendum malagma aliquod ex calefacientibus. Cavendum vero praecipue frigus; ideoque in eo conclavi, quo cubabit aeger, ignis continuus esse debbit, maximeque tempore antelucano, quo praecipue frigus inten- 35 ditur. Neque inutile erit caput attonsum habere, idque irino vel cyprino calido madefacere, et superimposito pileo velare; nonnunquam etiam in calidum oleum totum descendere,



vel in aquam calidam, in qua foenum graecum decoctum sit, et adjecta olei pars tertia. Alvus quoque ducta saepe superiores partes resolvit. Si vero etiam vehementius dolor crevit, admovendae cucurbitulae sunt, sic ut cutis incidatur: eadem aut ferramentis, aut sinapi adurenda. Ubi levatus est dolor, moverique cervix coepit, scire licet cedere remediis morbum. Sed diu vitandus cibus, quisquis mandendus est. Sorbitionibus utendum, itemque ovis sorbilibus, aut mollibus; jus aliquod assumendum. Id si bene processerit, jamque ex toto recte se habere cervices videbuntur, incipiendum erit a pulicula, vel intrita bene madida. Celerius tamen etiam panis mandendus, quam vinum gustandum: siquidem hujus usus praecipue periculosus; ideoque in longius tempus differendus est.

## CAPUT VII [IV, 1].

De faucium morbis: et primum de angina.

Ut hoc autem morbi genus circa totam cervicem, sic alterum, aequè pestiferum acutumque, in faucibus esse consuevit. Nostri *anginam* vocant: apud Graecos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet; sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id *συνάγγην* vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est: id *κυνάγγην* vocant. Illa communia sunt: aeger non cibum devorare, non potionem potest; spiritus ejus intercluditur. Levius est, ubi tumor tantummodo ruborque est, cetera non sequuntur: id *παρὰ-συνάγγην* appellant. Quidquid est, si vires patiuntur, sanguis mittendus est: secundum est ducere alvum (cf. VIII, 9). Cucurbitula quoque recte sub mento, et circa fauces admovetur, ut id quod strangulat, evocet. Opus est deinde fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt. Ergo admovere spongas oportet; quae melius in calidum oleum, quam in calidam aquam subinde demittuntur: efficacissimusque est hic quoque salis calidus succus (cf. Hipp. *Vict. rat. in acut.*

§ 7). Tum commodum est, hyssopum, vel nepetam, vel thymum, vel absinthium, vel etiam furfures, aut ficus aridas cum mulsa aqua decoquere, eaque gargarizare: post haec palatum ungere vel felle taurino, vel eo medicamento, quod ex moris est. Polline etiam piperis id recte respergitur. Si per haec parum proficitur, ultimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, et in palato citra uvam, vel eas venas, quae sub lingua sunt; ut per ea vulnera morbus erumpat. Quibus si non fuerit aeger adjutus, scire licet malo victum esse. Si vero his morbus levatus est, jamque fauces et cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est. Atque interdum natura quoque adjuvat, si ex angustiore sede vitium transit in latiore: itaque rubore et tumore in praecordiis orto, scire licet fauces liberari (*Aph.* VI, 37; VII, 47). Quidquid autem eas levarit, incipiendum est ab humidis, maximeque aqua mulsa decocta: deinde assumendi molles et non acres cibi sunt, donec fauces ad pristinum habitum revertantur. Vulgo audio, si quis pullum hirundinis ederit (cf. *Plin.* XXX, 4, 12), angina toto anno non periclitari; servatumque eum ex sale, quum is morbus urget, comburi, carbonemque ejus contritum in aquam mulsam, quae potui detur, infriari, et prodesse (cf. *Plin. l. l.*). Id quum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quidquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum huic operi meo credidi.

## CAPUT VIII [IV, 2].

### De difficultate spirandi.

Est etiam circa fauces malum, quod apud Graecos aliud aliudque nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit: sed haec dum modica est, neque ex toto strangulat, *δύσπνοια* appellatur: quum vehementior est, ut spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, *ἄσθμα*: quum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur, *ὀρθόπνοια*. Ex quibus id, quod primum est, potest

diu trahi; duo insequentia acuta esse consuerunt. His com-  
 munia sunt: quod propter angustias, per quas spiritus evadit,  
 sibilum edit, dolor in pectore praccordiisque est, interdum  
 etiam in scapulis, isque modo decedit, modo revertitur; ad  
 5 haec tussicula accedit. Auxilium est, nisi aliquid prohibet,  
 in sanguinis detractio. Neque id satis est, sed lacte quo-  
 que venter solvendus est: liquanda alvus, interdum etiam  
 ducenda, quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere  
 commodius. Caput autem etiam in lecto sublime habendum  
 10 est; thorax fomentis, cataplasmatisque calidis, aut siccis,  
 aut etiam humidis adjuvandus est; et postea vel malagma  
 superimponendum, vel certe ceratum ex cyprino, vel irino  
 unguento. Sumenda deinde jejuno potui mulsa aqua, cum  
 qua vel hyssopus cocta, vel contrita capparis radix sit.  
 15 Delingitur etiam utiliter aut nitrum, aut nasturtium, aut  
 allium frictum, deinde contritum et cum melle mixtum: si-  
 mulque coquantur mel, galbanum, resina terebinthina, et  
 ubi coierunt, ex his quod fabae magnitudinem habet, quo-  
 tidie sub lingua liquatur: aut sulphuris ignem non experti  
 20 p.)-( = . abrotoni p.)-( in vini cyatho teruntur, idque  
 tepefactum sorbetur. Est etiam non vana opinio, vulpinum  
 jecur, ubi siccum et aridum factum est, contundi oportere,  
 polentamque ex eo potioni aspergi: vel ejusdem pulmonem  
 quam recentissimum assum, sed sine ferro (?) coctum, edendum  
 25 esse. Praeter haec sorbitionibus et lenibus cibis utendum est;  
 interdum vino tenui, austero; nonnumquam vomitu. Prosunt  
 etiam quaecumque urinam movent: sed nihil magis quam  
 ambulatio lenta paene usque ad lassitudinem; frictio multa,  
 praecipue inferiorum partium, vel in sole, vel ad ignem, et  
 30 per se ipsum, et per alios, usque ad sudorem.

## CAPUT IX [IV, 3].

De faucium exulceratione.

In interiore vero faucium parte interdum exulceratio esse  
 consuevit. In hac plerique extrinsecus cataplasmatibus calidis,  
 35 fomentisque humidis utuntur: volunt etiam vaporem calidum

ore recipi: per quae molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioreque vitio jam haerenti. Sed, si bene vitari frigus potest, tuta illa praesidia; si metus ejus est supervacua sunt. Utique autem perfricare fauces periculosum est: exulcerat enim. Neque utilia sunt, quae urinae movendae 5 sunt; quia possunt, dum transeunt, ibi quoque pituitam extenuare, quam suppressi melius est. Asclepiades multarum rerum, quas ipsi quoque sequuti sumus, auctor bonus, acetum ait quam acerrimum esse sorbendum: hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera. Sed id suppressi sanguinem potest, 10 ulcera ipsa sanare non potest. Melius huic rei lycium est; quod idem quoque aequè probat: vel porri, vel marrubii succus, vel nuces graecae cum tragacantho contritae et cum passo mixtae, vel liui semen contritum et cum dulci vino mixtum. Exercitatio quoque ambulandi currendique neces- 15 saria est: frictio a pectore vehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi vero esse debent neque nimium acres, neque asperi; mel, lenticula, tragum, lac, ptisana, pinguis caro, praecipueque porrum, et quidquid cum hoc mixtum est. Potionis quam minimum esse convenit. Aqua dari potest vel 20 pura, vel in qua malum cotoneum, palmulaeve decoctae sint. Gargarizationes quoque lenes: sin hae parum proficiunt, reprimentes utiles sunt. Hoc genus neque acutum est, et potest esse non longum, curationem tamen matram, ne vehementer et diu laedat, desiderat. 25

## CAPUT X [IV, 4].

### De tussi.

Tussis vero fere propter fancium exulcerationem molesta est; quae multis modis contrahitur. Itaque illis restitutis ipsa finitur. Solet tamen interdum per se quoque male habere: 30 et vix, quum vetus facta est, eliditur. Ac modo arida est, modo pituitam citat. Oportet hyssopum altero quoque die bibere; spiritu retento currere, sed minime in pulvere; ac lectione uti vehementi, quae primo impeditur a tussi, post eam vincit: tum ambulare: deinde per manus quoque exer- 35

ceri, et pectus diu perfricare: post haec quam pinguiSSimae ficus uncias tres super prunam incoctas, esse. Praeter haec, si humida est, prosunt friciones validae cum quibusdam calefacientibus, sic ut caput quoque simul vehementer perfricetur: item cucurbitulae pectori admotae; sinapi ex parte exteriori faucibus impositum, donec leviter exulceret; potio ex menta, nucibusque graecis et amylo; primoque assumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis. At si sicca tussis est, quum ea vehementissime urget, adjuvat vini austeri cyathus assumptus, dum ne amplius id, interposito tempore aliquo, quam ter aut quater fiat: item laseris quam optimi paulum devorare opus est; porri vel marrubii succum assumere; scillam delingere; acetum ex ea, vel certe acre sorbere, aut cum spica allii contriti duos vini cyathos. Utilis etiam in omni tussi est peregrinatio, navigatio longa (cf. III, 22), loca maritima, natationes: cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica; interdum acer, ut lac cum allio coctum; sorbitiones quibus laser sit adjectum, aut in quibus porrum incoctum tabuerit; ovum sorbibile sulphure adjecto; potui primum aqua calida, deinde invicem aliis diebus haec, aliis vinum.

## CAPUT XI [IV, 5].

## De sanguinis sputa.

Magis terreri potest aliquis, quum sanguinem expuit: sed id modo minus, modo plus periculi habet. Exit modo ex gingivis, modo ex ore: et quidem ex hoc interdum etiam copiose, sed sine tussi, sine ulcere, sine gingivarum ullo vitio; ita ut nihil exsercetur: verum ut ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit. Atque interdum sanguis profluit, interdum simile aquae quiddam, in qua caro recens lota est. Nonnumquam autem is a summis faucibus fertur, modo exulcerata ea parte, modo non exulcerata; sed aut ore venae alicujus adaperto, aut tuberculis quibusdam natis, exque his sanguine erumpente. Quod ubi incidit, neque laedit potio aut cibus, neque quidquam ut ex ulcere exsercatur. Aliquando vero, gutture et arteriis (id est, *aspera arteria*)



exulceratis, frequens tussis sanguinem quoque extundit: interdum etiam fieri solet, ut aut ex pulmone, aut ex pectore, aut ex latere, aut ex jecinore feratur: saepe feminae, quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspunt. Auctoresque medici sunt, vel exesa parte aliqua sanguinem 5  
 exire, vel rupta, vel ore alicuius venae patefacto. Primam *διάβρωσιν*, secundam *ῥήξιν*, tertiam *ἀναστόμωσιν* appellant. Ultima minime noet; prima gravissime. Ae saepe quidem evenit, ut sanguinem pus sequatur (cf. *Aph.* VII, 15 et 82). Interdum autem, qui sanguinem ipsum suppres- 10  
 sit, satis ad valetudinem profuit. Sed si sequuta uleera sunt, si pus, si tussis est, prout sedes ipsa est, ita varia et periculosa genera morborum sunt. Si vero sanguis tantum fluit, expeditius et remedium et finis est. Neque ignorari oportet, iis quibus fluere sanguis solet, aut quibus dolet spina, eo- 15  
 xaeve, aut post eursum vehementem, vel ambulationem, dum febris absit, non esse inutile sanguinis mediocre profluvium: idque per urinam redditum ipsam quoque lassitudinem solvere: ae ne in eo quidem terribile esse, qui ex superiore loco decidit, si tamen in ejus urina nihil novavit: 20  
 neque vomitum hujus afferre periculum, etiam quum repetit, si ante confirmare et implere corpus licuit: et ex toto nullum nocere qui in corpore robusto, neque nimius est, neque tussim aut calorem movet. Haec pertinent ad universum: nunc ad ea loca, quae proposui, veniam. Si ex gingivis 25  
 exit, portulaeam manducasse satis est; si ex ore, continuisse eo merum vinum: si parum id proficit, aetum. Si inter haec quoque graviter erumpit, quia consumere hominem potest, commodissimum est, impetum ejus, admota occipitio eucurbitula, sic ut cutis quoque incidatur, avertere: si id 30  
 mulieri, cui menstrua non feruntur, evenit, eandem eucurbitulam incisis inguinibus ejus admovere. At si ex faucibus, interioribusve partibus proecessit, et metus major est, et cura major adhibenda. Sanguis mittendus est; et si nihilo minus ex ore proecessit, iterum tertioque, et quotidie pau- 3  
 lum aliquid: protinus autem debet sorbere vel aetum, vel eum ture plantaginis aut porri succum; imponendaque extrinsecus supra id quod dolet, lana succida ex aeto est, et

id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque et femora brachiaque pluribus locis deligabat. Id Asclepiades, adeo non prodesse, etiam inimicum esse proposuit (cf. Cael. Aur. *Chron.* II, 13). Sed id saepe com-  
 5 inode respondere experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est: sed satis est infra inguina, et super talos, summosque humeros, etiam brachia. Tum, si febris urget, danda est sorbitio, et potui aqua, in qua aliquid ex iis, quae alvum adstringunt, decoctum sit: at si abest  
 0 febris, vel elota alica, vel panis ex aqua frigida, et molle quoque ovum dari potest; potui vel idem quod supra scriptum est, vel vinum dulce, vel aqua frigida. Sed sic bibendum erit, ut sciamus huic morbo sitim prodesse. Praeter haec necessaria sunt quies, securitas, silentium. Caput  
 5 hujus quoque cubantis sublime esse debet; recteque tondetur. Facies saepe aqua frigida fovenda est. At inimica sunt vinum, balneum, venus, in cibo olenum, acria omnia, item calida fomenta, conclave calidum et inclusum, multa vestimenta corpori injecta, etiam frictions; ubi bene sanguis con-  
 0 quievit. Tum vero incipiendum est a brachiis, cruribusque; a thorace abstinendum. In hoc casu per hiemem locis maritimis; per aestatem mediterraneis opus est (cf. cap. 10, fine.)

## CAPUT XII [V].

De stomachi morbis.

5 Faucibus subest stomachus; in quo plura longa vitia incidere consuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc, modo inflammatio, modo exulceratio afficit; interdum pituita, interdum bilis oritur; frequentissimumque ejus malum est, quo resolvitur; neque ulla re magis aut afficitur, aut  
 0 corpus afficit. Diversa autem, ut vitia ejus, sic etiam remedia sunt. Ubi exaestuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde fovendus est; imponendusque pulvis cum oleo, et ea cata-  
 plasmata, quae simul et reprimunt, et emolliunt. Potui, nisi quid obstat, gelida aqua praestanda. Si inflatio est, prosunt  
 5 admotae cucurbitulae; neque incidere cutem necesse est: prosunt sicca et calida fomenta, sed non vehementissima.

Interponenda abstinentia est. Utilis in jejuno potio est absinthii, vel hyssopi, aut rutae. Exercitatio primo lenis, deinde major adhibenda est; maximeque quae superiores partes moveat: quod genus in omnibus stomachi vitiis aptissimum est. Post exercitationem opus est unctione, frictione; balneo quoque nonnumquam, sed rarius; interdum alvi ductione; cibis deinde calidis, neque inflantibus; eodemque modo calidis potionibus, primo aquae, post, ubi resedit inflatio, vini austeri. Illud quoque in omnibus stomachi vitiis praecipuum est, ut quo modo se quisque aeger refecerit, eo sanus utatur: nam redit huic iubecillitas sua, nisi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita est. At si inflammatio aliqua est, quam fere tumor et dolor sequitur, prima sunt, quies, abstinentia, lana sulphurata circumdata, in jejuno absinthium. Si ardor stomachum urget, aceto cum rosa subinde fovendus est: deinde cibis quidem utendum est modicis; imponenda vero extrinsecus quae simul et reprimunt, et emolliunt: deinde, his detractis, utendum calidis ex farina cataplasmatibus, quae reliquias digerant: interdum alvus ducenda: adhibenda exercitatio, et cibus plenior. At si exulceratio stomachum infestat, eadem fere facienda sunt, quae in faucibus exulceratis praecepta sunt. Exercitatio, frictio inferiorum partium adhibenda; adhibendi lenes et glutinosi cibi, sed citra satietatem; omnia acria atque acida removenda; vino, si febris non est, dulci, aut, si id inflat, certe leni utendum; sed neque praefrigido, neque nimis calido. Si vero pituita stomachus impletur, necessarius modo in jejuno, modo post cibum vomitus est: utilis exercitatio, gestatio, navigatio, frictio: nihil edendum bibendumque, nisi calidum; vitatis tantum iis quae pituitam contrahere consuerunt. Molestius est, si stomachus bile vitiosus est. Solent autem ii, qui sic tentantur, interpositis quibusdam diebus, hanc, et quidem, quod pessimum est, atram vomere. His recte alvus ducitur; potiones ex absinthio dantur; necessaria gestatio, navigatio est; si fieri potest, ex nausea vomitus; vitanda cruditas; sumendi cibi faciles et stomacho non alieni, vinum austerum. Vulgatissimum vero pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est quum cibi non tenax est, soletque

desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Huic generi inutilissimum balneum est; lectiones, exercitationesque superioris partis necessariae; item unctiones frictionesque. His persuadi frigida, atque in eadem natate; canalibus ejusdem  
 5 subijcere et stomachum ipsum, et magis etiam a scapulis id quod contra stomachum est; consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque sunt, salutare est. Cibi quoque assumendi sunt frigidi, qui potius  
 10 difficulter concoquuntur, quam facile vitiantur. Ergo plerique, qui nihil aliud concoquere possunt, bubulam concoquunt. Ex quo colligi potest, neque avem, neque venationem, neque piscem dari debere, nisi generis durioris. Potui quidem aptissimum est vinum frigidum, vel certe bene calidum, meracum, potissimum rheticum, vel allobrogicum,  
 15 aliudve, quod et austerum et resina conditum sit; si id non est, quam asperrimum, maximeque signinum. Si cibus non continetur, danda aqua, et eliciendus plenior vomitus est, iterumque dandus cibus; et tum admovendae dnobis infra stomachum digitis cucurbitulae, ibique duabus aut tribus  
 20 horis continendae sunt. Si simul et vomitus et dolor est, imponenda supra stomachum est lana succida, vel spongia ex aceto, vel cataplasma, quod refrigeret: perfricanda vero non diu, sed vehementer brachia et crura, et calefacienda. Si plus doloris est, infra praecordia quatuor digitis cucurbitula utendum est; et protinus dandus panis ex posca frigida: si non continuit, post vomitum leve aliquid ex iis, quae non aliena stomacho sint: si ne id quidem tenuit, singuli cyathi vini, singulis interpositis horis, donec stomachus consistat. Valens etiam medicamentum est radicularum succus: valentius,  
 30 acidi punici mali, cum pari modo succi, qui ex dulci punico malo est, adjecto etiam intubi succo, et mentae, sed hujus minima parte; quibus tantumdem, quantum in his omnibus est, aquae frigidae quam optima miscetur; id enim plus quam vinum ad comprimendum stomachum potest. Supprimendus autem vomitus est, qui per se venit, et si nausea est. Sed si coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, eijciendus est; protinusque, cibus assumtis iisdem, quos proxime posui, stomachus restituendus.

Ubi sublatus est praesens metus, ad ea redeundum est, quae supra praecepta sunt.

### CAPUT XIII [VI].

De laterum doloribus.

Stomachus lateribus cingitur; atque in his quoque vehementes dolores esse consuerunt. Initium vel ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio cursu, vel ex morbo est: sed interdum malum intra dolorem est, isque modo tarde, modo celeriter solvitur; interdum ad perniciem quoque procedit, oriturque acutus morbus, qui *πλευριτικός* a Graecis nominatur. Huic dolori lateris febris et tussis accedit: et per hanc exscreatur, si tolerabilis morbus est, pituita; si gravis, sanguis. Interdum etiam sicca tussis est, quae nihil emolitur: idque primo vitio gravius, secundo tolerabilius est. Remedium vero est magni et recentis doloris, sanguis missus. At, sive levior, sive vetustior casus est, vel supervacuum, vel serum id auxilium est; confugiendumque ad cucurbitulas est, ante summa cute incisa. Recte etiam sinapi ex aceto super pectus imponitur, donec ulcera pustulasque excitet; et tum medicamentum, quod humorem illuc citet. Praeter haec circumdare primum oportet latus hapsio lanuae sulphuratae; deinde, quum paulum inflammatio se remisit, siccis et calidis fomentis uti. Ab his transitus ad malagmata est. Si vetustior dolor remanet, novissime resina imposita discutitur. Utendum cibus potionibusque calidis; vitandum frigus: inter haec tamen non alienum est extremas partes oleo et sulphure perfricare: si levata tussis est, leni lectione uti; jamque et acres cibos, et vinum meracius assumere. Quae ita a medicis praecipiantur, ut tamen sine his rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adjuvet. Haec in omni lateris dolore communia sunt: plus negotii est, si acutus quoque morbus is factus est. In hoc praeter ea, quae supra posita sunt, haec animadvertenda sunt: ut cibus sit quam maxime tenuis et lenis, praecipueque sorbitio, eaque ex ptisana potissimum, aut jus in quo porrus cum pullo gal-



linaceo coctus sit; idque non nisi tertio quoque die detur, si tamen per vires licebit; potui vero aqua mulsa, in qua hyssopum, aut ruta decocta sit. Quae quibus temporibus danda sint, ex ratione levatae febris apparebit; sic, ut in remissione quam maxima dentur: cum eo tamen, ut sciamus non esse ejus generis tussi aridas fauces committendas: saepe enim, ubi nihil est quod exscreetur, continuatur, et strangulat. Ob quam causam dixi etiam pejus id genus esse tussis, quod nihil, quam quod pituitam moveret. Sed hic vinum sorbere, ut supra praecepimus, morbus ipse non patitur: in vicem ejus cremor ptisanæ sumendus est. Ut his autem in ipso morbi fervore sustinendus aeger est, sic, ubi paulum is se remisit, alimenta pleniora, et vini quoque aliquid dari potest: dum nihil detur, quod aut refrigeret corpus, aut fauces asperet. Si in refectione quoque manserit tussis, intermittere oportebit uno die; posteroque cum cibo vini paulo plus assumere. Atque incipiente quoque tussi, tum non erit alienum, ut supra quoque positum est (cf. cap. 10), vini cyathos sorbere: sed in hoc genere valetudinis dulce, vel certe lene commodius est. Si malum inveteravit, athletico victu corpus firmandum est.

## CAPUT XIV [VII].

De viscerum morbis, et primo de pulmone.

A compagine corporis ad viscera transeundum est; et in primis ad pulmonem veniendum; ex quo vehemens et acutus morbus oritur, quem *περιπνευμονιχόν* Graeci vocant. Ejus haec conditio est: pulmo totus afficitur: hunc ejus casum subsequitur tussis, bilem vel pus trahens, praecordiorum totiusque pectoris gravitas, spiritus difficultas, magnae febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet. Oportet, si satis validae vires sunt, sanguinem mittere: si minores, cucurbitulas sine ferro praecordiis admoveere: tum, si satis valet, gestando aegrum digerere: si parum, intra domum tamen dimovere; potionem autem hyssopi dare, cum quo

ficus arida sit incocta; aut aquam mulsam, in qua vel hyssopum, vel ruta decocta sit; frictione uti diutissime in scapulis, proxime ab his in brachiis et pedibus et cruribus, leniter contra pulmonem; idque bis quotidie facere. Quod ad cibum vero pertinet, huic nec salsis opus est, neque acris, neque amaris, neque alvum adstringentibus, sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ, vel alicæ, vel oryzae, cum qua recens adeps cocta sit: cum hac sorbile ovum, nuclei pinei ex melle, panis vel elota alica ex aqua mulsa: potui deinde non solum pura aqua, sed etiam mulsa egelida, aut, si aestas est, etiam frigida; nisi quid obstat. Haec autem altero quoque die, incremente morbo, dare satis est: ubi in incremento constitit, quantum res patitur, ab omnibus abstinendum est, praeterquam aqua egelida. Si vires desunt, adjuvandae sunt aqua mulsa. Pro-  
 suntque adversus dolores imposita calida fomenta, vel ea, quae simul et reprimunt, et emolliunt: prodest impositus super pectus sal hene contritus, cum cerato mixtus; quia leviter cutem erodit, eoque impetum materiae, quo pulmo vexatur, evocat. Utile etiam aliquod malagma est ex iis, quae materiam trahunt (cf. Hippoc. *Vict. rat. in acutis* § 7). Neque alienum est, dum premit morbus, clausis fenestris aegrum continere: ubi paulum levatus est, ter aut quater die, fenestris aliquantum apertis, purum aerem recipere. Deinde in refectione pluribus diebus a vino abstinere; gestatione, frictione uti; sorbitionibus et prioribus cibis adjicere, ex oleribus porrum, ex carne ungulas, et summa trunculorum atque pisciculos sic, ut diu nihil nisi molle et lene sumatur.

## CAPUT XV [VIII].

De hepaticis.

30

Alterius quoque visceris morbus, id est jecinoris, aequè modo longus, modo acutus esse consuevit: ἥπατιχόν Graeci vocant. Dextra parte sub praecordiis vehemens dolor est: idemque ad latus dextrum, et ad jugulum, humerumque partis ejusdem pervenit; nonnumquam manus quoque dextra

35

torquetur; horror validus est; ubi male est, bilis evomitur; interdum singultus prope strangulat. Et haec quidem acuti morbi sunt. Longioris vero, ubi suppuratio in jecinore est; dolorque modo finitur, modo intenditur; dextra parte praecordia dura sunt, et tument; post cibum major spiritus difficultas est; accedit maxillarum quaedam resolutio. Ubi inveteravit malum, venter et crura pedesque intumescunt; pectus atque humeri, circaque jugulum utrumque extenuatur. Initio sanguinem mittere optimum est; tum venter solvendus est, si non potest aliter, per nigrum veratrum: imponenda extrinsecus cataplasmata, primum quae reprimant, deinde calida, quae diducant; quibus recte iris vel absinthium adjicitur: post haec malagma. Dandae vero sorbitiones sunt, omnesque cibi et calidi, et qui non multum alunt, et fere qui pulmonis quoque dolori conveniunt; praeterque eos, qui urinam movent, potionesque ad id efficaces. Utilia in hoc morbo sunt thymum, satureia, hyssopum, nepeta, anisum, sesamum, lauri baccae, pini flos (*folia?* cf. Cael. Aurel. *Chronic.* III, 4; Diosc. I, 74), herba sanguinalis, menta, ex malo cotoneo medium, columbae jecur recens et crudum: ex quibus quaedam per se esse, quaedam adjicere vel sorbitioni, vel potioni licet; sic tamen, ut parce assumantur. Neque alienum est, absinthium contritum ex melle et pipere, ejusque catapotium quotidie devorare. Abstinentum utique est ab omnibus frigidis: neque enim res ulla magis jecur laedit. Frictionibus utendum in extremis partibus; vitandus omnis labor, omnis vehementior motus; ne spiritus quidem diutius continendus est. Ira, trepidatio, pondus, jactus, cursus inimica sunt. Perfusio corporis multa prodest ex aqua, si hiems est, calida; si aestas, tepida: item liberalis unctio, et in balneo sudor. Si vero jecur vomica laborat, eadem facienda sunt, quae in ceteris interioribus suppurationibus. Quidam etiam contra id scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt.

## CAPUT XVI [IX].

## De Lienosis.

At lienis, ubi affectus est, intumescit, simulque cum eo pars sinistra; eaque dura est, et prementi renititur; venter intentus est; aliquis etiam in cruribus tumor est; ulcera aut omnino non sanescunt, aut certe cicatricem vix recipiunt (cf. Hipp. *Intern. affect.* § 31); in intenta ambulatione, cursuque dolor et quaedam difficultas est. Hoc vitium quies auget: itaque exercitatione et labore opus est; ~~habita~~ tamen ratione, ne febrem ista, si nimium processerint, excitent. 10 Uctiones, frictionesque, et sudores necessarii sunt. Dulcia omnia inimica sunt; item lac et casens: acida autem maxime conveniunt. Ergo acetum acre per se sorbere, et magis etiam, quod scilla conditum est, expedit. Edenda sunt salsamenta, vel oleae ex muria dura; tinctae in aceto lactucae 15 intubique, ex eodem betae, ex sinapi asparagus, armoracia, pastinaca, unguulae, rostra, aves macrae, ejusdem generis venatio. Potui vero jejuno dari debet absinthium incoctum: at post cibum aqua a ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde tinctum sit: haec enim vel praecipue lienem coerces. 20 Quod animadversum est in iis animalibus, quae apud hos fabros educata exiguos lienes habent. Potest etiam dari vinum tenue, austerum; omniaque in cibis et potionibus, quae urinae movendae sunt. Praecipueque ad id valet vel trifolii semen, vel cuminum, vel apium, vel serpyllum, vel 25 cytisus, vel portulaca, vel nepeta, vel thymum, vel hysso-pium, vel satureia: haec enim inde commodissime videntur humorem educere. Lienis quoque bubulus utiliter esui datur: praecipueque eruca et nasturtium lienem extenuant. Inponenda quoque extrinsecus sunt, quae levant. Fit ex unguento 3 et palmulis; fit ex lini et nasturtii semine, quo vinum et oleum adjicitur: fit ex cupresso viridi et arida ficu: fit ex sinapi, cui sevi hircini a renibus quarta pars ponderis adjicitur, teriturque in sole, et protinus imponitur. Multisque modis huic rei capparum aptum est: nam et ipsum cum cibo 3 assumere, et muriam ejus cum aceto sorbere commodum est. Quin etiam extrinsecus radicem contritam, vel corticem

ejus cum furfuribus, aut ipsum cappari cum melle contritum imponere expedit. Malagmata quoque huic rei aptantur.

## CAPUT XVII [X].

De Renum morbis.

At renes ubi affecti sunt, diu male habent. Pejus est, si frequens biliosus vomitus aecedit. Oportet conquiescere; eubare molliter; solvere alvum; si aliter non respondet, etiam ducere; saepe desiderare in aqua calida; neque cibum, neque potionem frigidam assumere; abstinere ab omnibus salsis, acribus, acidis, pomis; bibere liberaliter; adieere modo cibo, modo potioni piper, porrum, ferulam, album papaver, quae maxime inde urinam movere consuerunt. Auxilio quoque his exuleeratis sunt, si adhuc ulcera purganda sunt, eueumeris semina detraetis corticeibus sexaginta, nuelei ex pinu silvestri duodecim, anisi quod tribus digitis sumi possit, eroei paulum, contrita et in duas mulsi potiones divisa. Si vero dolor tantum levandus est, ejusdem encumeris semina triginta, iidem nuelei viginti, uuees graecae quinque, croei paululum, contrita et cum laete potui data. Ac super quoque recte quaedam malagmata injiciuntur; maximeque ea, quae humori extrahendo sunt.

## CAPUT XVIII [XI].

De intestinorum morbis, et primo de cholera.

A visceribus ad intestina veniendum est, quae sunt et acutis et longis morbis obnoxia. Primoque facienda mentio est cholerae (*cholera nostras*); quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest; nam simul et dejectio et vomitus est; praeterque haec inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit, primum aquae similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnumquam nigra, vel varia. Ergo eo nomine morbum hunc *χολέραν* Graeci nominarunt. Praeter ea vero, quae supra comprehensa sunt, saepe etiam erura manusque contrahuntur, urget sitis, anima defieit: quibus concurrentibus



non mirum est, si subito quis moritur. Neque tamen ulli morbo minori momento succurritur. Protinus ergo, ubi ista coeperunt, aquae tepidae quam plurimum bibere oportet, et vomere. Vix unquam sic non vomitus sequitur; sed etiam si non incidit, miscuisse tamen novam materiam corruptae prodest; parsque sanitatis est, vomitum esse suppressum. Si id incidit, protinus ab omni potione abstinendum est. Si vero tormina sunt, oportet frigidis et humidis fomentis stomachum fovere; vel si venter dolet, iisdem egelidis sic, ut venter ipse mediocriter calentibus juvetur. Quod si vehementer et vomitus, et dejectio, et sitis vexant, et adhuc subcruda sunt quae vomuntur, nondum vino maturum tempus est: aqua, neque ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est: admovendumque naribus est pulegium ex aceto; vel polenta vino adpersa, vel menta secundum naturam est. At quum discussa cruditas est, tum magis verendum est, ne anima deficiat. Ergo tum confugiendum est ad vinum. Id esse oportet tenue, odoratum, cum aqua frigida mixtum; vel polenta adjecta, vel infracto pane, quem ipsum quoque assumere expedit; quotiesque aliquid aut stomachus, aut venter effudit, toties per haec vires restituere. Erasistratus primo tribus vini guttis, aut quinis aspergendam potionem esse dixit; deinde paulatim merum adjiciendum (cf. Cael. Aur. *Acut.* III, 21). Is, si et ab initio vinum dedit, et metum cruditatis sequutus est, non sine causa fecit: si vehementem infirmitatem adjuvari posse tribus guttis putavit, erravit. At si inanis est homo, et crura ejus contrahuntur, interponenda potio absinthii est. Si extremae partes corporis frigent, ungendae sunt calido oleo, cui cerae paulum sit adjectum, calidisque fomentis nutriendae. Si ne sub his quidem quies facta est, extrinsecus contra ventriculum ipsum cucurbitula admovenda est, aut sinapi superimponendum. Ubi is constitit, dormire oportet: postero die utique a potione abstinere: die tertio in balneum ire: paulatim se cibo reficere, somno[que] quisquis facile acquiescit; itemque lassitudine et frigore. Si post suppressam choleram febricula manet, alvum duci necessarium est: tum cibus, vinoque utendum est.

## CAPUT XIX [XII].

De coeliaco ventriculi morbo.

Sed hic quidem morbus et acutus est, et inter intestina stomachumque versatur sic, ut, cujus potissimum partis sit, non facile dici possit; in ipsius vero ventriculi porta consistit is, qui longus esse consuevit: *κοιλιακός* a Graecis nominatur (cf. cap. 21). Sub hoc venter indurescit, dolorque ejus est: alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremae partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Commodissimum est inter initia calida cataplasmata toto ventri imponere, ut dolorem leniant: post cibum vomere, atque ita ventrem exinanire: proximis deinde diebus cucurbitulas sine ferro ventri et coxis admoveere: ventrem ipsum liquare dato lacte, et vino salso, frigido; si tempus anni patitur, etiam viridibus ficis: sic tamen, ne quis ant cibus, aut humor universus detur, sed paulatim. Ergo per intervalla temporis sat est cyathos binos ternosve sumere, et cibum pro portione hujus: commodeque facit cyatho lactis cyathus aquae mixtus, et sic datus: cibique inflantes et acres utiliores sunt; adeo ut lacti quoque recte contritum allium adjiciatur. Procedente vero tempore, opus est gestari; maximeque navigare; perfricari ter aut quater die sic, ut nitrum oleo adjiciatur; perfundi aqua calida post cibum; deinde sinapi imponere per omnia membra, excepto capite, donec arrodantur et rubeant; maximeque si corpus durum et virile est: paulatim deinde faciendus est transitus ad ea, quae ventrem comprimunt. Assa caro danda, valens et quae non facile corrumpatur: potui vero pluvialis aqua decocta, sed quae per binos ternosve cyathos bibatur. Si vetus vitium est, oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem devorare: altero quoque die vinum bibere: interdum interposito cibo singulos vini cyathos sorbere: ex inferiori parte infundere pluviatilem egelidam aquam, maximeque si dolor in imis partibus remanet.

## CAPUT XX [XIII].

De tenuioris intestini morbo.

Intra ipsa vero intestina consistunt duo morbi, quorum alter in tenuiore, alter in pleniore est. Prior acutus est; 5 insequens esse longus potest. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum *χόρδαφον*; plenioris *είλεόν* nominavit. A plerisque video nunc illum priorem *είλεόν*, hunc *κολικόν* nominari. Sed prior modo supra umbilicum, modo sub umbilico dolorem movet. Fit alterutro loco inflammatio: nec 10 alvus, nec spiritus infra transmittitur: si superior pars affecta est, cibus; si inferior, stercus per os redditur: si utrumlibet vetus est. Adjicit periculo vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger. Remedium est sanguinem mittere; vel cucurbitulas pluribus locis admovere, non ubi- 15 que cute incisa: id enim duobus aut tribus locis satis est: ex ceteris spiritum evocare abunde est. Tum animadvertere oportet, quo loco malum sit: solet enim contra id timere. Et si supra umbilicum est, alvi ductio utilis non est: si infra 20 est, alvum ducere, ut Erasistrato placuit, optimum est; et saepe id auxilii satis est (cf. Cael. Aur. *Acut.* III, 17). Ducitur autem percolato ptisanæ cremore, cum oleo et melle sic, ut praeterea nihil adjiciatur. Si nihil timet, duas manus imponere oportet supra summum ventrem, paulatimque de- 25 ducere: invenietur enim mali locus, qui necesse est renitatur; et ex eo deliberari poterit, ducenda, nec ne alvus sit. Illa communia sunt: calida cataplasmata admovere, eaque imponere a mammis usque ad inguina et spinam, ac saepe mutare: brachia cruraque perfricare: demittere totum hominem in calidum oleum: si dolor non quiescit, etiam in alvum 30 ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare; ubi per haec consequuti sumus, ut jam ex inferiore parte spiritus transmittatur, offerre potui mulsum tepidum non multum: nam ante magna cura vitandum est, ne quid bibat; si id commode cessit, adjicere sorbitionem; ubi dolor et 35 febricula quierunt, tum demum uti cibo pleniore; sed neque inflante, neque duro, neque valido, neque intestina adhuc imbe-

cilla laedantur; potui vero nihil, praeterquam puram aquam; nam sive quid vinolentum, sive acidum est, id huic morbo alienum est. Ac postea quoque vitare oportet balneum, ambulationem, gestationem, ceterosque corporis motus. Nam facile id malum redire consuevit; et sive quum frigus subit, sive aliqua jactatio, nisi bene jam confirmatis intestinis, revertitur.

## CAPUT XXI [XIV].

De morbo intestini plenioris.

Is autem morbus, qui in intestino pleniore est, in ea maxime parte est, quam caecam esse proposui. Vehemens fit inflatio, vehementes dolores, dextra magis parte: intestinum, quod verti videtur, prope spiritum elidit. In plerisque post frigora cruditatesque oritur, deinde quiescit; et per aetatem saepe repetens sic cruciat, ut vitae spatio nihil demat. Ubi is dolor coepit, admovere sicca et calida fomenta oportet; sed primo lenia, deinde validiora; simulque frictione ad extremas partes, id est crura brachiaque materiam evocare: si discussus non est, qua dolet, cucurbitulas sine ferro defigere. Est etiam medicamentum ejus rei causa comparatum. Id se reperisse Cassius gloriabatur. Magis prodest potui datum: sed impositum quoque extrinsecus, digerendo spiritum, dolorem levat. Nisi finito vero tormento, recte neque cibus, neque potio assumitur. Quo victu sit utendum iis, qui hoc genere tentantur, jam mihi dictum est.

## CAPUT XXII [XV].

De torminibus.

Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueverunt: *δυσεντερία* graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat; iisque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosae descendunt (cf. *Aph.* IV, 26): frequens dejectio cupiditas, dolorque

in ano est: cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur: atque eo quoque tormentum intenditur: idque post tempus aliquod levatur; exiguaque requies est: somnus interpellatur: febricula oritur: longoque tempore id malum, quum inveteraverit, aut tollit hominem, aut, etiamsi finitur, excruciat. Oportet in primis conquiescere; siquidem omnis agitatio exulcerat: deinde jejunum sorbere vini cyathum, cui contrita radix quinquefolii sit adjecta: imponere cataplasmata super ventrem, quae reprimant; quod in superioribus ventris morbis non expedit: quotiesque desedit, subluere aqua calida in qua decoctae verbenae sint: portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse. Si vetustior morbus est, ex inferioribus partibus tepidum infundere vel ptisanam eremorem, vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam cervinam, vel oleum, vel eum rosa butyrum, vel cum eadem album crudum ex ovis, vel aquam in qua lini semen decoctum sit; vel, si somnus non accedit, vitellos cum aqua in qua rosae floris folia cocta sint. Levant enim dolorem haec, et mitiora ulcera efficiunt; maximeque utilia sunt, si cibi quoque sequuntur fastidium est. Themison muria dura quam asperrima sic utendum memoriae prodidit. Cibi vero esse debent, qui leniter ventrem adstringant. At ea, quae urinam movent, si id consequuta sunt, in aliam partem humorem avertendo, prosunt; si non sunt consequuta, noxam augment: itaque nisi in quibus prompte id facere consuerunt, non sunt adhibenda. Potui, si febricula est, aqua pura calida, vel ea quae ipsa quoque adstringat, dari debet: si non est, vinum leve, austerum. Si pluribus diebus nihil remedia alia juverunt, vetusque jam vitium est, aquae bene frigidae potio assumpta ulcera adstringit, et initium secundae valetudininis facit. Sed ubi venter suppressus est, protinus ad calidam potionem revertendum est. Solet autem interdum etiam putris sanies, pessimique odoris descendere: solet purus sanguis profluere. Si superius vitium est, alvus aqua mulsa duci debet; tum deinde eadem infundi, quae supra comprehensa sunt. At si sanguis profluit, cibi potionesque esse debent, quae adstringant.



## CAPUT XXIII [XVI].

De laevitate intestinorum.

Ex torminibus interdum intestinorum laevitas oritur; qua continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt. Id interdum aegros trahit, interdum praecipitat. In hoc utique adhibere oportet comprimantia; quo facilius tenendi aliquid intestinibus vis sit. Ergo et super pectus ponatur sinapi; exuleerataque eute, malagma quod humorem evocet: et ex verhenis decocta in aqua desideat: et cibos potionesque assumat, quae alvum adstringant: et frigidis utatur perfusionibus. Oportet tamen prospicere, ne, simul his omnibus admotis, vitium contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebunt, aliquibus quotidie adjectis. Et quum in omni fluore ventris, tum in hoc praecipue necessarium est, non quoties libet desiderare, sed quoties neesse est; ut haec ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris intestina deducat. Alterum quoque, quod aequae ad omnes similes affectus pertinet, in hoc maxime servandum est; ut, quum pleraque utilia insuavia sint, qualis est plautago et ruhi et quidquid malieorio mixtum est, ea potissimum ex his dentur, quae maxime aeger volet: deinde, si omnia ista fastidiet, ad excitandam cibi cupiditatem, interponatur aliquid minus utile, sed magis gratum. Exercitationes et frictiones huic quoque morbo necessariae sunt; et eum his sol, ignis, balneum, vomitus, ut Hippocrati visum est (*Hipp. De affect. §. 23, 24*), etiam albo veratro, si cetera parum proficient, evocatus.

## CAPUT XXIV [XVII].

De lumbricis alvum occupantibus.

Nonnumquam autem lumbrici quoque occupant alvum; hique modo ex inferioribus partibus, modo foedius ore redduntur: atque interdum latos eos, qui pejores sunt, interdum teretes videmus. Si lati sunt, aqua potui dari debet, in qua lupinum, aut cortex mori decoctus sit; aut cui adjectum

sit contritum vel hyssopum, vel piperis acetabulum, vel scammoniae paulum; vel etiam pridie, quum multum allium ederit, vomat: posteroque die mali punici tenues radículas colligat, quantum manu comprehendet; eas contusas in aquae tribus sextariis decoquat, donec tertia pars supersit; 5 huc adjiciat nitri paulum, et jejunos bibat. Interpositis deinde tribus horis, duas potiones sumat. At aquae, vel muriae durae sit adjuncta: tum desideat subjecta calida aqua in pelve. Si vero teretes sunt, qui pueros maxime exercent, et eadem dari possunt, et quaedam leviora; ut contritum 10 semen urticae, aut brassicae, aut cumini cum aqua, vel menta cum eadem, vel absinthium decoctum, vel hyssopum ex aqua mulsa, vel nasturtii semen cum aceto contritum. Edisse etiam et lupinum, et allium prodest; vel in alvum oleum subter dedisse. 15

## CAPUT XXV [XVIII].

De tenesmo.

Est autem aliud levius omnibus proximis, de quibus supra dictum est, quod *τενεσμόν* Graeci vocant. Id neque acutis, neque longis morbis annumerari debet; quum et 20 facile tollatur, neque umquam per se jugulet. In hoc aequae atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est; aequae dolor ubi aliquid excernitur. Descendunt autem pituitae mucisque similia, interdum etiam leviter subcruenta: sed his interponuntur nonnumquam ex cibo quoque recte coacta. 25 Desidere oportet in aqua calida; saepiusque ipsum anum nutrire; cui plura medicamenta idonea sunt: butyrum cum rosa; acacia ex aceto liquata; emplastrum id quod *τετραφάρμακον* Graeci vocant, rosa liquatum; alumen lana circumdatum, et ita appositum; eademque ex inferiore parte 30 indita, quae torminum auxilia sunt; eadem verbenae decoctae, ut inferiores partes foveantur. Alternis vero diebus aqua, alternis leve et ansterum vinum bibendum est. Potio esse debet egelida et frigidae propior; ratio victus talis, qualem in torminibus supra praecepimus (cf. cap. 22). 35

## CAPUT XXVI [XIX]

## De ventris fluxu.

Levior etiam, dum recens, dejectio est; ubi et liquida  
 alvus, et saepius quam ex consuetudine fertur, atque inter-  
 5 dum tolerabilis dolor est, interdum gravissimus; idque pejus  
 est. Sed uno die fluere alvum saepe pro valetudine est:  
 atque etiam pluribus, dum febris absit, et intra septimum  
 diem id conquiescat. Purgatur enim corpus, et quod intus  
 laesurum erat, utiliter effunditur. Verum spatium periculo-  
 10 sum est: interdum enim tormina ac febriculas excitat, vires-  
 que consumit. Primo die quiescere satis est; neque impetum  
 ventris prohibere; si per se desiit, balneo uti, paulum cibi  
 capere: si mansit, abstinere non solum a cibo, sed etiam a  
 potione; postero die, si nihilominus liquida alvus est, aequè  
 15 conquiescere; paulum adstringentis cibi sumere; tertio die  
 in balneum ire; vehementer omnia praeter ventrem perfric-  
 care; ad ignem lumbos, scapulasque admove; cibus uti,  
 sed ventrem contrahentibus; vino non multo, meraco; si  
 postero quoque die fluet, plus edisse, sed vomere; et ex  
 20 toto, donec conquiescat, contra siti, fame, vomitu niti.  
 Vix enim fieri potest, ut, post hanc animadversionem, alvus  
 non contrahatur. Alia via est ubi velis suppressere: coenare,  
 deinde vomere: postero die in lecto conquiescere; vespere  
 ungi, sed leniter; deinde panis circa selibram ex vino ami-  
 25 neo mero sumere; tum assum aliquid, maximeque avem; et  
 postea vinum idem bibere aqua pluviatili mixtum: idque  
 usque quintum diem facere, iterumque vomere. Frigidam  
 autem assidue potionem esse debere, contra priores aucto-  
 res Asclepiades affirmavit, et quidem quam frigidissimam.  
 30 Ego experimentis quemque in se credere debere existimo,  
 calida potius, an frigida utatur. Interdum autem evenit, ut  
 id pluribus diebus neglectum, curari difficilius possit. A vo-  
 mitu oportet incipere: deinde postero die vespere tepido  
 loco ungi; cibum modicum assumere, vinum meracum quam  
 35 asperrimum; impositam super ventrem habere cum cerato  
 rutam. In hoc autem affectu corporis neque ambulatione,  
 neque frictione opus est: vehiculo sedisse, vel magis etiam

equo, prodest: neque enim ulla res magis intestina confirmat. Si vero etiam medicamentis utendum est, aptissimum est id quod ex pomis fit. Vindemiae tempore in grande vas conjicienda sunt pira atque mala silvestria: si ea non sunt, pira tarentina viridia, vel signina, mala scandiana, vel amerina, [pira?] myrapia (cf. Colum. XII, 10; Plin. XXIII, 1, 21); hisque adjicienda sunt cotonea, et cum ipsis corticibus suis punica, sorba, et quibus magis utimur, et torminalia, sic, ut haec tertiam ollae partem teneant: tum deinde ea musto implenda est; coquendumque id, donec omnia quae indita sunt, liquata, in unitatem quamdam coeant. Id gustui non insnave est; et, quandocumque opus est, assumptum leniter, sine ulla stomachi noxa, ventrem tenet. Duo aut tria cochlearia uno die sumsisse, satis est. Alterum valentius genus: myrti baccas legere, ex his vinum exprimerc, id decoquere, ut decima pars remaneat, ejusque cyathum sorbere. Tertium, quod quandocumque fieri potest: malum punicum excavare, exemptisque omnibus seminibus, membranas quae inter ea fuerunt, iterum conjicere: tum infundere cruda ova, rudiculaque miscere: deinde malum ipsum super prunam imponere; quod, dum humor intus est, non adurit: ubi siccum esse coepit, remove oportet, extractumque cochleari, quod intus est, edisse. Aliquibus adjectis, majus momentum habet: itaque etiam in piperatum conjicitur, misceturque cum sale et pipere, atque ex his edendum est. Pulticula etiam, cum qua paulum ex favo veteri coctum sit, et lenticula cum malicorio cocta, rubique cacumina in aqua decocta, et ex oleo atque aceto assumpta, efficacia sunt: atque ea aqua in qua vel palmulae, vel malum cotoneum, vel arida sorba, vel rubi decocti sint; quod genus significo, quoties potionem dandam esse dico, quae adstringat. Triticum quoque hemina in vino amineo austero decoquitur; idque triticum jejuno ac sitienti datur; superque id vinum id sorbetur: quod jure valentissimis medicamentis annumerari potest. Atque etiam potui datur vinum signinum, vel resinatum ansterum, vel quodlibet austerum. Contunditurque cum corticibus seminibusque suis punicum malum, vinoque tali miscetur: idque vel merum

sorbet aliquis, vel bibit mixtum. Sed medicamentis uti, nisi in vehementibus malis, supervacuum est.

## CAPUT XXVII [XX].

De vulvae morbo.

1. Ex vulva quoque feminis vehemens malum nascitur: proximeque ab stomacho vel afficitur haec, vel corpus afficit. Interdum etiam sic exanimat, ut tamquam comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic casus, eo quod neque oculi vertuntur, nec spumae profluunt, nec nervi distendantur: sopor tantum est. Idque quibusdam feminis crebro revertens perpetuum fit. Ubi incidit, si satis virium est, sanguis missus adjuvat: si parum, cucurbitulae tamen defigendae sunt in inguinibus. Si diutius aut jacet, aut alioqui jacere consuevit, admovere oportet naribus exstinctum ex lucerna linamentum, vel aliud ex iis, quae foedioris esse odoris retuli, quod mulierem excitet. Idemque aquae quoque frigidae perfusio efficit. Adjuvatque ruta contrita cum melle, vel ex cyprino ceratum, vel quodlibet calidum et humidum cataplasma naturalibus pube tenus impositum. Inter haec etiam perfricare coxas et poplites oportet. Deinde, ubi ad se rediit, circumcidendum vinum est in totum annum, etiamsi casus idem non revertitur: frictione quotidie utendum totius quidem corporis, praecipue vero ventris et poplitum: cibus ex media materia dandus: sinapi super imum ventrem tertio quoque aut quarto die imponendum, donec corpus rubeat <sup>1)</sup>. . . . Si durities manet, mollire commode videtur solanum in lac demissum, deinde contritum; et cera alba atque medulla cervina cum irino, aut sebum taurinum vel caprinum cum rosa mixtum. Dandum etiam potui vel castoreum est, vel gith, vel anethum. Si parum pura est, purgetur junco quadrato. Si vero vulva exulcerata est, ceratum ex rosa, et recens suilla adeps, et ex ovis album misceatur,

1) Nihil praecedit de duritie, quo haec referantur. Forsan aliqua desunt:





ad ignem: balneum rarum esse debet, neque longa in eo mora: cibus comprimens: vinum austerum meracum, per aestatem frigidum, per hiemem egelidum; sed tantum, quantum minimum sit. Alvus quoque vel ducenda, vel lacte purganda est. Si crassa urina est, vehementior esse debet et exercitatio, et frictio: longior in balneo mora: cibus opus est teneris: vino eodem. In utroque morbo vitanda omnia sunt, quae urinam movere consuerunt.

## CAPUT XXVIII [XXI].

De Seminis nimia ex naturalibus profusione.

Est etiam circa naturalia vitium, nimia profusio seminis, quod sine venere, sine nocturnis imaginibus sic fertur, ut, interposito spatio, tabe hominem consumat. In hoc affectu salutare sunt vehementes frictiones, perfusiones, natationesque quam frigidissimae: neque cibi, nec potio, nisi frigida assumta. Vitare autem oportet cruditates et omnia infantia: nihil ex iis assumere, quae contrahere semen videntur; qualia sunt siligo, simila, ova, alica, amyllum, omnis caro glutinosa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinci. Neque alienum est fovere inferiores partes aqua decocta ex verbenis reprimentibus: ex iisdem aliqua cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare; praecipueque ex aceto rutam: vitare etiam ne supinus obdormiat.

## CAPUT XXIX [XXII].

De Coxarum morbis.

Superest ut ad extremas partes corporis veniam, quae articulis inter se conseruntur. Iuitium a coxis faciam. Harum ingens dolor esse consuevit: isque hominem saepe debilitat: et quosdam non dimittit. Eoque id genus difficillime curatur, quod fere post longos morbos vis pestifera huc se inclinat: quae ut alias partes liberat, sic hanc jam ipsam quoque affectamprehendit. Fovendum primum aqua calida est: deinde utendum calidis cataplasmatibus. Maxime prodesse videtur

aut cum hordeacea farina, aut cum ficu ex aqua decocta mixtus capparum cortex concisus; vel lolii farina ex vino diluto cocta, et mixta cum arida faece: quae quia refrigerant, imponere noctu malagmata commodius est. Inulae quoque radix contusa, et ex vino austero postea cocta, et late <sup>5</sup> super coxam imposita, inter valentissima auxilia est. Si ista non solverunt, sale calido et humido utendum est. Si ne sic quidem finitus dolor est, aut tumor ei accedit, incisa cute admovendae sunt cucurbitulae; movenda urina; alvus, si compressa est, ducenda. Ultimum est, et in veteribus quo- <sup>10</sup> que morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam, cutem candentibus ferramentis exulcerare. Sed frictione quoque utendum est, maxime in sole, et eodem die saepius; quo facilius ea, quae coeundo nocuerunt, digerantur: eaque, si nulla exulceratio est, etiam ipsis coxis; <sup>15</sup> si est, ceteris partibus adhibenda est. Quum vero saepe aliquid exulcerandum candenti ferramento sit, ut materia inutilis evocetur, illud perpetuum est, non ut primum fieri potest, hujus generis ulcera sanare; sed ea trahere, donec id vitium, cui per haec opitulamur, conquiescat. <sup>20</sup>

### CAPUT XXX [XXIII].

De Genuum dolore.

Coxis proxima genera sunt, in quibus ipsis nonnumquam dolor esse consuevit. In iisdem autem cataplasmatibus cucurbitulisque praesidium est: sicut etiam quum in humeris, <sup>25</sup> aliisque commissuris dolor aliquis exortus est. Equitare ei, cui genera dolent, inimicissimum omnium est. Omnes autem ejusmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra ustionem finiuntur.

### CAPUT XXXI [XXIV].

De manuum, pedum, articularumque vitis.

In manibus pedibusque articularum vitia frequentiora longioraque sunt; quae in podagris chiragrisve esse consue-  
runt. Ea raro vel castratos, vel pueros ante feminae coitum,

vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant  
 (*Aph.* VI, 28; 29 et 30). Ubi sentiri coeperunt, sanguis  
 mittendus est: id enim inter initia statim factum, saepe  
 annuam, nonnumquam perpetuam valetudinem bonam prae-  
 5 stat. Quidam etiam, quum asinino lacte epoto sese eluissent,  
 in perpetuum hoc malum evaserunt. Quidam quum toto anno  
 a vino, mulso, venere sibi temperassent, securitatem totius  
 vitae consequuti sunt. Idque utique post primum dolorem  
 servandum est, etiamsi quievit. Quod si jam consuetudo  
 10 ejus facta est, potest quidem aliquis esse securior iis tem-  
 poribus, quibus dolor se remisit: majorem vero curam ad-  
 hibere debet iis quibus id revertitur; quod fere vere autum-  
 nove fieri solet (cf. *Aph.* VI, 55). Quum vero dolor urget,  
 mane gestari debet; deinde ferri in ambulationem, ibi se  
 15 dimovere; et si podagra est, interpositis temporibus exiguis,  
 invicem modo sedere, modo ingredi; tum antequam cibum  
 capiat, sine balneo loco calido leniter perfricari, sudare,  
 perfundi aqua egelida; deinde cibum sumere ex media ma-  
 teria, interpositis rebus urinam moventibus; quotiesque ple-  
 20 nior est, evomere. Ubi dolor vehemens urget, interest sine  
 tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor jam etiam  
 obcalluerit. Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus  
 est. Aquam marinam, vel muriam duram fervefacere oportet,  
 deinde in pelvem conjicere, et quum jam homo pati potest,  
 25 pedes demittere, superque pallam dare, et vestimento te-  
 gere; paulatim deinde juxta labrum ipsum ex eadem aqua  
 leniter infundere, ne calor intus destituat; ac deinde noctu  
 cataplasmata calefacientia imponere, maximeque hibisci  
 radicem ex vino coctam (cf. *Plin.* XX, 4, 14).

30 Si vero tumor calorque est, utiliora sunt refrigerantia,  
 recteque in aqua quam frigidissima articuli continentur; sed  
 neque quotidie, neque diu, ne nervi indurescant. Imponen-  
 dum vero est cataplasma quod refrigeret; neque tamen in  
 hoc ipso diu permanendum; sed ad ea transcundum, quae  
 35 sic reprimunt, ut emolliant. Si major est dolor, papaveris  
 cortices in vino coquendi, miscendique cum cerato sunt,  
 quod ex rosa factum sit: vel cerae et adipis suillae tantum-  
 dem una liquandum, deinde his vinum miscendum, atque ubi

quod ex eo impositum est, incaluit, detrahendum, et subinde aliud imponendum est. Si vero tumores etiam obcalluerunt, et dolent, levat spongia imposita, quae subinde ex oleo et aceto, vel aqua frigida exprimitur; aut pari portione inter se mixta pix, cera, alumen. Sunt etiam plura idonea mani-<sup>5</sup> bus pedibusque malagmata. Quod si nihil superimponi dolor patitur, id, quod sine tumore est, fovere oportet spongia, quae in aquam calidam demittatur, in qua vel papaveris cortices, vel cucumeris silvestris radix decocta sit: tum inducere articulis crocum cum succo papaveris et ovillo lacte.<sup>10</sup> At si tumor est, foveri quidem debet aqua egelida, in qua lentiscus, aliave verbena ex reprimentibus decocta sit: induci vero medicamentum ex nucibus amaris cum aceto tritis; aut ex cerussa, cui contritae herbae muralis succus sit ad-<sup>15</sup> jectus. Lapis etiam qui carnem exedit, quem *σαρκοφάγον* Graeci vocant, excisus, sic, ut pedes capiat, demissos eos, quum dolent, retentosque ibi levare consuevit. Ex quo in Asia lapidi assio gratia est. Ubi dolor et inflammatio se remiserunt quod intra dies quadraginta fit, nisi vitium hominis accessit, modicis exercitationibus, abstinentia, unctionibus<sup>20</sup> lenibus utendum est, sic, ut etiam cum acopo, vel liquido cerato cyprino articuli perfricentur. Equitare podagricis quoque alienum est. Quibus vero articulorum dolor certis temporibus revertitur, hos ante et curioso victu cavere oportet, ne inutilis materia corpori supersit, et crebriore vomitu;<sup>25</sup> et, si quis ex corpore metus est, vel alvi ductione uti, vel lacte purgari. Quod Erasistratus in podagricis expulit, ne in inferiores partes factus cursus pedes repleret: quum evidens sit, omni purgatione non superiora tantummodo, sed etiam inferiora exinaniri.<sup>30</sup>

## CAPUT XXXII [XXV].

De refectione convalescentium a morbo.

Ex quocumque autem morbo quis convalescit, si tarde confirmatur, vigilare prima luce debet; nihilominus in lecto conquiescere: circa tertiam horam leniter unctis manibus<sup>35</sup>



corpus permulcere: deinde delectationis causa, quantum juvat, ambulare, circumcisa omni negotiosa cogitatione: tum gestari diu: multa frictione uti: loca, coelum, cibos saepe mutare: ubi triduo quatrduove vinum bibit, uno aut etiam altero die interponere aquam. Per haec enim fiet, ne in vitia tabem inferentia incidat, et ut mature vires suas recipiat. Quum vero ex toto convaluerit, periculose vitae genus subito mutabit, et inordinate aget. Paulatim ergo debet, omissis his legibus, eo transire, ut arbitrio suo vivat.

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER DECIMUS

IDEM

MEDICINAE QUINTUS.

---

De medicamentorum facultatibus.

Dixi de iis malis corporis, quibus victus ratio maxime subvenit: nunc transeundum est ad eam medicinae partem, quae magis medicamentis pugnat. His multum antiqui auctores tribuerunt, et Erasistratus, et ii qui se *ἐμπειρικούς* 5 nominaverunt; praecipue tamen Herophilus, deductique ab illo viri; adeo ut nullum morbi genus sine his curarent. Multaque etiam de facultatibus medicamentorum memoriae prodiderunt, qualia sunt vel Zenonis, vel Andreae, vel Apollonii qui Mys cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; et, quum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit. Verum, ut illud in plerisque morbis utilius est, sic multa admodum corporibus nostris incidere consuerunt, 10 quae sine medicamentis ad sanitatem pervenire non possunt. Illud ante omnia scire oportet, quod omnes medicinae partes ita innexae sunt, ut ex toto separari non possint; sed ab eo nomen trahant, a quo plurimum petunt. Ergo et illa, quae victu curat, aliquando medicamentum adhibet, et illa, quae 2 praecipue medicamentis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet, quae multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed quum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac saepe simplicia opitulentur, saepe mixta;

non alienum videtur ante proponere et nomina, et vires, et mixturas eorum; quo minor ipsas curationes exsequentibus mora sit.

## CAPUT I.

De remediis quae sanguinem supprimunt.

Sanguinem supprimunt atramentum sutorium, quod Graeci *χάλκανθον* appellant, chalcitis, acacia, et ex aqua lycium, tus, aloe, gummi, plumbum combustum, porrum, herba sanguinalis, creta vel cimolia vel figularis, misy, frigida aqua, vinum, acetum, alumen, melinum, squama et ferri et aeris, atque hujus quoque duae species sunt, alia tantum aeris, alia rubri aeris.

## CAPUT II.

Quae vulnus glutinent.

Glutinant vulnus myrrha, tus, gummi, praecipueque acanthinum, psyllium, tragacantha, cardamomum, bulbi, lini semen, nasturtium, ovi album, gluten, ichthyocolla, vitis alba, contusae cum testis suis cochleae, mel coctum, spongia vel ex aqua frigida, vel ex vino, vel ex aceto expressa; ex iisdem lana succida; si levis plaga est, etiam aranea.

Reprimunt alumen et scissile, quod *σχιστόν* vocatur, et liquidum, melinum, auripigmentum, aerugo, chalcitis, atramentum sutorium.

## CAPUT III.

Quae concoquant et moveant pus.

Concoquant et movent pus nardum, myrrha, costum, balsamum, galbanum, propolis, styrax, turis et fuligo et cortex, bitumen, pix, sulphur, resina, sebum, adeps, oleum.

## CAPUT IV.

Quae aperiant ora in corporibus.

Aperiunt tamquam ora (sc. *Venarum*) in corporibus, cinnamomum, balsamum, panaces, juncus quadratus, pu-

legium, flos albae violae, bdellium, galbanum, resina terebinthina et pinea, propolis, oleum vetus, piper, pyrethrum, chamaepitys, uva taminia, sulphur, alumen, rutae semen.

## CAPUT V.

5

Quae purgent.

Purgant aerugo, auripigmentum, quod ἀρσενικόν a Graecis nominatur, squama aeris, pumex, iris, balsamum, styrax, tus, turis cortex, resina, et pinea, et terebinthina liquida, oenanthe, lacerti stercus, sanguis columbae, et 10 palumbi, et hirundinis, ammoniacum, bdellium, abrotonum, ficus arida, coccum gnidium, scobis eboris, omphacium, radícula, coagulum, sed maxime leporinum, fel, vitellus crudus, cornu cervinum, gluten taurinum, mel crudum, misy, chalcitis, crocum, uva taminia, spuma argenti, galla, 15 squama aeris, lapis haematites, minium, costum, sulphur, pix cruda, sebum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, ervum.

## CAPUT VI.

20

Quae rodant.

Rodunt alumen liquidum, sed magis rotundum, aerugo, chalcitis, misy, squama aeris, sed magis rubri, aes combustum, sandaracha, minium sinopicum, galla, balsamum, myrrha, tus, turis cortex, galbanum, resina terebinthina humida, piper utrumque, sed rotundum magis, cardamomum, 25 auripigmentum, calx, nitrum et spuma ejus, apii semen, narcissi radix, omphacium, aleyonium, oleum ex amaribus nucibus, allium, mel crudum, vinum, lentiscus, squama ferri, fel taurinum, scammonia, uva taminia, cinnamomum, styrax, cicutae semen (cf. II, 33), resina, narcissi semen, 30 fel, nuces amarae, atramentum sutorium, chrysocolla, veratrum, cinis.

## CAPUT VII.

Quae exedant corpus.

Exedunt corpus acaciae succus, hebenus, aerugo, squama aeris, chrysocolla, cinis cyprius, nitrum, cadmia, spuma argenti, hypocistis, diphryges, sal, auripigmentum, sulphur, cicuta, sandaracha, salamandra, alcyonium, aeris flos, chalcitis, atramentum sutorium, ochra, calx, galla, alumen, lac caprifici, vel lactucae marinae, quae *τιθύμαλλος* a Graecis nominatur, fel, turis fuligo, spodium, lenticula, mel, oleae folia, marrubium, lapis haematites, et phrygius, et assius, et scissilis, misy, vinum, acetum.

## CAPUT VIII.

Quae adurant.

Adurant auripigmentum, atramentum sutorium, chalcitis, misy, aerugo, calx, charta combusta, sal, squama aeris, faex combusta, myrrha, stercus et lacerti, et columbae, et palumbi, et hirundinis, piper, coccum gnidium, allium, diphryges, lac utrumque quod proximo capite supra comprehensum est, veratrum et album et nigrum, cantharides, corallium, pyrethrum, tus, salamandra, eruca, sandaracha, uva taminia, chrysocolla, ochra, alumen scissile, ovillum, stercus, oenanthe.

## CAPUT IX.

Quae crustas ulceribus inducant.

Eadem fere crustas ulceribus tamquam igne adustis inducunt, sed praecipue chalcitis, utique si cocta est, flos aeris, aerugo, auripigmentum, misy, et id quoque magis coctum.

## CAPUT X.

Quae crustas ulceribus resolvant.

Crustas vero has resolvit farina triticea cum ruta, vel porro, aut lenticula, cui mellis aliquid adjectum sit.



## CAPUT XI.

Quae discutiant ea, quae in aliqua parte corporis coierunt.

Ad discutienda vero ea, quae in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt abrotonum, helenium, amaracus, alba viola, mel, liliū, sampsuchus cyprius (cf. Plin. XXI, 5 11, 35; 22, 93), lac, sertula campana, serpyllum, cupressus, cedrus, iris, viola purpurea, narcissus, rosa, crocum, passum (*prasiū*. Lind.), juncus quadratus, nardum, cinnamomum, casia, ammoniacum, cera, resina, uva taminia, spuma argenti, styrax, ficus arida, tragoriganus, lini et 10 narcissi semen, bitumen, sordes ex gymnasio, pyrites lapis, aut molaris, crudus vitellus, amarae nuces, sulphur.

## CAPUT XII.

Quae evocent et educant.

Evocat et educit ladanum, alumen rotundum, hebenus, 15 lini semen, omphacium, fel, chalcitis, bdellium, resina terebinthina et pinea, propolis, ficus arida decocta, stercus columbae, pumex, farina lolii, grossi in aqua cocti, elaterium, lauri baccae, nitrum, sal.

## CAPUT XIII.

20

Quae exasperata laevent.

Laevat id quod exasperatum est, spodium, hebenus, gummi, ovi album, lac, tragacanthum.

## CAPUT XIV.

Quae carnem nutriant ut ulcus impleant.

25

Carnem alit et ulcus implet resina pinea, ochra attice, vel, astyricae (*mel erithace?* cf. Varro *R. R.* III, 16), cera, butyrum.

## CAPUT XV.

Quae molliant.

Molliunt aes combustum, terra eretria, nitrum, papperis lacrima, ammoniacum, bdellium, cera, sebum, adeps, oleum, ficus arida, sesamum, sertula campana, narcissi et radix et semen, rosae folia, coagulum, vitellus crudus, amarae nuces, medullae omnis, stibi, pix, cochlea cocta, cicutae semen, plumbi recrementum; *σκωρίαν μολύβδου* Graeci vocant; panaces, cardamomum, galbanum, resina, uva taminia, styrax, iris, balsamum, sordes ex gymnasio, sulphur, butyrum, ruta.

## CAPUT XVI.

Quae cutem purgent.

Cutem purgat mel, sed magis si est cum galla, vel ervo, vel lenticula, vel marrubio, vel iride, vel ruta, vel nitro, vel aerugine.

## CAPUT XVII.

De mixturis simplicium rerum, et de ratione ponderum.

1. Expositis simplicibus facultatibus, dicendum est quemadmodum misceantur, quaeque ex his fiant. Miscentur autem varie, neque hujus ullus modus est; quum ex simplicibus alia demantur, alia adjiciantur; iisdemque servatis, ponderum ratio mutetur. Itaque quum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt: quae comprehendi si possent, tamen esset supervacuum. Nam et iidem effectus intra paucas compositiones sunt, et mutare eas cuilibet, cognitis facultatibus, facile est. Itaque contentus iis ero, quas accepi velut nobilissimas. In hoc autem volumine eas explicabo, quae vel desiderari in prioribus potuerunt, vel ad eas curationes pertinent, quas protinus hic comprehendam, sic ut tamen, quae magis communia sunt, simul jungam. Si qua singulis, vel etiam paucis accommodata sunt, in ipsarum locum differam. Sed et ante

sciri volo, in uncia pondus denariorum septem esse: unius deinde denarii pondus dividi a me in sextantes, ut idem in sextante denarii habeam, quod Graeci habent in eo quem ὀβολόν appellant. Id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scripulo facit. 5

2. Malagmata vero, atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, quum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata maxime ex odoribus eorumque etiam surculis, emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. Deinde malagmata contusa abunde mollescunt: nam super integram cutem injiciuntur: laboriose vero conteruntur ea, ex quibus emplastra pastillique fiunt, ne laedant vulnera, quum imposita sunt. Inter emplastrum autem et pastillum hoc interest, quod emplastrum utique liquati aliquid accipit: in pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore junguntur. Tum emplastrum hoc modo fit: arida medicamenta per se teruntur; deinde mixtis his instillatur aut acetum, aut si quis alius non pinguis humor accessurus est, et ea rursus ex eo teruntur: ea vero, quae liquari possunt, ad ignem simul liquantur; et si quid olei misceri debet, tum infunditur: interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Ubi facta sunt, quae separatim fieri debuerunt, in unum omnia miscentur. At pastilli haec ratio est: arida medicamenta contrita humore non pingui, ut vino, vel aceto, coguntur, et rursus coacta, inarescent; atque, ubi utendum est, ejusdem generis humore diluuntur. Tum emplastrum imponitur, pastillus illinitur, aut alicui molliori ut cerato, miscetur. 15

## CAPUT XVIII.

### De Malagmatis.

30

His cognitis, primum malagmata subjiciam, quae fere non sunt refrigerandi, sed calefaciendi causa reperta. Est tamen, quod refrigerare possit, ad calidas podagras aptum. Habet gallae et immaturae et alterius, coriandri seminis, cicutae, lacrimae aridae, gummis, singulorum plenum acetulum, cerati eloti, quod πεπλυμένον Graeci vocant, seli-

bram. Reliqua fere calefaciunt: sed quaedam digerunt materiam, quaedam extrahunt, quae ἐπισπαστικά vocantur; pleraque certis magis partibus membrorum accommodata sunt.

5 2. Si materia extrahenda est, ut in lateris dolore, in incipiente abscessu, in suppuratione quoque mediocri, aptum est id quod habet resinae aridae, nitri, ammoniaci, galbani, singulorum pondo, cerae pondo. Aut in quo haec sunt: aeruginis rasae, turis, singulorum p. )-(. II. ammoniaci salis  
 0 p. )-(. VI. squamae aeris, cerae, singulorum p. )-(. VIII. resinae aridae p. )-(. XII. aceti cyathus (Galenus, *De composit. Medicam. secundum genera* VI, 14). Idem praestat cumini farina cum struthio, et melle.

3. Si jecur dolet, id in quo est balsami lacrimae p.  
 15 )-(. XII. costi, cinnamomi, casiae corticis, myrrhae, croci, junci rotundi, balsami seminis, iridis illyricae, cardamomi, amomi, nardi, singulorum p. )-(. XVI. quibus adjicitur nardinum unguentum, donec cerati crassitudo sit. Et hujus quidem recentis usus est: si vero servandum est, resinae  
 20 terebinthinae p. )-(. XVI. cerae p. )-(. X. ex vino leni contunduntur, tum eo miscentur.

4. At si lienis torquet, glandis, quam βάλανον μυρσιζικήν Graeci vocant, cortex et nitrum paribus portionibus contunduntur, respurgunturque aceto quam acerrimo: ubi  
 25 cerati crassitudinem habet, linteo ante in aqua frigida madefacto illinitur, et sic imponitur; supraque farina hordeacea injicitur: sed manere ibi non amplius sex horis debet, ne lienem consumat; satiusque est id bis, aut ter fieri.

5. Commune autem jecinori, et liei, Lysias composuit  
 30 ex his: opopanacis, styracis, galbani, resinae, singulorum p. )-(. II. ammoniaci, bdellii, cerae, sevi taurini, iridis aridae p. )-(. IV. cachryos acetabulo, piperis granis quadraginta: quae contrita irino unguento temperantur.

6. Ad laterum autem dolores compositio est Apollon-  
 35 phanis: in qua sunt resinae terebinthinae, turis fuliginis, singulorum p. )-(. IV. bdellii, ammoniaci, iridis, sevi vitulini, aut caprini a renibus, visci, singulorum p. )-(. IV. Haec

autem eadem omnem dolorem levant, dura emolliunt, mediocriter calefaciunt (Gal. S. G. VII, 7).

7. Ad idem Andrae quoque malagma est; quod etiam resolvit, humorem educit, pus maturat, ubi id maturum est, cutem rumpit, ad cicatricem perducit. Prodest impositum minutis majoribusque abscessibus; item articulis, ideoque et coxis, et pedibus dolentibus; item, si quid in corpore collisum est, reficit; praecordia quoque dura et inflata emollit; ossa extrahit: ad omnia denique valet, quae adjuvare calor potest. Id habet cerae p. )-(. XI. visci, sycamini, quam alias sycomororum vocant (cf. III, 18), lacrimae, singulorum p. )-(. I. piperis et rotundi, et longi, ammoniaci thymiamatis, bdellii, iridis illyricae, cardamomi, amomi, xylobalsami, turis masculi, myrrhae, resinae aridae, singulorum p. )-(. X. pyrethri, cocci gnidii, spumae nitri, salis ammoniaci, aristolochiae creticae, radiceis ex cucumere agresti, resinae terebinthinae liquidae, singulorum p. )-(. XX. quibus adjicitur unguenti irini, quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda (Galenus, *De compositione medicam. secundum locos X*, 2).

8. Praccipuum vero est ad resolvenda quae adstricta sunt, mollienda quae dura sunt, dirigenda quae coeunt, id quod ad Polyarchum auctorem refertur. Habet junci quadrati, cardamomi, turis fuliginis, amomi, cerae, resinae liquidae pares portiones.

9. Aliud ad eadem Nilei: crocomagnatis (cf. Plin. XXI, 20, 82) p. )-(. IV. ammoniaci thymiamatis, cerae, singulorum p. )-(. XX. ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum rosa liquatur, et tum omnia junguntur (Gal. l. l. VIII, 5).

10. Proprie etiam dura emollit id, quod Moschi esse dicitur. Habet galbani unciam, turis fuliginis p. z. cerae, ammoniaci thymiamatis trientes, picis aridae p. II. aceti heminas tres (Gal. S. L. IV, 8).

11. Fertur etiam ad digerenda quae coeunt, sub auctore Medio, quod habet cerae p. z. panacis p. )-(. s. squamae aeris, aluminis rotundi, item scissilis, singulorum p. )-(. I. plumbi combusti p. )-(. I. s.



12. Ad eadem Panthemus utebatur calcis p. s. sinapis coutriti, item focni graeci, aluminis, singulorum p. I. sevi bubuli p. II. s.

13. 14. Ad strumam multa malagmata invenio. Credo autem, quo pejus id malum est, minusque facile discutitur, eo plura esse tentata; quae in personis varie responderunt. Andreas auctor est, ut haec misceantur: urticae seminis p. )-(. I. piperis rotundi, bdellii, galbani, ammoniaci thymiamatis, resinae aridae, singulorum p. )-(. IV. resinae liquidae, cerae, pyrethri, piperis longi, lactucae marinae seminis, sulphuris ignem non experti, quod *ἄπυρον* vocatur, faecis aridae aceti, spumae nitri, salis ammoniaci, sinapis, cardamomi, radicis ex cucumere silvestri, resinae, singulorum p. )-(. VIII. quae ex leni vino contunduntur (Gal. I. I. X, 2).

15. Expeditius ad idem fit, quod habet visci \* seminis, stercoris, resinae, sulphuris ignem non experti pares portiones. Et in quo est sulphuris p. )-(. I. lapidis, quem pyriten vocant, p. )-(. IV. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis ejusdem pars una, sulphuris duae partes, resinae terebinthinae partes tres.

16. Arabis autem cujusdam est ad strumam, et orientia tubercula, quod haec digerit. Habet myrrhae, salis ammoniaci, turis, resinae et liquidae et aridae, crocomagmatis, cerae, singulorum p. )-(. I. lapidis ejus, quem pyriten vocant, p. )-(. IV. quibus quidam adjiciunt sulphuris p. )-(. II.

17. Est etiam proficiens in struma, et in iis tuberibus, quae difficiliter concoquuntur, et in iis, quae *καρκινώδη* vocantur, quod ex his constat: sulphuris p. )-(. II. nitri p. )-(. IV. myrrhae p. )-(. VI. fuliginis turis p. s. salis ammoniaci p. z. cerae p. I.

18. Protarchus autem ad *παρωτίδας*, eaque tubercula, quae *μελιζηρίδες* nominantur, item mala ulcera, pumicis, resinae pineae liquidae, turis fuliginis, spumae nitri, iridis, singulorum p. )-(. VIII. cum cerae p. )-(. IX. miscebat, hisque olei cyathum et dimidium adjiciebat.

19. At adversus pauum tum primum orientem, quod

*φύγεθλον* Graeci vocant, et omne tuberculum, miscetur ochra, quae Attice nominatur, cum duabus partibus similiae, hisque, dum contunduntur, subinde mel instillatur, donec malagmatis crassitudo sit.

20. Discutit etiam omne tuberculum, id quod habet 5  
calcis, nitri spumae, piperis rotundi, singulorum p. )-(. I. galbani p. )-(. II. salis p. )-(. IV. quae excipiuntur cerato ex rosa facto.

21. Supprimitque omne, quod abscedit, id in quo est galbani, fabae frescae, singulorum p. )-(. I. myrrhae, turis, 10  
ex radice capparidis corticis, singulorum p. )-(. IV. Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus, et bene contritus, aceto subinde adjecto.

22. \* At si satis sanguis subit, recte imponitur, quod adversus phymata quoque potest. Constat ex his: bdellii, sty- 15  
racis, ammoniaci, galbani, resinae et aridae et liquidae pineae, item ex lentisco, turis, iridis, singulorum p. )-(. II.

23. *Καρκινώδη* vero commode his leniuntur: galbani, visci, ammoniaci, resinae terebinthinae, singulorum p. )-(. I. sevi taurini p. s. faecis combustae quam maxima 20  
portione, dum id siccius non faciat, quam esse malagma oportet.

24. Quod si facie contusa livor suberuentus est, haec compositio nocte et die imposita tollit. Aristolochiae, thapsiac, singulorum p. )-(. II. bdellii, styracis, ammoniaci 25  
thymiamatis, galbani, resinae aridae, et ex lentisco liquidae, turis masculi, iridis illyricae, cerae, singulorum p. )-(. IV. Idem faba quoque imposita proficit.

25. Sunt etiam quaedam malagmata, quae *ἀναστομα- 30*  
*τικά* Graeci vocant (Gal. Med. simpl. V, 14), quoniam apericendi vim habent. Quale est, quod ex his constat: piperis longi, spumae nitri, singulorum p. )-(. II. erysimi p. )-(. IV. quae cum melle miscentur. Idoneaque etiam strumae apericendae sunt. Ejus generis, vehementiusque ex his est id, quod habet calcis p. )-(. IV. piperis grana sex, nitri, cerae, 35  
singulorum p. )-(. X. mellis p. z. olei heminam.

26. Niconis quoque est quod resolvit, aperit, purgat. Habet alcyonium, sulphur, vitrum, pumicem, paribus por-

tionibus; quibus tantum picis, et cerae adjicitur, ut fiat cerati crassitudo.

27. Ad ossa autem Aristogenis fit ex his: sulphuris p. )-(. I. resinae terebinthinae, nitri spumae, et ex scilla 5 partis interioris, plumbi eloti, singulorum p. )-(. II. turis fuliginis p. )-(. VIII. ficus aridae quam pinguisssimae, sevi taurini, singulorum p. )-(. VIII. cerae p. )-(. XII. iridis macedonicae p. )-(. VI. sesami fricti acetabulum.

28. Maximeque nervis et articulis malagma convenit. 10 Igitur Enthyclei est, et ad articulos, et ad omnem dolorem, et ad vesicae, et ad recenti cicatrice contractos articulos, quae ἀγκύλας Graeci nominant, conveniens; quod habet fuliginis turis acetabulum, resinae tantumdem, galbani sine surculis sescunciam, ammoniaci, bdellii, singulorum p. z. 5 cerae p. s. Ad eosdem \* digitos: iridis, ammoniaci, galbani, nitri, singulorum p. )-(. XIV. resinae liquidae p. )-(. VI. cerae p. )-(. XVI.

29. Ad dolores articulorum, Sosagorae: plumbi combusti, papaveris lacrimae, corticis hyoscyami, styracis, 0 peucedani, sevi, resinae, cerae pares portiones.

30. Chrysippi: resinae liquidae, sandarachae, piperis, singulorum p. )-(. XII. quibus cerae paululum adjicitur.

31. Ctesiphontis: cerae creticae, resinae terebinthinae, nitri quam ruberrimi, singulorum p. s. olei cyathi tres. Sed 5 id nitrum ante per triduum, instillata aqua, teritur, et cum sextario ejus incoquitur, donec omnis humor consumatur. Potest vero ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam, omnemque coitum humoris emolliendum (Gal. S. L. VI, 14).

32. Ad articulos, fici quoque aridae partem nepetae 5 mixtam; vel uvam taminiam sine seminibus cum pulegio recte aliquis imponit.

33. Eadem podagrae praesidio sunt. Sed ad eam fit Aristonis quoque, quod habet nardi, cinnamomi, casiae, chamaeleontis, junci rotundi, singulorum p. )-(. VIII. sevi caprini ex irino liquati p. )-(. XX. iridis p. )-(. I. quae in aceto quam acerrimo jacere per XX. dies debet. Idem autem etiam recentia phymata doloresque omnes discutit.

34. At Theoxenus ad pedum dolores, sevi a renibus

partem tertiam, salis partes duas miscebat, hisque membranam illitam imponebat; tum superinjiciebat ammoniacum thymiana in aceto liquatum.

35. At Numenius podagram, ceterosque articulos induratos hoc mollebat: abrotani, rosae aridae, papaveris la-<sup>5</sup>crimae, singulorum p.)-(. III. resinae terebinthinae p.)-(. IV. turis, spumae nitri, singulorum p.)-(. VIII. iridis, aristolochiae, singulorum p.)-(. XII. cerae p. III. quibus adjicitur cedri cyathus unus, olei laurei cyathi tres, olei acerbi sextarius.

36. Si quando autem in articulis callus increvit, Dexius<sup>10</sup> docuit imponere calcis p.)-(. IV. cerussae p.)-(. VIII. resinae pineae p.)-(. XX. piperis grana XXX. cerae p. z. quibus, dum contunduntur, hemina vini lenis instillatur.

## CAPUT XIX.

### De Emplastris.

15

Ex emplastris autem nulla majorem usum praestant, quam quae cruentis protinus vulneribus injiciuntur: *ἐναιμα* Graeci vocant. Haec enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit, atque illius quoque impetum minuunt, tum glutinant vulnera quae id patiuntur, cicatricem iisdem<sup>20</sup> inducunt. Constant autem ex medicamentis non pinguibus; ideoque alipenae nominantur (Gal. S. G. I, 15).

1. Optimum ex his est, quod barbarum vocatur. Habet aeruginis rasae p.)-(. XII. spumae argenti p.)-(. XX. aluminis, picis aridae, resinae pineae aridae, singulorum p.)-(. I.<sup>25</sup> quibus adjiciuntur olei et aceti singulae heminae (Gal. S. G. II, 22, t. XIII, p. 556).

2. Alterum ad idem, quod *κωακόν* vocant, habet spumae argenti p.)-(. C. resinae aridae tantumdem: sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris<sup>30</sup> color niger est, qui fere talis fit ex pice atque resina: at ex bitumine nigerrimus; ex aerugine, aut aeris squama, viridis; ex minio ruber; ex cerussa albus.

3. Paucae admodum compositiones sunt, in quibus aliquid mixturae varietas novat. Ergo id quoque nigrum est,<sup>35</sup> quod *βασιλικόν* nominatur (cf. Gal. S. L. VIII, 5). Habet

opopanacis p. )-(. I. galbani p. )-(. II. picis, et resinae, singulorum p. )-(. X. olei dimidium cyathum.

4. At quia perviride est smaragdinum appellatur, in quo sunt resinae pineae p. )-(. III. cerae p. )-(. I. aeruginis p. s. turis fuliginis p. z. olei tantundem, aceti, quo fuligo et aerugo in unum cogantur (Gal. S. G. II, 2).

5. Est etiam coloris fere rufi, quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videtur. Habet turis p. )-(. I. resinae p. )-(. II. squamae aeris p. )-(. IV. spumae argenti p. )-(. XX. cerae p. )-(. C. olei heminam.

6. Praeterea est, quam *δάπτουσαν* a glutinando vocant (cf. 26, 23). Constat ex his: bituminis, aluminis scissilis, p. )-(. IV. spumae argenti p. )-(. XL. olei veteris hemina.

7. Praeterea sunt quaedam generis ejusdem, quae, quia capitibus fractis maxime conveniunt, *κεφαλικά* a Graecis nominantur. Philotae (Gal. S. G. IV, 13) compositio habet terrae eretriae, chalcitidis, singulorum p. )-(. IV. myrrhae, aeris combusti, singulorum p. )-(. X. ichthyocollae p. )-(. VI. aeruginis rasae, aluminis rotundi, misy crudi, aristolochiae, singulorum p. )-(. VIII. squamae aeris p. )-(. X. turis masculi p. )-(. II. cerae p. I. rosae, et olei acerbi ternos cyathos, aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur.

8. Aliud ad idem viride: aeris combusti, squamae aeris, myrrhae, ichthyocollae, singulorum p. )-(. VI. misy crudi, aeruginis rasae, aristolochiae, aluminis rotundi, singulorum p. )-(. VIII. cerae p. )-(. I. olei hemina, aceti quod satis sit (Gal. S. G. II, 2).

9. Puri autem movendo non aliud melius, quam quod expeditissimum est: *τετραφάρμακον* a Graecis nominatur (Gal. Med. simpl. XI, 1, §. 2). Habet pares portiones cerae, picis, resinae, sevi taurini; si id non est, vitulini.

10. Alterum ad idem, *έννεαφάρμακον* nominatur; quod magis purgat. Constat ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina vel vitulina vel bubula, oesypo, butyro: quorum ipsorum quoque pondera paria miscentur (Gal. S. L. IX, 7).

11. Sunt autem quaedam emplastra, quibus utriusque rei facultas est: quae, si singula habenda sunt, meliora sunt;



sed in copia rejicienda sunt; iis potius adhibitis, quae proprie id quod eo tempore opus est, consequuntur. Exempli causa duo proponam. Est igitur ad vulnera Attalum (Attalicum? — cf. Gal. *S. G.* I, 17); quod habet squamae aeris p.)-(. XVI. turis fuliginis p.)-(. XV. ammoniaci tantundem, resinae terebinthinae liquidae p.)-(. XXV. sevi taurini tantundem, aceti heminas tres, olei sextarium. At inter ea, quae fracto capiti accommodantur, habent quidam id, quod ad auctorem Judaeum refertur (cf. Aëtius, XV, 14). Constat ex his: salis p.)-(. IV. squamae aeris rubri, aeris combusti, singulorum p.)-(. XII. ammoniaci thymiamatis, turis fuliginis, resinae aridae, singulorum p.)-(. XVI. resinae colophoniacaе, cerae, sevi vitulini curati, singulorum p.)-(. XX. aceti sesquicyathus, olei minus cyatho. Curata vocant, quum ex sevo, puta, omnes membranulae diligenter exemptae sunt. 15

12. Sunt etiam quaedam emplastra nobilia ad extrahendum, quae ipsa quoque ἐπισπαστικά nominantur (Gal. *S. G.* VI, 13): quale est quod, quia lauri baccas habet, διὰ δαφνιδίων appellatur. In eo est, resinae terebinthinae p.)-(. X. nitri, cerae, picis aridae, baccarum lauri, singulorum p. 20 )-(. XX. olei paulum. Quoties aut baccam, aut nucem, aut simile aliquid posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summam pelliculam esse demendam.

13. Aliud eodem nomine, quod puri quoque movendo est. Sevi vitulini, ammoniaci thymiamatis, picis, cerae, 25 nitri, baccarum lauri, resinae aridae, aristolochiae, pyrethri pares portiones.

14. Praeter haec est Philocratis; quod habet salis ammoniaci p.)-(. VII. aristolochiae p.)-(. VIII. cerae, resinae terebinthinae, fuliginis turis, singulorum p.)-(. XV. spumae 30 argenti p.)-(. XXXII. Quibus, ut pus quoque moveant, iridis p.)-(. IV. et galbani p.)-(. VI. adjiciuntur.

15. Optimum tamen ad extrahendum est id, quod a similitudine sordium ὄνυαδες Gracci appellant (Gal. *S. G.* II, 1). Habet myrrhae, croci, iridis, propolis, bdellii, capitulorum punici mali, aluminis et scissilis et rotundi, misy, chalcitidis, atramenti sutorii cocti, opopanacis, salis ammoniaci, visci, singulorum p.)-(. IV. aristolochiae p.)-(.

VIII. squamae aeris p. )-(. XVI. resinae terebinthinae p. )-(. LXXV. cerae, et sevi vel taurini vel hircini, singulorum p. )-(. C.

16. Hecataeo quoque auctore emplastrum generis ejusdem fit ex his: galbani p. )-(. II. fuliginis turis p. )-(. IV. picis p. )-(. VI. cerae, et resinae terebinthinae, singulorum p. )-(. VIII. quibus paulum irini unguenti miscetur.

17. Valensque ad idem emplastrum viride alexandrinum est. Habet aluminis scissilis p. )-(. VIII. salis ammoniaci p. )-(. VIII. z. squamae aeris p. )-(. XVI. myrrhae, turis, singulorum p. )-(. XVIII. cerae p. )-(. CL. resinae colophoniacaе aut pineae p. )-(. CC. olei heminam, aceti sextarium.

18. Quaedam autem sunt emplastra exedentia, quae *σηπτά* Graeci vocant: quale est id, quod habet resinae terebinthinae, fuliginis turis, singulorum p. z. squamae aeris p. )-(. I. ladani p. )-(. II. aluminis tantundem, spumae argenti p. )-(. IV.

19. Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resolvit, et supercrescentem carnem coerces id, quod habet spumae argenti, squamae aeris uncias singulas, nitri ignem non experti, lapidis assii, aristolochiae p. sextantes, cerae, resinae terebinthinae, turis, olei veteris, atramenti sutorii, salis ammoniaci p. s. aeruginis rasae p. bessem, aceti sciliciti heminam, vini aminci tantundem.

20. Sunt etiam adversus morsus quaedam accommodata; quale est Diogenis nigrum, quod habet bituminis, cerae, resinae pineae aridae, singulorum p. )-(. XX. spumae argenti p. )-(. C. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aeris p. )-(. IV. cerussae, et aeruginis rasae, singulorum p. )-(. VIII. ammoniaci p. )-(. XII. cerac, resinae pincae, singulorum p. )-(. XXV. spumae argenti p. )-(. C. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aeris p. )-(. XIV. galbani p. )-(. VI. cerussae, et aeruginis rasae, singulorum p. )-(. VIII. ammoniaci p. )-(. XII. cerae, resinae pineae, singulorum p. )-(. XXXV. Spuma argenti concoquitur.

21. Rubrum quoque emplastrum, quod Ephesium vocatur, huc aptum est. Habet resinae terebinthinae p. )-(. II. galbani p. )-(. IV. minii sinopici p. )-(. VI. turis fuliginis

p. )-(. VI. cerae p. )-(. VIII. spumae argenti p. )-(. XXXVI. olei veteris heminam.

22. Item id, quod ex his constat: squamae aeris, turis fuliginis, singulorum p. )-(. IV. galbani p. )-(. VI. salis ammoniaci p. )-(. XII. z. cerae p. )-(. XXV. olei tribus<sup>5</sup> heminis. Haec autem aliis quoque recentioribus vulneribus recte imponuntur.

23. Sunt etiam alba lenia (Gal. S. G. I, 18); fere non gravibus vulneribus accommodata, praecipueque senilibus: quale est quod habet cerussae p. )-(. XXXII. sevi vitulini curati, et cerae, singulorum p. )-(. XLVIII. olei heminas tres, ex quibus cerussa coquitur.

24. Aliud, quod habet cerussae p. )-(. XX. cerae p. )-(. XXXV. olei heminam, aquae sextarium. Quae quoties adjiciuntur cerussae vel spumae argenti, scire licet illa ex his<sup>15</sup> coquenda esse. Est autem ea percandida compositio, ideoque elephantine nominatur.

25. Lenia quoque quaedam emplastra sunt, quas λιπαρώς fere Graeci nominant; ut id quod habet minii p. )-(. IV. spumae argenti p. )-(. XXV. cerae, et adipis suillae, singulorum p. )-(. XXXVII. vitellos quatuor.

26. Alia compositio generis ejusdem: cerae, resinae terebinthinae, singulorum p. )-(. VI. cerussae p. )-(. VIII. spumae argenti, plumbi recrementi, singulorum p. )-(. XX. cicini olei et murtei singulae heminae.

27. Tertia, quae ad auctorem Archagathum refertur: misy cocti, aeris combusti, singulorum p. )-(. IV. cerussae coctae p. )-(. VIII. resinae terebinthinae p. )-(. X. spumae argenti p. )-(. VI.

28. Etiamnum generis ejusdem: spumae argenti, cerae,<sup>30</sup> adipis suillae, singulorum p. )-(. XXVII. vitelli cocti quatuor, rosae hemina. Aut cerati ex oleo murteo facti partes tres, adipis suillae pars quarta, paulum ex plumbi recremento. Aut, spumae argenti selibra, ex olei hemina, et aquae marinae altera, cocta, donec bullire desierit, cui paulum cerae<sup>35</sup> sit adjectum. Aut, pares portiones cerae, sevi, stibis, spumae argenti, cerussae.

## CAPUT XX.

## De pastillis.

1. Pastilli quoque facultates diversas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda sanandaque apti: qualis est, qui habet chalcitidis, misy, spumae nitri, floris aeris, gallae, aluminis scissilis modice cocti, singulorum p. )-(. I. aeris combusti, capitulorum mali punici, singulorum p. )-(. III. Hunc oportet diluere aceto, ac sic, ubi vulnus glutinandum est, illinire. At, si nervosus aut musculosus is locus est, commodius est, cerato miscere, sic, ut illius octo partes, nona hujus sit.

Alius ad idem constat ex his: bituminis, aluminis scissilis, singulorum p. )-(. I. aeris combusti p. )-(. IV. spumae argenti p. )-(. XI. olei sextario.

2. Sed longe Polyidae celeberrimus est, *σφοραγίς* autem nominatur: qui habet aluminis scissilis p. )-(. I. s. atramenti sutorii p. )-(. II. myrrhae p. )-(. V. aloes tantumdem, capitulorum punici mali, fellis taurini, singulorum p. )-(. VI. quae contrita vino austero excipiuntur (Gal. S. G. V, 12).

3. Ad ulcera sordida, et nigritiem in auribus, naribus, obscenis partibus, inflammationesque eorum: chrysocollae p. )-(. I. atramenti sutorii, aluminis scissilis, singulorum p. )-(. II. halicaccabi corticis p. )-(. IV. minii p. )-(. VI. spumae argenti p. )-(. XII. cerussae p. )-(. XVI. quae ex aceto et coguntur, et, ubi utendum est, diluuntur.

4. Andronis vero est ad uvam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia: gallae, atramenti sutorii, myrrhae, singulorum p. )-(. I. aristolochiae, aluminis scissilis, singulorum p. )-(. II. capitulorum punici mali p. )-(. XXV. ex passo coacta, et, quum usus exigit, aceto vel vino diluta, prout valentius aut levius vitium est, cui mendendum est (*Ibid.*).

5. Proprie autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, aeruginis p. )-(. II. myrrhae p. )-(. XII. stibis, lacrimae papaveris, acaciae, singulorum p. )-(. XVI. quae ex vino et teruntur, et in ipso usu deliquantur (cf. *Ibid.*: *Pastillus Darii*).

6. Expellere autem ex vesica cum urina calculum videtur haec compositio: casiae, croci, myrrhae, costi, nardi, cinnamomi, dulcis radice, balsami, hyperici pares portiones conteruntur; deinde vinum lene instillatur, et pastilli fiunt, qui singuli habeant p. )-(. z. lique singuli quotidie mane 5 jejuno dantur.

## CAPUT XXI.

### De pessis.

Haec tria compositionum genera, maximum praecipueque varium usum praestant. Sed alia quoque utilia sunt; 10 ut ea quae feminis subjiciuntur: *πεσσούς* Graeci vocant. Eorum haec proprietas est: medicamenta composita molli lana excipiuntur, eaque lana naturalibus conditur.

1. Ad sanguinem autem evocandum, cauneis duabus adjicitur nitri p. )-(. I. aut allii semen conteritur, adjicitur 15 myrrhae paululum, et unguento susino miscetur: aut cucumeris silvestris pars interior ex lacte muliebri diluitur.

2. Ad vulvam molliendam ovi vitellus, et foenum graecum, et rosa, et crocum temperantur. Aut elaterii p. )-(. z. salis tantundem, uvae taminiae p. )-(. VI. melle excipiuntur. 20

3. Aut Boetho auctore: croci, resinae terebinthinae, singulorum p. )-(. IV. myrrhae p. )-(. ZZ. rosae p. )-(. I. sevi vitulini p. )-(. I. z. cerae p. )-(. II. miscentur.

4. Optima autem adversus inflammationes vulvae Nume-  
nii compositio est, quae habet croci p. )-(. z. cerae p. )-(. 25  
I. butyri p. )-(. VIII. adipis anserinae p. )-(. XII. vitellos  
coctos duos, rosae minus cyatho.

5. Si vero infans intus decessit, quo facilius ejiciatur, malicorium ex aqua terendum, eoque utendum est.

6. Si concidere vitio locorum mulier solet, cochleae 30  
cum testis suis comburendae conterendaeque, deinde his  
mel adjiciendum est.

7. Si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est.



## CAPUT XXII.

De medicamentis quibus aridis utimur.

1. Quaedam autem mixturae medicamentorum sunt, quibus aridis neque coactis utimur sic, ut inspergamus, aut cum aliquo liquido mixta illinamus (Cf. Gal. S. G. V, 13 et 14): quale est ad carnem supercrescentem exedendam, quod habet squamae aeris, fuliginis turis, singulorum p. )-(. I. aeruginis p. )-(. II. Haec autem eadem cum melle purgant ulcera; cum cera, implent. Misy quoque et galla, si paribus portionibus misceantur, corpus consumunt: eaque vel arida inspergere licet, vel excepta cadmia illinere.

2. Putrem vero carnem continet, neque ultra serpere patitur, et leniter exest, mel vel cum lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleae foliis, ante ex vino decoctis: item sertula campana in mulso cocta, deinde contrita: aut calx cum cerato: aut amarae nuces cum allio sic, ut hujus pars tertia sit, paulumque his croci adjiciatur: aut quod habet spumae argenti p. )-(. VI. cornu bubuli combusti p. )-(. XII. olei murtei, et vini cyathos ternos: aut quod ex his constat: floris punici mali, atramenti sutorii, aloes, singulorum p. )-(. II. aluminis scissilis, turis, singulorum p. )-(. IV. gallae p. )-(. VIII. aristolochiae p. )-(. X. Vehementius idem facit, etiam adurendo, auripigmentum cum chalcitide, et aut nitro, aut calce, aut charta combusta: item sal cum aceto; vel ea compositio, quae habet chalcitidis, capitulum punici mali, aloes, singulorum p. )-(. II. aluminis scissilis, turis, singulorum p. )-(. IV. gallae p. )-(. VIII. aristolochiae p. )-(. X. mellis quantum satis sit ad ea cogenda: vel cantharides p. )-(. I. sulphuris p. )-(. I. lolii p. )-(. III. quibus adjicitur picis liquidae quantum satis est ad jungendum: vel chalcitis quoque cum resina et ruta mixta; aut cum eadem resina diplhyges: aut uva taminia cum pice liquida, Idem vero possunt faecis vini combustae et calcis, et nitri pares portiones: vel aluminis scissilis p. )-(. zz. turis sandarachae, nitri, singulorum p. )-(. I. gallae p. )-(. VIII. aristolochiae p. )-(. X. mellis quantum satis est.

3. Est etiam Herae compositio, quae habet myrrhae,

chalcitidis, singulorum p. )-(. II. aloes, turis, aluminis scissilis, singulorum p. )-(. IV. aristolochiae, gallae immaturae, singulorum p. )-(. VIII. malicorii contriti p. )-(. X.

4. Est Judaei, in qua sunt calcis partes duae, nitri quam ruberrimi pars tertia: quae urina impuberis pueri coguntur, donec strigmenti crassitudo sit. Sed subinde is locus, cui id illinitur, madefaciendus est.

5. At Jollas, chartae combustae, sandarachae, singulorum p. )-(. I. calcis p. )-(. II. auripigmenti tantumdem miscebat.

6. Si vero ex membrana, quae super cerebrum est, profluit sanguis, vitellus combustus et contritus inspergi debet: si alio loco sanguinis profluvium est, auripigmenti, squamae aeris, singulorum p. )-(. I. sandarachae p. )-(. II. marmoris cocti p. )-(. IV. Eadem cancro quoque obsistunt. Ad inducendam cicatricem, squamae aeris, turis fuliginis, singulorum p. )-(. II. calcis p. )-(. IV. Eadem increscentem quoque carnem coercent.

7. Timaeus autem ad ignem sacrum et his utebatur: myrrhae p. )-(. II. turis, atramenti sutorii, singulorum p. )-(. III. sandarachae, auripigmenti, squamae aeris, singulorum p. )-(. IV. gallae p. )-(. VI. cerussae combustae p. )-(. VIII. Ea vel arida inspersa, vel melle excepta idem praestant.

8. Sternutamenta vero vel albo veratro, vel struthio coniecto in nares excitantur, vel his mixtis: piperis, veratri albi, singulorum p. )-(. z. castorei p. )-(. I. spumae nitri p. )-(. I. struthii p. )-(. IV.

9. Gargarizationes autem aut laevandi causa fiunt, aut reprimendi, aut evocandi. Laevant lac, cremor vel ptisanae, vel furfurum: reprimunt aqua, in qua vel lenticula. vel rosa, vel rubus, vel cotoneum malum, vel palmulae decoctae sint: evocant sinapi, piper.

### CAPUT XXIII.

De antidotis, et quibus malis opitulentur.

Antidota raro, sed praecipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur. Ea recte quidem dan-

tur collisis corporibus vel per ictus, vel ubi ex alto decidunt, vel in viscerum, laterum, faucium, interiorumque partium doloribus: maxime autem desideranda sunt adversus venena, vel per morsus, vel per cibos, aut potiones nostris corporibus inserta.

1. Unum est, quod habet lacrimae papaveris p. )-(. zz. acori, malabathri p. )-(. v. iridis illyricae, gummi, singulorum p. )-(. II. anisi p. )-(. III. nardi gallici, foliorum rosae aridorum, cardamomi, singulorum p. )-(. IV. petroselinii p. )-(. IV. zz. trifolii p. )-(. v. casiae nigrae, silis, bdellii, balsami seminis, piperis albi, singulorum p. )-(. v. zz. styracis p. )-(. v. zz. myrrhae, opopanax, nardi syri, turis masculi, hypocistidis succi, singulorum p. )-(. VI. castorei p. )-(. VI. costi, piperis albi, galbani, resinae terebinthinae, croci, floris junci rotundi, singulorum p. )-(. VI. zz. dulcis radice p. )-(. VIII. zz. quae vel melle vel passo excipiuntur.

2. Alterum quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur composuisse, atque AMBROSIAM nominasse, ex his constat: costi, turis masculi, singulorum p. )-(. v. piperis albi p. )-(. z. floris junci rotundi p. )-(. II. cinnamomi p. )-(. III. casiae nigrae p. )-(. IV. croci cilicii p. )-(. IV. z. myrrhae, quam *σταυτήν* nominant, p. )-(. v. nardi indici p. )-(. v. z. quae singula contrita melle cocto excipiuntur; deinde, ubi utendum est, id quod aegyptiae fabae magnitudinem impleat, in potione vini diluitur (Gal. *Antid.* II, 1, 8, 17).

3. Nobilissimum autem est Mithridatis (*Ibid.* II, 1, 2), quod quotidie sumendo rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse: in quo haec sunt: costi p. )-(. z. acori p. )-(. v. hyperici, gummis, sagapeni, acaciae succi, iridis illyricae, cardamomi, singulorum p. )-(. II. anisi p. )-(. III. nardi gallici, gentianae radice, aridorum rosae foliorum, singulorum p. )-(. IV. papaveris lacrimae, petroselini, singulorum p. )-(. IV. z. casiae, silis, polii, piperis longi, singulorum p. )-(. VI. styracis p. )-(. v. z. castorei, turis, hypocistidis succi, myrrhae, opopanax, singulorum p. )-(. VI. malabathri folii p. )-(. VI. floris junci rotundi, resinae terebinthinae, galbani, dauci cretici seminis,

singulorum p. )-(. VI. z. nardi, opobalsami, singulorum p. )-(. VI. z. thlaspis p. )-(. V. zz. radiceis ponticae p. )-(. VII. croci, zingiberis, cinnamomi, singulorum p. )-(. VIII. Haec contrita melle excipiuntur, et adversus venenum, quod magnitudinem nucis graecae impleat, ex vino datur: in ceteris autem affectibus corporis pro modo eorum, vel quod aegyptiae fabae, vel quod ervi magnitudinem impleat, satis est.

## CAPUT XXIV.

De acopis.

1. Acopa quoque utilia nervis sunt: quale est quod habet floris junci rotundi p. )-(. II. zz. costi, junci quadrati, lauri baccarum, ammoniaci, cardamomi, singulorum p. )-(. III. z. myrrhae, aeris combusti, singulorum p. )-(. VII. iridis illyricae, cerae, singulorum p. )-(. XIII. alexandri calami, junci rotundi, aspalathi, xylobalsami, singulorum p. )-(. XXVIII. sevi p. I. unguenti irini cyathum.

2. Alterum quod *εὐώδες* vocant, hoc modo fit: cerae p. z. olei tantundem, resinae terebinthinae ad nucis juglandis magnitudinem, simul incoquantur; deinde in mortario teruntur, instillaturque superinde quam optimi mellis acetabulum, tum irini unguenti, et rosae terni cyathi.

3. *Ἐγχριστα* autem Graeci vocant liquida, quae illinuntur: quale est quod fit ad ulcera purganda et implenda, maxime inter nervos, paribus portionibus inter se mixtis, butyri, medullae vitulinae, sevi vitulini, adipis auserinae, cerae, mellis, resinae terebinthinae, rosae, olei cicini: quae separatim omnia liquantur, deinde liquida miscentur, et tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat: magis vero emollit, si pro rosa cyprus infunditur.

4. Ad sacrum ignem: spumae argenti p. )-(. VI. cornu bubuli combusti p. )-(. XII. conteruntur, adjiciturque invicem vinum, et murteum, donec utriusque terni cyathi conciantur.

## CAPUT XXV.

## De Catapotis.

1. Catapotia quoque multa sunt, variisque de causis fiunt. *Ἀνώδυνα* vocant, quae somno dolorem levant: quibus uti, nisi nimia necessitas urget, alienum est. Sunt enim ex vehementibus medicamentis, et stomacho alienis. Potest tamen etiam ad concoquendum, quod habet papaveris lacrimae, galbani, singulorum p. )-(. I. myrrhae, castorei, piperis, singulorum p. )-(. II. ex quibus, quod ervi magnitudinem  
 10 habet, satis est devorasse.

2. Alterum stomacho pejus, ad somnum valentius, ex his fit: mandragorae p. )-(. z. apii seminis, item hyoscyami seminis, singulorum p. )-(. IV. quae ex vino teruntur. Unum autem ejusdem magnitudinis, quae supra posita est,  
 15 abunde est sumsisse.

3. Sive autem capitis dolores, sive ulcera, sive lippitudo, sive spiritus difficultas, sive intestinorum tormenta, sive inflammatio vulvae est, sive coxa, sive jecur, aut lienis, aut latus torquet, sive vitio locorum aliquo prolabitur  
 20 et obmutescit, occurrit dolori per quietem ejusmodi catapotium. Silis, acori, rutae silvestris seminis, singulorum p. )-(. I. castorei, cinnamomi, singulorum p. )-(. II. papaveris lacrimae, panacis radice, mandragorae, malorum aridorum, junci rotundi floris, singulorum p. )-(. III. piperis  
 25 grana LVI. Haec per se contrita, rursus instillato subinde passo simul omnia teruntur, donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulum aut devoratur, aut aqua diluitur, et potui datur.

4. Quin etiam silvestris papaveris, quum jam ad excipi-  
 30 endam lacrimam maturum est, manipulus in vas demittitur, et superinfunditur aqua, quae id contegat, atque ita coquitur. Ubi jam bene manipulus is coctus est, ibidem expressus projicitur, et cum eo humore passum pari mensura miscetur, infervetque, donec crassitudinem sordium habeat. Quum  
 35 infixit, catapotia ex eo fiunt ad nostrae fabae magnitudinem, habentque usum multiplicem. Nam et somnum faciunt, vel per se assumta, vel ex aqua data: et aurium dolores



levant, adjectis exiguo modo rutae succi, ac passo: et tormina supprimunt ex vino liquata: et inflammationem vulvae coercent, mixta cerato ex rosa facto, cum paulum his croci quoque accessit: et ex aqua fronti inducta, pituitam in oculos decurrentem tenent.

5  
5. Item, si vulva dolens somnum prohibet: croci p. )-(. zz. anisi, myrrhae, singulorum p. )-(. I. papaveris lacrimae p. )-(. III. cicutae seminis p. )-(. VIII. miscentur, excipiunturque vino vetere, et quod lupini magnitudinem habet, in tribus cyathis aquae diluitur. Id tamen in febre periculose 10 datur.

6. Ad sanandum jecur: nitri p. )-(. z. croci, myrrhae, nardi gallici, singulorum p. )-(. I. melle excipiuntur, daturque, quod aegyptiae fabae magnitudinem habeat.

7. Ad lateris dolores fluendos, piperis, aristolochiae, 15 nardi, myrrhae pares portiones.

8. Ad thoracis: nardi p. )-(. I. turis, casiae, singulorum p. )-(. III. myrrhae, cinnamomi, singulorum p. )-(. VI. croci p. )-(. VIII. resinae terebinthinae quadrans, mellis heminae tres. 20

9. Ad tussim Athenionis: myrrhae, piperis, singulorum p. )-(. I. castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. )-(. I. quae separatim contusa postea juuguntur, et ad magnitudinem fabae nostrae, bina catapotia mane, bina noctu dormituro dantur. 25

10. Si tussis somnum prohibet, ad utrumque Heraclidis Tarentini: croci p. )-(. z. myrrhae, piperis longi, costi, galbani, singulorum p. )-(. z. cinnamomi, castorei, papaveris lacrimae, singulorum p. )-(. I.

11. Quod si purganda ulcera in faucibus tussientibus 30 sunt, panacis, myrrhae, resinae terebinthinae, singulorum p. uncia, galbani p. )-(. z. hyssopi p. )-(.  $\Xi$ . conterenda sunt, hisque hemina mellis adjicienda, et quod digito excipi potest, devorandum est.

12. Colice vero Cassii ex his constat (Gal. S. L. IX, 4): 35 croci, anisi, castorei, singulorum p. )-(. III. petroselini p. )-(. IV. piperis et longi et rotundi, singulorum p. )-(. V. papaveris lacrimae, junci rotundi, myrrhae, nardi, singulo-

rum p. )-(. VI. quae melle excipiuntur. Id autem et devorari potest, et ex aqua calida sumi.

13. Infantem vero mortuum, aut secundas expellit aquae potio, cui salis ammoniaci p. )-(. I. aut cui dictami cretici p. )-(. I. adjectum est.

14. Ex partu laboranti erysimum ex vino tepido jejunaè dari debet.

15. Vocem adjuvat turis p. )-(. I. in duobus cyathis vini datum.

16. Adversus urinae difficultatem: piperis longi, castorei, myrrhae, galbani, papaveris lacrimae, croci, costi, unciae singulae, styracis, resinae terebinthinae, pondo sextantes, melampsithii cyathus: ex quibus ad magnitudinem fabae aegyptiae et mane et coenato dari debet.

17. Arteriae vero hoc modo fit: casiae, iridis, cinnamomi, nardi, myrrhae, turis, singulorum p. )-(. I. croci p. )-(. I. z, piperis grana XXX ex passi tribus sextariis decoquantur, donec mellis crassitudo his fiat; aut croci, myrrhae, turis, singulorum p. )-(. I. conjiciuntur in passi eodem modum, eodemque modo decoquantur: aut ejusdem passi heminae tres usque eo coquantur, donec extracta inde gutta indurescat; eo adjicitur tritae casiae p. )-(. I.

## CAPUT XXVI.

De quinque generibus noxarum corporis et primo de vulneribus.

Quum facultates medicamentorum proposuerim, genera in quibus noxa corpori est, proponam. Ea quinque sunt: quum quid extrinsecus laesit, ut in vulneribus; quum quid intra seipsum corruptum est, ut in cancro; quum quid innatum est, ut in vesica calculus; quum quid increvit, ut vena, quae intumescens in varicem convertitur; quum quid deest, ut quum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt in quibus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit. Ego, dilatis iis quae praecipue scalpellum et manum postulant, nunc de iis dicam quae maxime medicamentis egent. Dividam autem hanc quoque curandi partem, sicut priorem; et ante dicam

de iis quae in quamlibet partem corporis incidunt; tum de iis quae certas partes infestant. Incipiam a vulneribus.

1. In his autem ante omnia scire medicus debet, quae insanabilia sint, quae difficilem curationem habeant, quae promptiorem. Est enim prudentis hominis, primum eum, qui 5  
servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus ut occisi, quem sors ipsius interemit (*Hipp. De arte* 13): deinde, ubi gravis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis in difficili spem esse; ne, si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur. 1  
Sed ut haec prudenti viro conveniunt, sic rursus histrionis est, parvam rem attollere, quo plus praestitisse videatur. Obligarique aequum est confessione promptae rei, quo curiosius etiam circumspiciat, ne, quod per se exiguum est, majus curantis negligentia fiat. 1.

2. Servari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui jecinoris portae, cui in spina medulla percussa est; cuive aut pulmo medius, aut jejunum, aut tenuius intestinum, aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt; cuive circa fauces grandes venae, vel arteriae praecisae sunt 2  
(cf. *Aph.* VI, 18 et 23; *Coac.* 499).

3. Vix autem ad sanitatem perveniunt, quibus ulla parte aut pulmo, aut jecinoris crassum, aut membrana, quae continet cerebrum, aut lienis, aut vulva, aut vesica, aut ullum intestinum, aut septum transversum vulneratum est. Ii quo- 2  
que in praecipiti sunt, in quibus usque ad grandes intusque conditas venas in alis, vel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiam vulnera sunt, ubicumque venae majores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt: idque evenit non in alis tantum atque poplitibus, sed etiam 3  
in iis venis quae ad anum testiculosque perveniunt. Praeter haec malum vulnus est, quodcumque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est: item quodcumque musculum, aut nervum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem laesit (*Aph.* VI, 19; 3  
*Coac.* 494). Tutissimum omnium, quod in carne est.

4. Et haec quidem loco vel pejora, vel meliora sunt. Modo vero periculum facit quodcumque magnum est.

5. Aliquid etiam in vulneris genere figuraque est. Nam pejus est, quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est: adeo ut acuto quoque, quam retuso telo, vulnerari commodius sit. Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est; ex quo ve caro alia parte abscissa, alia dependet. Pessimaque plaga in orbem est; tutissima, quae lineae modo recta est. Quo deinde propius huic illive figurae vulnus est, eo vel deterius vel tolerabilius est.

6. Quin etiam confert aliquid et aetas, et corpus, et vitae propositum, et anni tempus: quia facilius sanescit puer vel adolescens, quam senior; valens, quam infirmus; neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam si alterum ex his est; integri habitus, quam corrupti; exercitatus, quam iners; sobrius et temperans, quam vino venerique deditus. Opportunissimumque curationi tempus vernum est, aut certe neque fervens, neque frigidum: siquidem vulnera et nimius calor et nimium frigus infestant; maxime tamen horum varietas: ideoque perniciosissimus autumnus est.

7. Sed pleraque ex vulneribus oculis subjecta sunt: quorundam ipsae sedes indices sunt; quas alio loco demonstravimus, quum positus interiorum partium ostendimus. Verumtamen, quia quaedam vicina sunt, interestque, vulnus in summa parte sit, an penitus penetraverit, necessarium est notas subjicere, per quas quid intus ictum sit, scire possimus; et ex quibus vel spes, vel desperatio oriatur.

8. Igitur, corde percusso, sanguis multus fertur, venae elanguescunt, color pallidissimus, sudores frigidi, malique odoris, tanquam irrorato corpore oriuntur: extremisque partibus frigidis matura mors sequitur.

9. Pulmone vero icto, spirandi difficultas est; sanguis ex ore spumans, ex plaga ruber, simulque etiam spiritus cum sono fertur; in vulnus inclinari juvat: quidam sine ratione consurgunt: multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur; si in aliam partem, obmutescunt.

10. Jecinoris autem vulnerati notae sunt: multus sub dextra parte praecordiorum profusus sanguis; ad spinam reducta praecordia; in ventrem cubandi dulcedo; punctiones, doloresque usque ad jugulum, junctumque ei latum

scapularum os, intenti: quibus nonnumquam etiam bilis vomitus accedit.

11. Renibus vero percussis, dolor ad inguina testiculosque descendit; difficulter urina redditur; eaque aut est cruenta, aut cruor fertur. 5

12. At liene icto, sanguis niger a sinistra parte prorumpit; praecordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt; sitis ingens oritur; dolor ad jugulum, sicut jecinore vulnerato, venit.

13. At quum vulva percussa est, dolor in inguinibus, 10 et coxis, et feminibus est; sanguinis pars per vulnus, pars per naturale descendit; vomitus bilis insequitur; quaedam obmutescunt; quaedam mente labuntur; quaedam, sui compotes, nervorum oculorumque dolore urgeri se confitentur; morientesque eadem, quae corde vulnerato patiuntur. 15

14. Sin cerebrum membranave ejus vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit; fereque bilis vomitus insequitur (cf. *Aph.* VI, 50; *Coac.* 490); quorundam sensus obtunduntur, appellatique ignorant; quorundam trux vultus est; quorundam oculi, quasi resoluti, 20 huc atque illuc moventur; fereque tertio, vel quinto die delirium accedit; multorum etiam nervi distenduntur: ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori objiciunt.

15. Ubi stomachus autem percussus est, singultus, et 25 bilis vomitus insequitur; si quid cibi vel potionis assumptum est, id redditur cito; venarum motus elanguescunt; sudores tenues oriuntur, per quos extremas partes frigescent.

16. Communes vero jejuni intestini et ventriculi vulnerati notae sunt: nam cibus et potio per vulnus exeunt; praecordia 30 indurescunt; nonnumquam bilis per os redditur: intestino tantum sedes inferior est. Cetera intestina icta vel stercus, vel odorem ejus exhibent.

17. Medulla vero, quae in spina est, discissa, nervi resolvuntur, aut distenduntur; sensus intercudit; interposito 35 tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel urinam, vel etiam stercus excernunt.

18. At si septum transversum percussus est, praecordia



sursum contrahuntur; spina dolet; spiritus rarus est; sanguis spumans fertur.

19. Vesica vero vulnerata, dolent inguina; quod super pubem est, intenditur; pro urina, sanguis; at ex ipso vulnere urina descendit; stomachus afficitur; itaque aut bilem vomunt, aut singultiunt; frigus, et ex eo mors sequitur.

20. His cognitis, etiamnum quaedam alia noscenda sunt, ad omnia vulnera ulceraque, de quibus dicturi sumus, pertinentia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est; sanies est tenuior hoc, varie crassa et glutinosa et colorata; pus crassissimum albidissimumque, glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente; sanies inter utrumque tempus; pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. Rursus et sanies et pus quasdam species graecis nominibus distinctas habent. Est enim quaedam sanies, quae vel ἰχώρ, vel μελίχηρα nominatur: est pus, quod ἐλαιῶδες appellatur. Ἰχώρ tenuis, subalbidus, ex malo ulcere exit, maximeque ubi nervo laeso, inflammatio sequuta est. Melicera crassior est, glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis. Fertur haec quoque ex malis ulceribus, ubi nervi circa articulos laesi sunt; et inter haec loca, maxime ex genibus. Ἐλαιῶδες tenue, subalbidum, quasi unctum, colore atque pinguitudine oleo albo non dissimile apparet in magnis ulceribus sanescentibus. Malus autem est sanguis nimium aut tenuis, aut crassus, colore vel lividus, vel niger, aut pituita mixtus, aut varius: optimus calidus, ruber, modice crassus, non glutinosus. Itaque protinus ejus vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit: itemque postea spes in iis major est, ex quibus melioris generis quaeque 30 proveniunt. Sanies igitur mala est multa, nimis tenuis, livida, aut pallida, aut nigra, aut glutinosa, aut mali odoris, aut quae et ipsum ulcus, et junctam ei cutem erodit: melior est non multa, modice crassa, subrubicunda, aut subalbida. 35 Ἰχώρ autem pejor est multus, crassus, sublividus aut subpallidus, glutinosus, acer, calidus, mali odoris: tolerabilior est subalbidus, qui cetera omnia contraria prioribus habet. Melicera autem mala est multa et percrassa: melior quae et

tenuior et minus copiosa est. Pus inter haec optimum est. Sed id quoque pejus est multum, tenue, dilutum; magisque si ab initio tale est: itemque si colore sero simile, si pallidum, si lividum, si faeculentum est: praeter haec si male olet; nisi tamen locus hunc odorem excitat. Melius est, quo minus est, quo crassius, quo albidius: itemque si laeve est, si nihil olet, si aequale est. Modo tamen convenire et magnitudini vulneris, et tempori debet: nam plus ex majore, plus nondum solutis inflammationibus naturaliter fertur. *Ἐλαιῶδες* quoque pejus est multum, et parum pingue: quo minus ejus, quoque id ipsum pinguius, eo melius est.

21. Quibus exploratis, ubi aliquis ictus est, qui servari potest, protinus prospicienda duo sunt: ne sanguinis profusio, neve inflammatio interimat. Si profusionem timemus (quod ex sede vulneris, et ex magnitudine ejus, et ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest); siccis linamentis vulnus implendum est, supraque imponenda spongia ex aqua frigida expressa, ac manu super comprimenda. Si parum sic sanguis conquiescit, saepius linamenta mutanda sunt; et, si sicca parum valent, aceto madefacienda sunt. Id vehementius ad sanguinem suppressendum est; ideoque quidam id vulnere infundunt. Sed alius rursus metus subest; ne, nimis valenter ibi retenta materia, magnam inflammationem postea moveat. Quae res efficit, ut neque rodentibus medicamentis, neque adurentibus, et ob id ipsum inducentibus crustam, sit utendum; quamvis pleraque ex his sanguinem suppressunt: sed, si semel ad ea decurritur, iis potius, quae mitius idem efficiunt. Quod si illa quoque profluvio vincuntur, venae quae sanguinem fundunt, apprehendendae, circaque id quod ictum est, duobus locis deligendae, intercidendaeque sunt (cf. Aët. XIV, 51; Paul. Aegin. IV, 53), ut et in se ipsae coeant, et nihilominus ora praeclusa habeant. Ubi ne id quidem res patitur, possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco quo neque nervus, neque musculus est, ut, puta, in fronte vel superiore capitis parte, commodissimum tamen est cucurbitulam admovere a diversa parte, ut illuc sanguinis cursus revocetur.

22. Et adversus profusionem quidem in his auxilium est: adversus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu. Ea timeri potest, ubi laesum est vel os, vel nervus, vel cartilago, vel musculus; aut ubi parum sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinem mature suppressere non oportebit; sed pati fluere, dum tutum erit, adeo ut si parum fluxisse videbitur, mitti quoque ex brachio debeat; utique si corpus juvenile et robustum et exercitatum est: multoque magis, si id vulnus ebrietas praecessit. Quod si musculus laesus videbitur, praecidendus erit: nam percussus, mortiferus est; praecisus, sanitatem recipit.

23. Sanguine autem vel suppresso, si nimius erumpit; vel exhausto, si per se parum fluxit; longe optimum est vulnus glutinari. Potest autem id quod vel in cute, vel etiam in carne est, si nihil ei praeterea mali accedit: potest caro alia parte dependens, alia inhaerens; si tamen etiamnum integra est, et conjunctione corporis fovetur. In iis vero quae glutinantur, duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte est, sibi debet; maximeque, si discessa auris ima est, vel imus nasus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter. Si vero in carne vulnus est, hiatque, neque in unum orae facile attrahuntur, sutura quidem aliena est; imponendae vero fibulae sunt; ἀγκυρῆσας Graeci nominant; quae oras, paulum tamen contrahant, quo minus lata postea cicatrix sit. Ex his autem colligi potest, id quoque quod alia parte dependens, alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet. Ex quibus neutra ante debet imponi, quam intus vulnus purgatum est; ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim et in pus vertitur, et inflammationem movet, et glutinari vulnus prohibet. Ne linamentum quidem, quod suppressendi sanguinis causa inditum est, ibi relinquendum est: nam id quoque inflammat. Comprehendi vero sutura, vel fibula, non cutem tantum, sed aliquid etiam ex carne, ubi suberit haec, oportebit; quo valentius haereat, neque cutem abrumpat. Utraque optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insadat. Utraque neque nimis rara, neque nimis erebra injicienda. Si nimis rara est, non

continet: si nimis crebra est, vehementer afficit: quia, quo saepius acus corpus transsui, quoque plura loca injectum vinculum mordet, eo majores inflammationes oriuntur; magisque aestate. Neutra etiam vim ullam desiderat; sed eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur. Fere tamen fibulae latius vulnus esse patiuntur: sutura oras jungit, quae ne ipsae quidem inter se contingere ex toto debent; ut si quid intus humoris concreverit, sit qua emanet. Si quod vulnus neutrum horum recipit, id tamen purgari debet. Deinde omni vulnere primo imponenda est spongia ex aceto expressa: si sustinere aliquis aceti vim non potest, vino utendum est. Levius plaga juvatur etiam, si ex aqua frigida expressa spongia imponitur. Sed ea, quocumque modo imposita est, dum madet, prodest: itaque, ut inarescat, non est committendum. Licetque sine peregrinis, et conquisitis, et compositis medicamentis vulnus curare. Sed si quis huic parum confidit, imponere medicamentum debet, quod sine sevo compositum sit ex iis, quae cruentis vulneribus apta esse proposui; maximeque si caro est, barbarum; si nervi, vel cartilago, vel aliquid ex eminentibus, quales aures, vel labra sunt, Polyidae sphragidem (cf. 20, 2). Alexandrinum quoque viride (19, 17) nervis idoneum est: eminentibusque partibus ea quam Graeci *ῥάπτουσαν* vocant (cf. 19, 6). Solet etiam, colliso corpore, exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienum est scalpello latius aperire; nisi musculi, nervique juxta sunt, quos incidi non expedit: ubi satis diductum est, medicamentum imponendum est. At si id quod collisum est, quamvis parum diductum est, latius tamen aperiri propter nervos aut musculos non licet, adhibenda sunt ea quae humorem leniter extrahant; praecipueque ex his id, quod *ῥυπῶδες* vocari proposui (19, 15). Non alienum est etiam, ubicumque vulnus grave est, imposito quo id juvetur, iussuper circumdare lanam succidam ex aceto et oleo: vel cataplasma, si mollis is locus est, quod leniter reprimat; si nervosus, aut musculosus, quod emolliat.

24. Fascia vero ad vulnus deligandum lintea aptissima est; eaque lata esse debet, ut semel injecta non vulnus tan-



tum, sed paulum utrinque etiam oras ejus comprehendat. Si ab altera parte caro magis recessit, ab ea melius attrahitur: si aequè ab utraque, transversa comprehendere oras debet; aut si id vulneris ratio non patitur, media primum  
 5 injicienda est; ut tum in utramque partem ducatur. Sic autem deliganda est, ut et contineat, neque adstringat: quod non continetur, elabitur; quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur. Hieme saepius fascia circumire debet: aestate quoties necesse est. Tum extrema pars ejus inferioribus acu  
 10 assuenda est: nam nodus vulnus laedit, nisi tamen longe est. Illo neminem decipi decet, ut propriam viscera curationem requirant, de quibus supra posui. Nam plaga ipsa curanda extrinsecus vel sutura, vel alio medicinae genere est. In visceribus nihil movendum est; nisi, ut si quid aut  
 15 ex jecinore, aut liene, aut pulmone duntaxat extremo dependet, praecidatur. Alioquin vulnus interius ea victus ratio, eaque medicamenta sanabunt, quae cuique visceri convenire superiore libro proposui.

25. His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus est; isque, si grave vulnus est, abstinere, quantum vires patiuntur, ante inflammationem, cibo debet; bibere, donec sitim finiat, aquam calidam, vel, si aestas est, ac neque febris, neque dolor est, etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum est, sed semper pro vi corporis aestimandum, ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit; tenuem scilicet, et exiguum, qui tantum sustineat. Multique etiam ex profluvio sanguinis intermorientes ante ullam curationem vino reficiendi sunt: quod alioqui inimicissimum vulnere est.

30 26. Nimis vero intumescere vulnus, periculosum; nihil intumescere, periculosissimum est (cf. *Aph.* V, 66): illud indicium est magnae inflammationis; hoc emortui corporis. Protinusque, si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet mature vulnus sanum fore. Ac ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa perniciosa est, quae vel levi vulnere supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet: vel si nervorum rigor, aut distentio, quae ex



vulnere orta est, ea non finitur (cf. *Aph.* II, 26; *Coac.* 350). Vomitus quoque biliosus non voluntarius, vel protinus ut percussus est aliquis, vel dum inflammatio manet, malum signum est in iis dumtaxat, quorum vel nervi, vel etiam nervosi loci vulnerati sunt. Sponte tamen vomere, non alienum est; praecipue iis, quibus in consuetudine fuit: sed neque protinus post cibum, neque jam inflammatione orta, neque quum in superioribus partibus plaga est.

27. Biduo sic vulnere habito, tertio die id aperiendum, tergendaque sanies ex aqua frigida est, eademque rursus injicienda sunt. Quinto jam die, quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die, rursus detecto vulnere, considerandus color est: qui si lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet malum vulnus esse; idque quando-cumque animadversum est, terrere nos potest. Album, aut rubicundum esse, commodissimum est. Item cutis dura, crassa, dolens, periculum ostendit: bona signa sunt, ubi haec sine dolore, tenuis et mollis est. Sed si glutinatur vulnus, aut leviter intumuit, eadem sunt imponenda quae primo fuerunt; si gravis inflammatio est, neque glutinandi spes est, ea quae pus moveant. Jamque aquae quoque calidae necessarius usus est, ut et materiam digerat, et duritiam emolliat, et pus citet. Ea sic temperanda est, ut manu contingenti juvennda sit; et usque eo adhibenda, donec aliquid ex tumore minuisse, coloremque ulceri magis naturalem reddidisse videatur. Post id fomentum, si late plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet; maximeque, si grande vulnus est, tetrpharmacum (19, 9); si in articulis, digitis, locis cartilaginosi, rhyodes (19, 15): at si latius hiat, idem illud emplastrum liquari ex irino unguento oportet, eoque illita linamenta disponi per plagam; deinde emplastrum supra dari, et super id suceidam lanam: minusque etiam quam primo, faseiae adstringendae sunt.

28. Proprie quaedam in articulis visenda sunt. In quibus si praecisi nervi sunt, qui continebant, debilitas ejus partis sequitur. Si id dubium est, et ex acuto telo plaga est, ea transversa commodior est: si ex retuso et gravi, nullum in figura discrimen est; sed videndum est, pus supra articu-

lum, an infra nascatur. Si sub eo nascitur, albumque et crassum diu fertur, nervum praecisum esse credibile est; magisque, quo majores dolores inflammationesque, et quo maturius excitatae sunt. Quamvis autem non abscissus nervus est; tamen, si circa tumor durus diu permanet, necesse est et diuturnum ulcus esse, et, sano quoque eo, tumorem permanere: futurumque est, ut tarde membrum id vel extendatur, vel contrahatur. Major tamen in extendendo mora est, ubi recurvato articulo curatio adhibita est; quam in recurvando eo quod rectum continuerimus. Collocari quoque membrum quod ictum est, ratione certa debet: si glutinandum est, ut superius sit; si in inflammatione est, ut in neutram partem inclinatum sit; si jam pus profluit, ut devexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est: moveri, ambulare, nisi sanis, alienum est. Minus tamen iis periculosum, qui in capite vel brachiis, quam qui in inferioribus partibus vulnerati sunt. Minimeque ambulatio convenit, femine, aut crure, aut pede laborante. Locus in quo cubabit, tepidus esse debet. Balneum quoque, dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est: nam id et tumidum et sordidum reddit: ex quibus ad cancerum transitus esse consuevit. Lenis frictio recte adhibetur; sed iis partibus quae longius absunt a vulnere.

29. Inflammatione finita, vulnus purgandum est. Id optime faciunt tincta in melle linamenta; supraque idem emplastrum, vel enneapharmacum (19, 10) dandum est. Tum demum vero purum est, quum rubet, ac nimium neque siccum, neque humidum est. At quodcumque sensu caret, quod non naturaliter sentit, quod nimium aut aridum, aut humidum est, quod aut albidum, aut pallidum, aut lividum, aut nigrum est, id purum non est.

30. Purgato, sequitur ut impleatur. Jamque calida aqua eatenus necessaria est, ut sanies removeatur. Lauae succidae supervacuus usus est: lota melius circumdatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua: itaque ea adhiberi non alienum est; ut butyrum cum rosa, et exigua mellis parte; aut cum eadem rosa tetrapharmacum; aut ex rosa linamenta. Plus tamen proficit

balneum rarum, cibi boni succi, vitatis omnibus acribus; sed jam pleniores. Nam et avis, et venatio, et suilla elixa dari potest. Vinum omnibus, dum febris, dum inflammatio est, alienum est: itemque usque ad cicatricem, si nervi, musculive vulnerati sunt; etiam si alte caro. At si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non pervetus, modice tamen datum, ad implendum quoque proficere. Si quid molliendum est, quod in nervosis locis, musculosisque necessarium est, cerato quoque super vulnus utendum est. At si caro supercrevit, modice reprimat siccum linamentum; vehementius squama aeris. Si plus est, quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnum vehementiora, quae corpus exedant. Cicatricem post omnia haec commode inducit lycium ex passo aut lacte dilutum; vel etiam per se impositum siccum linamentum.

31. Hic ordo felicitis curationis est: sed quaedam tamen periculosa incidere consuerunt. Interdum enim vetustas ulcus occupat, induciturque ei callus, et circum orae crassae livent post quae, quidquid medicamentorum ingeritur, parum proficit: quod fere negligenter curato ulceri supervenit. Interdum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus immodicos, vel ob nimia frigora, vel quia nimis vulnus adstrictum est, vel quia corpus aut senile, aut mali habitus est, cancer occupat. Id genus a Graecis diductum in species est; nostris vocabulis non est. Omnis autem cancer non solum id corrumpit, quod occupavit, sed etiam serpit: deinde aliis aliisque signis discernitur. Nam modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit; *ἔρυσίπελας* Graeci nominant. Modo ulcus nigrum est, quia caro ejus corrupta est: idque vehementius etiam putrescendo intenditur, ubi vulnus humidum est, et ex nigro ulcere humor pallidus fertur, malique odoris est; carunculaeque corruptae, interdum etiam nervi ac membranae resolvuntur; specillumque demissum descendit aut in latus, aut deorsum: eoque vitio nonnumquam os quoque afficitur. Modo oritur ea quam Graeci *γάγγραιναν* appellant. Priora in qualibet parte corporis fiunt, hoc in prominentibus membris, id est inter ungues, et alas, vel inguina; fereque in senibus, vel in iis quorum corpus mali habitus est. Caro in

ulcere vel nigra, vel livida est, sed sicca et arida; proximaque cutis plerumque subnigris pusulis impletur: deinde ei proxima vel pallida, vel livida, fereque rugosa et sine sensu est; ulterior in inflammatione est; omniaque ea simul  
 5 serpunt, ulcus in locum pusulosum; pusulae in eum qui pallet aut livet; pallor aut livor in id quod inflammatum est; inflammatio in id quod integrum est, transit. Inter haec deinde febris acuta oritur, ingensque sitis: quibusdam etiam delirium accedit: alii, quamvis mentis suae compotes sunt,  
 0 balbutiundo tamen vix sensus suos explicant: incipit affici stomachus: fit foedi spiritus ipse odoris. Atque initium quidem ejus mali recipit curationem: ubi vero penitus insedit, insanabile est; plurimique sub frigido sudore moriuntur.

32. Ac pericula quidem vulnerum haec sunt. Vetus  
 5 autem ulcus scalpello concidendum est, excidendaeque ejus orae, et quidquid super eas livet aequae incidendum. Si varicula intus est, quae id sanari prohibet, ea quoque excidenda. Deinde ubi sanguis emissus, novatumque vulnus est, eadem curatio adhibenda, quae in recentibus vulneribus  
 0 posita est. Si scalpello aliquis uti non vult, potest sanare id emplastrum, quod ex ladano fit: et quum ulcus sub eo exesum est, id quo cicatrix inducitur (cf. cap. 19, § 18).

33. Id autem, quod *έρουσίπελας* vocari dixi, non solum vulnere supervenire, sed sine hoc quoque oriri consuevit:  
 5 atque interdum periculum majus affert; utique si circa cervices aut caput constitit. Oportet, si vires patiuntur, sanguinem mittere: deinde imponere simul reprimentia et refrigerantia; maximeque cerussam solani succo, aut cimoliam  
 0 cretam aqua pluviali exceptam, aut ex eadem aqua subactam farinam, cupresso adjecta, aut, si tenerius corpus est, lenticulam. Quidquid impositum est, betae folio contegendum est, et super linteolum frigida aqua madens imponendum. Si per se refrigerantia parum proderunt, miscenda  
 5 erunt hoc modo: sulphuris p. )-( I. cerussae et croci, singularum p. )-( XII. s. eaque cum vino conterenda sunt, et id his illinendum. At si durior locus est, solani folia contrita suillae adipi miscenda sunt, et illita linteolo superinjicienda.



At si nigrities est, nequedum serpit, imponenda sunt, quae carnem putrem lenius exedant: repurgatumque ulcus sic ut cetera, nutriendum est. Si magis putre est, jamque procedit ac serpit, opus est vehementius erodentibus. Si ne haec quidem evincunt, aduri locus debet, donec ex eo nullus humor feratur: nam quod sanum est, siccum est quum aduritur. Post ustionem putris ulceris, superponenda sunt quae crustas a vivo resolvant. Ubi eae exciderunt, purgandum ulcus maxime melle et resina est: sed aliis quoque purgari potest, quibus purulenta curantur; eodemque modo ad sanitatem perducendum est.

34. Gangraenam vero, si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est; utique in corpore juvenili: et magis etiam si muscoli integri sunt; si nervi vel laesi non sunt, vel leviter affecti sunt; neque ullus magnus articulus nudatus est; aut carnis in eo loco paulum est, ideoque non multum, quod putresceret, fuit; consistitque eo loco vitium, quod maxime fieri in digito potest. In ejusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere: deinde quidquid aridum est, et intentione quadam proximum quoque locum male habet, usque sanum corpus concidere. Medicamenta vero, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quae pus movere consuerunt; ideoque ne aqua quidem calida. Gravia quoque, quamvis reprimantia, aliena sunt; sed his quam levissimis opus est: superque ea, quae inflammata sunt, utendum est refrigerantibus. Si nihilo magis malum constitit, uri id quod est inter integrum ac vitiatum locum debet. Praecipueque in hoc casu petendum, non a medicamentis solum, sed etiam a victus ratione praesidium est: neque enim id malum, nisi corrupti vitiosique corporis est. Ergo primo, nisi imbecillitas prohibet, abstinentia utendum; deinde danda, quae per cibum potionemque alvum, ideoque etiam corpus, adstringant; sed ea levia. Postea, si vitium constitit, imponi super vulnus eadem debent, quae in putri ulcere praescripta sunt. Ac tum quoque plenioribus cibis uti licebit ex media materia; sed tamen non nisi alvum, corpusque siccantibus; aqua vero pluviali frigida. Balneum, nisi jam certa fiducia redditae sanitatis est, alienum est: siqui-



dem emollitum in eo vulnus cito rursus eodem malo afficitur. Solent vero nonnumquam nihil omnia auxilia proficere, ac nihilo minus serpere is cancer: inter quae miserum, sed unicum auxilium est, ut cetera pars corporis tuta sit, membrum, 5 quod paulatim emoritur, abscindere.

35. Hae gravissimorum vulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidem negligenda, ubi integra cute interior pars collisa est; aut ubi derasum, attritumve aliquid est; aut ubi surculus corpori infixus est; aut ubi tenue, sed altum vulnus 10 insedit. In primo casu commodissimum est malicorium ex vino coquere, interioremque ejus partem conterere, et cerato miscere ex rosa facto, idque superponere: deinde, ubi cutis ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, quale lipara est. Deraso vero, detritoque imponendum est emplastrum 15 tetraplarmacum (19, 9), minnendusque cibus, et vinum subtrahendum. Neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit: siquidem ex ejusmodi casibus saepe cancri fiunt. Quod si levius id erit, et in parte exigua, contenti esse poterimus eodem leni medicamento. Surculum vero, si 20 fieri potest, oportet vel manu, vel etiam ferramento ejicere. Si vel prae fractus est, vel altius descendit quam ut id ita fieri possit, medicamento evocandus est. Optime autem educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita; si jam durior, ante in mulso decocta; cui semper 25 mel adjiciendum est: aut aristolochia cum eodem melle. Pessima ex surculis arundo est, quia aspera est: eademque offensa etiam in filice est. Sed usu cognitum est, utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita ac superimposita est. Facit autem idem in omnibus surculis, quodcumque 30 medicamentum extrahendi vim habet. Idem altis tenuibusque vulneribus aptissimum est. Priori rei Philocratis (19, 14); huic Hecataei (19, 16) emplastrum maxime convenit.

36. Ubi vero in quolibet vulnere ventum ad inducendam cicatricem est, quod perpurgatis jam, repletisque ulceribus 35 necessarium est, primum ex aqua frigida linamentum, dum caro alitur; deinde quam jam continenda est, siccum imponendum est, donec cicatrix inducatur: tum deligari super album plumbum oportet, quo et reprimatur cicatrix, et

colorem maxime sano corpori similem accipit. Idem radix silvestris cucumeris praestat: idem compositio, quae habet elaterii p. )-(. I. spumae argenti p. )-(. II. unguenti p. )-(. VII. quae excipiuntur resina terebinthina, donec emplastri crassitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoque cicatrices leniter purgant paribus portionibus mixta aerugo et plumbum elotum, eademque resina coacta; sive ungitur cicatrix, quod in facie fieri potest; sive id ut emplastrum imponitur, quod in aliis partibus commodius est. At si vel excrevit cicatrix, vel concava est, stultum est decoris causa rursus et dolorem et medicinam sustinere: alioquin res utrique succurri patitur. Siquidem utraque cicatrix exulcerari scalpello potest: si medicamentum aliquis mavult, idem efficiunt compositiones eae, quae corpus exedunt. Cute exulcerata, super eminentem carnem exedentia medicamenta conjicienda sunt; super concavam, implentia; donec utrumque ulcus sanae cuti aequatur: et tum cicatrix inducatur.

## CAPUT XXVII.

De curatione vulnerum, quae per morsus inferuntur.

1. Dixi de iis vulneribus, quae maxime per tela inferuntur: sequitur, ut de iis dicam, quae morsu fiunt, interdum hominis (cf. Plin. XVIII, 4, 8), interdum simiae, saepe canis, nonnumquam ferorum animalium, aut serpentium. Omnis autem fere morsus habet quoddam virus. Itaque si vehemens vulnus est, cucurbitula admovenda est: si levius, protinus emplastrum injiciendum, praecipueque Diogenis (19, 20); si id non est, quodlibet ex iis, quae adversus morsus proposui; si ea non sunt, viride alexandrinum (19, 17); si ne id quidem est, quodlibet non pingue ex iis, quae recentibus vulneribus accommodantur. Sal quoque his, praecipueque ei, quod canis fecit, medicamentum est, si vulnere imponitur, superque id duobus digitis verberatur: exsaniat enim. Ac salsamentum quoque recte super id vulnus deligatur.

2. Utique autem, si rabiosus canis fuit, cucurbitula

virus ejus extrahendum est. Deinde, si locus neque nervosus, neque musculosus est, vulnus id adurendum est: si uri non potest, sanguinem homini mitti non alienum est. Tum unto quidem vulneri superimponenda quae ceteris ustis sunt: 5 ei vero quod expertum ignem non est, ea medicamenta, quae vehementer exedunt. Post quae nullo novo magisterio, sed jam supra posito vulnus erit implendum, et ad sanitatem perducendum. Quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, ibique patientur desudare, dum vires corporis sinunt, vulnere adaptato, quo magis ex eo quoque virus destillet: deinde multo meracoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est. Idque quum ita per triduum factum est, tutus esse homo a periculo videtur.

Solet autem ex eo vulnere, ubi parum occursum est, 5 aquae timor nasci: ὑδροφοβίους (ὑδροφοβίαν? vel potius *glossema*) Graeci appellant. Miserrimum genus morbi, in quo simul aeger et siti et aquae metu cruciatur: quo oppressis in angusto spes est. Sed unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante ei provisam projicere, et, si 0 natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere; si habet, interdum deprimere, ut invitus quoque aqua satietur: sic enim simul et sitis et aquae metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum nervorum distentio absumat. Id ne incidat, a 5 piscina protinus in oleum calidum demittendus est. Antidotum autem, praecipue id, quod primo loco posui (23, 1); ubi id non est, aliud, si nondum aeger aquam horret, potui ex aqua dandum est; et si amaritudine offendit, mel adjiciendum est: si jam is morbus occupavit, per catapotia sumi potest.

3. Serpentium quoque morsus non nimium distantem curationem desiderant: quamvis in ea multum antiqui variarunt; ut in singula genera anguium singula medendi genera praeciperent; aliique alia. Sed in omnibus eadem maxime proficiunt. Igitur in primis super vulnus id membrum deligandum est; non tamen nimium vehementer, ne torpeat: dein 5 venenum extrahendum est. Id cucurbitula optime facit: neque alienum est, ante scalpello circa vulnus incidere, quo plus vitiati jam sanguinis extrahatur. Si cucurbitula non est,

quod tamen vix incidere potest, tum quodlibet simile vas, quod idem possit: si ne id quidem est, homo adhibendus est, qui id vulnus exsugat. Neque hercules scientiam praecipuam habent ii, qui Psylli nominantur (cf. Des Etangs, p. 282); sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, 5 ut quaedam etiam venatoria venena, quibus Galli praecipue utuntur, non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra ipsa tuto estur; ictus ejus occidit. Et si stupente ea, quod per quaedam medicamenta circulatores faciunt, in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea saliva noxa est. 10 Ergo quisquis, exemplum Psylli sequutus, id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et tutum hominem praestabit. Illud, ne intereat, ante debet attendere, ne quod in gingivis, palato, aliave parte oris ulcus habeat. Post haec is homo loco calido collocandus est sic, ut id, quod percussus erit, in inferiorem 15 partem inclinetur. Si neque qui exsugat, neque cucurbitula est, sorbere oportet jus anserinum, vel ovillum, vel vitulinum, et vomere: vivum autem gallinaceum pullum per medium dividere, et protinus calidum super vulnus imponere sic, ut pars interior corpori jungatur. Facit id etiam hoedus 20 agnusve discissus, et calida ejus caro statim super vulnus imposita: emplastra quoque, quae supra comprehensa sunt; aptissimumque est vel Ephesium (19, 21), vel id quod ei subjectum est. Praesensque in aliquo antidoto praesidium est. Si id non est, necessarium est exsorbere potionem 25 meri vini cum pipere, vel quodlibet aliud, quod calori movendo est, nec humorem intus coire patitur: nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia sunt.

4. Haec adversus omnes ictus communia sunt: usus ta- 30 men ipse docuit, eum, quem aspis percussit, acetum potius bibere debere. Quod demonstrasse dicitur casus cujusdam pueri, qui quum ab hac ictus esset, et partim ob ipsum vulnus, partim ob immodicos aestus siti premeretur, ac locis siccis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte se- 35 cum habebat, ebibit, et liberatus est. Credo quoniam id, quamvis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam dissipandi. Quo fit, ut terra respersa eo spumet. Eadem ergo vi



verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, et sic dari sanitatem.

5. In quibusdam etiam aliis serpentibus certa quaedam auxilia satis nota sunt. Nam scorpio sibi ipse pulcherrimum  
 5 medicamentum est. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt: quidam super prunam eo imposito vulnus suffumigant, undique veste circumdata, ne is fumus dilabatur: tum carbonem ejus super vulnus deligant. Bibere autem oportet herbae solaris, quam  
 10 ἡλιοτρόπιον Graeci vocant, semen, vel certe folia ex vino. Super vulnus vero etiam furfures ex aceto, vel ruta silvatica recte imponitur, vel cum melle sal tostus. Cognovi tamen medicos, qui ab scorpione ictis nihil aliud, quam ex brachio sanguinem miserunt.

15 6. Et ad scorpionis autem et aranei ictum, allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque contritum superimponitur.

7. At si cerastes, aut dipsas, aut haemorrhoidis (cf. Des Etangs, p. 283) percussit, polii, quod aegyptiae fabae magnitudinem aequet, arefactum, in duas potiones dividendum est  
 20 sic, ut ei rutae paulum adjiciatur. Trifolium quoque et mentastrum, et cum aceto panaces aequae proficiunt. Costumque, et casia, et cinnamomum recte per potionem assumuntur.

8. Adversus chelydri vero ictum, panaces, aut laser vel porri succus cum hemina vini sumendus est, et edenda  
 25 multa satureia. Imponendum autem super vulnus stercus caprinum ex aceto coactum; aut ex eodem hordeacea farina; aut ruta, vel nepeta cum sale contrita, melle adjecto. Quod in eo quoque vulnere, quod cerastes fecit, aequae valet.

9. Ubi vero phalangium nocuit, praeter eam curationem,  
 30 quae manu redditur, saepe homo demittendus in solium est, dandusque ei myrrhae et uvae taminiae par modus ex passim hemina; vel radicae semen, aut polii radix ex vino; et super vulnus furfures ex aceto cocti, imperandumque, ut is conquiescat.

25 10. Verum haec genera serpentium et peregrina, et aliquanto magis pestifera sunt; maximeque aestuosis locis gignuntur. Italia frigidioresque regiones hac quoque parte sa-



lubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Adversus quos satis proficit herba vettonica, vel cantabrica, vel centaurion, vel argemonia, vel trixago, vel personata, vel marina pastinaca, singulae binaeve tritae, et cum vino potui datae, et super vulnus impositae. Illud ignorari non oportet, omnis serpentis ictum et jejuni et jejuno magis nocere: ideoque perniciosissimi sunt quum incubant; utilissimumque est, ubi ex anguibus metus est, non ante progredi, quam quis aliquid assumsit.

11. Non tam facile iis opitulari est, qui venenum vel in cibo, vel in potione sumserunt: primum, quia non protinus sentiunt, ut ab angue icti; ita ne succurrere quidem statim sibi possunt: deinde quia noxa non a cute, sed ab interioribus partibus incipit. Commodissimum est tamen, ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere: deinde, ubi praecordia exhausta, bibere antidotum; si id non est, vel merum vinum.

12. Sunt tamen quaedam remedia propria adversus quaedam venena, maximeque leviora. Nam si cantharidas aliquis ebibit, panaces cum lacte contusa, vel galbanum vino adjecto dari, vel lac per se debet. Si cicutam, vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est; deinde is vomere cogendus; posteaque laser ex vino dandum: isque, si febre vacat, in calidum balneum mittendus; si non vacat, unguentus ex calefacientibus est: post quae quies ei necessaria est. Si hyoscyamum, fervens mulsum bibendum est, aut quodlibet lac, maxime tamen asininum. Si cerussam, jus malvae, vel juglandes ex vino contritae, maxime prosunt. Si sanguisuga epota est, acetum cum sale bibendum est. Si lac intus coit, aut passum, aut coagulum, aut cum aceto laser. Si fungos inutiles quis assumsit, radícula aut e posca, aut cum sale et aceto edenda est. Ipsi vero hi et specie quidem discerni possunt ab utilibus, et cocturae genere idonei fieri. Nam sive ex olco inferbuerunt, sive piri surculus cum his inferbuit, omni noxa vacat.

13. Adustis quoque locis extrinsecus vis infertur: itaque sequi videtur, ut de his dicam. Haec autem optime curantur foliis aut lili, aut linguac caninae, aut betae in vetere vino

oleoque decoctis: quorum quilibet protinus impositum ad sanitatem perducit. Sed dividi quoque curatio potest in ea, quae mediocriter exedentia reprimentiaque, primo et pusulas prohibeant, et summam pelliculam exasperent: deinde ea  
 5 quae lenia ad sanitatem perducant. Ex prioribus est lentiscalae cum melle farina, vel myrrha cum vino, vel creta cimolia cum turis cortice contrita et aqua coacta, atque ubi usus necessitas incidit, aceto diluta: ex insequentibus, quae-  
 libet lipara; sed idonea maxime est, quae vel plumbi recre-  
 10 mentum, vel vitellos habet. Est etiam illa adustorum curatio, dum inflammatio est, impositam habere cum melle lentiscalam: ubi ea declinavit, farinam cum ruta, vel porro, vel marrubio, donec crustae cadant: tum ervum cum melle, aut irim, aut resinam terebinthinam, donec ulcus purum sit: no-  
 15 vissime siccum linamentum.

## CAPUT XXVIII.

De interioribus ulceribus, quae aliqua corporum parte corrupta nascuntur.

1. Ab his quae extrinsecus incidunt, ad ea veniendum  
 20 est, quae interius, corrupta aliqua corporum parte, nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo pejus est. Ejus hae notae sunt: rubor est, superque eum non nimium pusulae eminent, maxime nigrae, interdum sublividae, aut pallidae: in his sanies esse videtur; infra color niger est; ipsum corpus aridum et durius, quam naturaliter oportet; circaque  
 25 quasi crusta est; eaque inflammatione cingitur; neque in eo loco levare cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est; somnus urget; nonnumquam horror, aut febris oritur, aut utrumque. Idque vitium subteractis quasi quibusdam radici-  
 30 bus serpit, interdum celerius, interdum tardius: supra quoque procedens inalbescit; dein lividum fit, circumque exiguae pusulae oriuntur: et si circa stomachum fancesve incidit, subito spiritum saepe elidit. Nihil melius est, quam protinus adurere. Neque id grave est: nam non sentit; quoniam ea

caro mortua est. Finisque adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est. Tum deinde vulnus, sicut cetera adusta, curandum est. Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crusta, undique a viva carne diducta, quae trahit secum quidquid corruptum erat; purusque jam sinus curari potest 5 implentibus. At si in summa cute vitium est, possunt succurrere quaedam vel exedentia tantum, vel etiam adurentia: vis pro magnitudine adhibenda est. Quodcumque vero medicamentum impositum est, si satis proficiet, protinus a viva corruptam partem resolvit; certaue esse fiducia potest fere, 10 ut undique vitiosa caro excidat. Si id non fit, medicamentumque malo vincitur, utique ad ustionem properandum est. Sed in ejusmodi casu abstinendum a cibo, a vino est: aquam liberaliter bibere expedit: magisque ea servanda sunt, si febricula quoque accessit. 15

2. Non idem periculum carcinoma affert, nisi imprudentia curantis agitata est. Id vitium fit maxime in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum. Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur; isque immobilis, inaequalis tumet; interdum etiam torpet. Circa eum inflatae 20 venae quasi recurvantur, haeque pallent, aut livent; nonnumquam etiam in quibusdam delitescunt: tactusque is locus aliis dolorem affert, in aliis eum non habet: et nonnumquam sine ulcere durior aut mollior est, quam esse naturaliter debet; nonnumquam iisdem omnibus ulcus accedit: interdum- 25 que nullam habet proprietatem; interdum simile iis est, quae Graeci vocant *κονδυλώματα*, aspredine quadam et magnitudine sua: colorque ejus ruber est, aut lenticulae similis; neque tuto auferitur: nam protinus aut resolutio nervorum, aut distentio insequitur. Saepe homo ictus obmutescit, at- 30 que ejus anima deficit. Quibusdam etiam, si id ipsum pressum est, quae circa sunt intenduntur et intumescunt. Ob quae pessimum id genus est. Fereque primum id fit, quod *κακόηθες* a Graecis nominatur; deinde ex eo id carcinoma quod sine ulcere est: deinde ulcus; ex eo thymium. Tolle 35 nihil, nisi cacoethes potest: reliqua curationibus irritantur; et quo major vis adhibita est, eo magis. Quidam usi sunt medicamentis adurentibus; quidam ferro adusserunt; quidam

scalpello exciderunt: neque ulli umquam medicina profecit: sed adusta protinus concitata sunt, et increverunt, donec occiderent; excisa etiam post inductam cicatricem, tamen reverterunt, et causam mortis attulerunt: quum interim plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, sed imponendo tantum lenia medicamenta, quae quasi blandiantur, quominus ad ultimam senectutem perveniant, non prohibeantur. Discernere autem cacoethes, quod curationem recipit, a carcinomate, quod non recipit, nemo \*scite potest, sed tempore et experimento. Ergo ubi primum id vitium notatum est, imponi debent medicamenta adurentia. Si levatur malum, minuunturque ejus indicia, procedere curatio potest et ad scalpellum, et ad ustionem: si protinus irritatum est, scire licet jam carcinoma esse; removendaque sunt omnia acria, omnia vehementia. Sed si sine ulcere is locus durus est, imponi sicum quam pinguisam, aut rhyodes emplastrum (19, 15) satis est. Si ulcus aequale est, ceratum ex rosa injiciendum est, adjiciendusque ei pulvis ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est. Si id nimium supercrevit, tentanda squama aeris est, quae lenissima ex adurentibus est, eatenus, ne quid eminere patiatur: sed ita, si nihil exacerbat: sin minus, eodem cerato contenti esse debemus.

3. Est etiam ulcus, quod *θηρίωμα* Graeci vocant. Id et per se nascitur, et interdum ulceri ex alia causa facto supervenit. Color est vel lividus, vel niger; odor foedus; multus, et muco similis humor: ipsum ulcus neque tactum, neque medicamentum sentit; prurigne tantum movetur: at circa dolor est, et inflammatio; interdum etiam febris oritur; nonnumquam ex ulcere sanguis erumpit: atque id quoque malum serpit. Quae omnia saepe intenduntur; fitque ex his ulcus, quod *φαγέδαιναν* Graeci vocant, quia celeriter serpendo, penetrandoque usque ossa, corpus vorat. Id ulcus inaequale est, coeno simile; inestque multus humor glutinosus, odor intolerabilis, majorque quam pro modo ulceris inflammatio. Utrumque, sicut omnis cancer, fit maxime in senibus, vel iis quorum corpora mali habitus sunt. Curatio utriusque eadem est; sed in majore malo major vis necessaria. Ac pri-

mum a victus ratione ordiendum est: ut quiescat in lectulo: ut primis diebus a cibo abstineat, aquam quam plurimam assumat: alvus quoque ei dueatur: dein post inflammationem eibum boni sneei capiat, vitatis omnibus aeribus; potionis quantum volet sie, ut interdum quidem aqua contentus sit; in 5 coena vero etiam vini austeri aliquid bibat. Non aequae tamen fame in iis, quos *φαγέδαινα* urgebit, atque in iis, qui *θηρίωμα* adhuc habebunt, utendum erit. Et victus quidem talis necessarius est. Super ulcus vero inspergenda arida oenanthe est, et, si parum proficiet, ehaleitis. Ac si quis 10 nervus exesa carne nudatus est, contegendus ante linteolo est, ne sub eo medicamento aduratur. Si validioribus etiamnum remediis opus est, ad eas compositiones veniendum est, quae vehementius adurant. Quidquid autem inspergitur, averso specillo infundi debet. Superdanda cum melle sunt 15 vel linamenta, vel oleae folia ex vino decocta, vel marrubium: eaque linteolo contagenda in aqua frigida madefacto, dein bene expresso: eireaque, qua tumor ex inflammatione est, imponenda, quae reprimant, cataplasmata. Si sub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet; diligenter nervis, si 20 qui apparent, ante contectis. Adustum vel medicamentis, vel ferro corpus, primum purgandum, deinde implendum esse, apparere cuilibet ex prioribus potest.

4. Saecr quoque ignis (*zona*; *psoriasis*, seu *herpes circinatus*) malis ulceribus annumerari debet. Ejus duae 25 species sunt. Alterum est subrubicundum, aut mixtum rubore atque pallore, exasperatumque per pusulas continuas, quarum nulla altera major est, sed plurimae per exiguae. In his semper fere pus, et saepe rubor cum calore est: serpitque id nonnumquam sanescente eo, quod primum 30 vitiatum est: nonnumquam etiam exulcerato, ubi ruptis pusulis ulcus continuatur, humorque exit, qui esse inter saniem et pus videri potest. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, praecipueque in plantis. Alterum autem est in summae cutis exulceratione, sed sine alti- 35 tudine, latum, sublividum, inaequaliter tamen; mediumque sanescit, extremis procedentibus: ac saepe id, quod jam sanum videbatur, iterum exulceratur: at eirea proxima cutis,



quae vitium receptura est, tumidior et durior est, coloremque  
 habet ex rubro subnigrum. Atque hoc quoque malo fere cor-  
 pora seniores tentantur, aut quae mali habitus sunt; sed in  
 cruribus maxime. Omnis autem sacer ignis, ut minimum pe-  
 5 riculum habet ex iis, quae serpunt; sic prope difficillime tol-  
 litur. Medicamentum ejus fortuitum est, uno die febris, quae  
 humorem noxium absumat. Pus, quo crassius et albidius est,  
 eo periculi minus est. Prodest etiam infra os ulcerum  
 laedi, quo plus puris exeat; et id, quo ibi corruptum cor-  
 10 pus est, extrahatur. Sed tamen, si febricula accessit, ab-  
 stinentia, lectulo, alvi ductione opus est. In omni vero sa-  
 cro igni, neque lenibus et glutinosis cibis, neque salsis et  
 acribus utendum est; sed iis, qui inter utrumque sunt: qualis  
 est panis sine fermento, piscis, hoedus, avis, exceptoque  
 15 apro, omnis fere venatio. Si non est febricula, et gestatio  
 utilis est et ambulatio et vinum austerum et balneum. Atque  
 in hoc quoque genere potio magis liberalis esse, quam cibus,  
 debet. Ipsa autem ulcera, si mediocriter serpunt, aqua ca-  
 lida; si vehementius, vino calido fovenda sunt: deinde acu  
 20 pusulae, quaecumque sunt, aperiendae: tum imponenda ea,  
 quae putrem carnem exedunt. Ubi inflammatio sublata, ul-  
 cusque purgatum est, imponi lene medicamentum debet. In  
 altero autem genere possunt proficere mala cotonea in vino  
 cocta atque contrita: potest emplastrum vel Herae (cf. 22, 3),  
 25 vel tetrapharmacum (19, 9), cui quinta pars turis adjecta  
 sit: potest nigra hedera ex vino austero cocta; ac, si cele-  
 riter malum serpit, non aliud magis proficit. Purgato ulcere,  
 quod in summa cute esse proposui, satis ad sanitatem eadem  
 lenia medicamenta proficient.

30 5. Chironium autem ulcus appellatur, quod et magnum  
 est, et habet oras duras, callosas, tumentes. Exit sanies  
 non multa, sed tenuis; odor malus neque in ulcere, neque in  
 ejus humore est; nulla inflammatio, dolor modicus est: nihil  
 serpit: ideoque nullum periculum adfert; sed non facile sa-  
 35 nescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum  
 rumpitur, ulcusque renovatur. Fit maxime in pedibus et  
 cruribus. Super id imponi debet, quod et lene aliquid, et  
 vehemens, et reprimens habeat; quale ejus rei causa sit ex

his: squamae aeris, plumbi eloti combusti, singulorum p. )-(. IV. cadmiae, cerae, singulorum p. )-(. VIII. rosae quantum satis sit ad ceram simul cum eis molliendam.

6. Fiunt etiam ex frigore hiberno ulcera, maxime in pueris, et praecipue in pedibus digitisque eorum, nonnumquam etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri est: interdum pusulae oriuntur, deinde exulceratio: dolor autem modicus; prurigo major est: nonnumquam humor exit, sed non multus, qui referre vel pus, vel saniem videtur. In primis multa calida aqua fovendum est, in qua rapa decocta sint; aut si ea non sunt, aliquae verbenae ex reprimentibus. Si nondum adaperitum ulcus est, aes, quam maxime calidum quis pati potest, admovendum est. Si jam exulceratio est, imponi debet alumen aequa portione cum ture contritum, vino adjecto, aut malicorium in aqua coctum, deinde contritum. Si summa detracta pellicula est, hic quoque melius lenia medicamenta proficiunt.

7. Struma quoque est tumor, in quo subter concreta quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur: quae vel praecipue fatigare medicos solent; quoniam et febres movent, nec umquam facile maturescunt; et sive ferro, sive medicamentis curantur, plerumque iterum juxta cicatrices ipsas resurgunt; multoque post medicamenta saepius: quibus id quoque accedit, quod longo spatio detinent. Nascuntur maxime in cervice; sed etiam in alis et inguinibus. In mammis quoque feminarum se reperisse, Meges auctor est. Propter haec et album veratrum recte datur, atque etiam saepius, donec ea digerantur: et medicamenta imponuntur, quae humorem vel educant, vel dissipent; quorum supra mentio facta est. Adurentibus quoque quidam utuntur, quae exedant, crustaque eum locum adstringant: tum vero ut ulcus curant. Quaecumque autem ratio curandi est, corpus, puro ulcere, exercendum atque alendum est, donec ad cicatricem perveniat. Quae quum medici doceant, quorundam rusticorum experimento cognitum, quem struma male habet, eum, si anguem edit, liberari.

8. Furunculus vero est tuberculum acutum cum inflammatione et dolore; maximeque ubi jam in pus vertitur. Qui

ubi adaperatus est, et exiit pus, apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra; quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se, 5 atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quae maturius liberet. Proprium ejus medicamentum galbanum est: sed alia quoque supra comprehensa sunt. Si cetera desunt, imponi debet primum non pingue emplastrum, ut id reprimat: deinde, si non repressit, quodlibet puri movendo 10 accommodatum: si ne id quidem est, vel resina, vel fermentum. Expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est.

9. Phyma vero nominatur tuberculum furunculo simile, sed rotundius et planius, saepe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, numquam excedit: 15 phyma etiam latius patere consuevit; sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt. Ubi divisum est, pus eodem modo apparet: ventriculus, ut in furunculo, non invenitur: verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autem in pueris et saepius nascitur et facilius tollitur: in juvenibus rarius oritur, 20 et difficiliter curatur: ubi aetas induravit, ne nascitur quidem. Quibus vero medicamentis discuteretur, supra propositum est.

10. *Φύγεθλον* autem est tumor, non altus, latus, in quo quiddam pusulae simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris; interdum 25 etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in cervice, aut in alis, aut in inguinibus. Panum a similitudine figurae nostri vocant. Atque id ipsum quo medicamento tolleretur, supra demonstravi (18, 19; VII, 2).

30 11. Sed quum omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint, generale nomen trahit latius vitium ad suppurationem spectans. Idque fere fit aut post febres, aut post dolores partis alicujus, maximeque eos, qui ventrem infestarunt. Saepiusque oculis expositum est; siquidem latius aliquid intumescit ad similitudinem ejus, quod phyma vocari proposui, rubetque cum calore, et paulo post etiam cum duritia, magisque nocenter 35 indolescit, et sitim vigiliamque exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute deprehendi potest; maximeque ubi altius

pus movetur: sed cum siti vigiliaque sentiuntur intus aliquae punctiones. Et quod de subito durius non est, melius est; et quamvis non rubet, coloris tamen aliter mutati est. Quae signa jam pure oriente nascuntur: tumor ruborque multo ante incipiunt. Sed si locus mollis est, avertendus materiae aditus est per cataplasmata, quae simul et reprimunt, et refrigerant: qualia et alias et paulo ante in erysipelate proposui. Si jam durior est, ad ea veniendum est, quae digerant et resolvant: qualis est ficus arida contusa; aut faex mixta cum cerato, quod ex adipe snilla coactum sit; aut cucumeris radix (cf. 18, 7 et 13), cui ex farina duae partes adjectae sint, ante ex mulso decoctae. Licet etiam miscere aequis portionibus ammoniacum, galbanum, propolim, viscum; pondusque adjicere myrrhae dimidio minus, quam in prioribus singulis erit. Atque emplastra quoque et malagmata idem efficiunt, quae supra explicui (cap. 18 et 19). Quod per haec discussum non est necesse est maturescat. Idque quo celerius fiat, imponenda est farina hordeacea ex aqua cocta \*\*\* recte miscetur<sup>1)</sup>. Eadem autem haec in minoribus quoque abscessibus, quorum nomina proprietatesque supra reddidi, recte fiunt. Eademque omnium curatio: tantum modo distat. Crudum est autem, in quo major quasi venarum motus est et gravitas et ardor et distentio et dolor et rubor et durities; et, si major abscessus est, horror, aut etiam febricula permanet: penitusque condita suppuratione, si pro his, quae alibi cutis ostendit, punctiones sunt. Ubi ista se remiserunt, jamque is locus prurit, et aut sublividus, aut subalbidus est, matura suppuratio est: eaque, ubi vel per ipsa medicamenta, vel etiam ferro aperta est, pus debet emitti (cf. II, 7). Tum si qua in alis, vel inguinibus sunt, sine linamento nutrienda sunt. In ceteris quoque partibus, si plaga exigua est, si mediocris suppuratio fuit, si non alte penetravit, si febris non est, si valet corpus, aequae linamenta supervacua sunt: in reliquis parce

1) Desunt aliqua. Lacunam ita ex Cod. Med. I. restituit Milligan: *imponenda est farina hordeacea, quae ex aqua cocta recte miscetur*. Miscere enim pro eo quod praeparare est, veteres dixisse quis nescit?

tamen, nec, nisi magna plaga est, imponi debent. Com-  
 mode vero vel super linamenta, vel sine his imponitur lenti-  
 cula ex melle, aut malicorium ex vino coctum: quae et per  
 se et mixta idonea sunt. Si qua circa duriora sunt, ad ea  
 5 mollienda vel malva contrita, vel foeni graeci linive semen  
 ex passo coctum superdandum est. Quidquid deinde imposi-  
 tum est, non adstringi, sed modice deligari debet. Illo ne-  
 minem decipi decet, ut in hoc genere cerato utatur. Cetera,  
 quae pertinent ad purgandum ulcus, ad implendum, ad cica-  
 10 tricem inducendam, conveniunt quae in vulneribus exposita  
 sunt (cap. 26 et 27).

12. Nonnumquam autem ex ejusmodi abscessibus, et ex  
 aliis ulcerum generibus fistulae oriuntur. Id nomen est ulceri  
 alto, angusto, calloso. Fit in omni fere parte corporis; ha-  
 15 betque quaedam in singulis locis propria. Prius de communi-  
 bus dicam. Genera igitur fistularum plura sunt: siquidem  
 aliae breves sunt, aliae altius penetrant; aliae recte intus  
 feruntur, aliae multoque plures transversae; aliae simplices  
 sunt, aliae duplices triplicesve, ab uno ore orsae, aut etiam  
 20 in plures sinus dividuntur: aliae rectae, aliae flexae, et tor-  
 tuosae sunt; aliae intra carnem desinunt, aliae ad ossa aut  
 cartilagineam penetrant, aut, ubi neutrum horum subest, ad  
 interiora perveniunt; aliae deinde facile, aliae cum difficul-  
 tate curantur, atque etiam quaedam insanabiles reperiuntur.  
 25 Expedita curatio est in fistula simplici recenti, intra carnem:  
 adjuvatque ipsam corpus, si juvenile, si firmum est. Inimica  
 contraria his sunt: itemque, si fistula os, vel cartilagineam,  
 vel nervum, vel musculum laesit; si articulum occupavit; si  
 vel ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vulvam, vel ad  
 30 grandes venas arteriasve, vel ad inania, ut guttur, stoma-  
 chum, thoracem penetravit. Ad intestina quoque eam ten-  
 dere, semper periculosum, saepe pestiferum est. Quibus  
 multum mali accedit, si corpus vel aegrum, vel senile, vel  
 mali habitus est. Ante omnia autem demitti specillum in fi-  
 35 stulam convenit, ut quo tendat, et quam alte perveniat, scire  
 possimus; simul etiam protinus humida, an siccior sit: quod  
 extracto specillo patet. Si vero os in vicino est, id quoque  
 disci potest si jam nec ne eo fistula penetraverit, et quatenus



nocuerit; nam si molle est quod ultimo specillo contingitur,  
 intra carnem adhuc vitium est: si magis id renititur, ad os  
 ventum est. Ibi deinde si labitur specillum, nondum caries  
 est: si non labitur, sed aequali innititur, caries quidem, ve-  
 rum adhuc levis est: si inaequale quoque et asperum subest, <sup>5</sup>  
 vehementius os exesum est. At cartilago ubi subsit, ipsa  
 sedes docet; perventumque esse ad eam ex renisu patet. Et ex  
 his quidem colliguntur fistularum sedes, spatia, noxae. Sim-  
 plices vero eae sint, an in plures partes diducantur, cognosci  
 potest ex modo puris; ejus si plus fertur, quam quod sim- <sup>10</sup>  
 plici spatio convenit, plures sinus esse manifestum est.  
 Quumque fere juxta sint caro, et nervus, et aliqua nervosa,  
 quales fere tunicae membranaeque sunt, genus quoque puris  
 docebit, num plures sinus intus diversa corporis genera per-  
 roserint. Siquidem ex carne pus laeve, album, copiosius <sup>15</sup>  
 fertur: at ex nervoso loco, coloris quidem ejusdem, sed  
 tenuius: ex nervo, pingue et oleo non dissimile. Denique  
 etiam corporis inclinatio docet, num in plures partes fistulae  
 penetrarint; quia saepe, quum quis aliter decubuit, aliterque <sup>20</sup>  
 membrum collocavit, pus ferri, quod jam desierat, iterum  
 incipit; testaturque, non solum alium sinum esse, ex quo de-  
 scendat, sed etiam in aliam corporis partem eum tendere.  
 Sed si et in carne et recens et simplex est, ac neque rugosa <sup>25</sup>  
 neque cava sede, neque in articulo, sed in eo membro,  
 quod per se immobile, non nisi cum toto corpore movetur;  
 satis proficiet emplastrum, quod recentibus vulneribus im-  
 ponitur, dum habeat vel salem, vel alumen, vel squamam  
 aeris, vel aeruginem, vel ex metallicis aliquid: exque eo  
 collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo ple-  
 nius, idque ea parte, qua tenuius est, antecedente demitti <sup>30</sup>  
 oportet in fistulam, donec purus sanguis se ostendat: quae  
 in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Idem deinde  
 emplastrum in linteolo superimponendum, supraque injicien-  
 da spongia est in acetum ante demissa: solvique quinto die  
 satis est. Genusque victus adhibendum est, quo carnem ali <sup>35</sup>  
 docui. Ac si longius a praecordiis fistula est, ex intervallo  
 jejunum radículas esse, deinde vomere, necessarium est.  
 Vetustate callosa fit fistula. Callus autem neminem fallit,

quia durus est, et aut albus, aut pallidus. Sed tum validioribus medicamentis opus est: quale est, quod habet papaveris lacrimae p. )-(. I. gummis p. )-(. III. z. cadmiae p. )-(. IV. atramenti sutorii p. )-(. VIII. ex quibus aqua eoactis

5 collyrium fit: aut in quo sunt gallae p. )-(. z. aeruginis, sandaraehae, aluminis aegyptii, singulorum p. )-(. I. atramenti sutorii eombusti p. )-(. II. aut quod constat ex chalcitide, et saxo calcis; quibus auripigmenti dimidio minus, quam in singulis prioribus est, adjicitur, eaque melle cocto exeipiuntur.

10 Expeditissimum autem est ex praecepto Megetis, aeruginis rasae p. )-(. II. conterere, deinde ammoniaci thymiamatis p. )-(. II. aeeto liquare, eoque infuso aeruginem cogere: idque ex primis medicamentis est. Sed ut haec maximi effectus sunt, si cui ista non adsunt, facile tamen est callum

15 quibuslibet adurentibus medicamentis erodere: satisque est vel papyrus intortum, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrietum eo illinere. Scilla quoque eocta et mixta cum calce, callum exest. Si quando vero longior et transversa fistula est, demisso specillo, contra principium hujus

20 incidi commodissimum est, et collyrium utrinque demitti. At si duplicem esse fistulam aut multiplicem existimamus, sic tamen, ut brevis, intraque carnem sit, collyrio uti non debemus quod unam partem curet, reliquas omittat; sed eadem medicamenta arida in calamum scriptorium conjicienda

25 sunt, isque ori fistulae aptandus, inspirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur: aut eadem ex vino liquanda; vel si sordidior fistula est, ex mulso; si callosior, ex aeeto sunt; idque intus infundendum. Quidquid inditum est, superponenda sunt, quae refrigerent et reprimant: nam fere, quae

30 circa fistulam sunt, habent aliquid inflammationis. Neque alienum est, ubi quis resolverit, antequam rursus alia medicamenta conjiciat, per oricularium elysterem fistulam eluere, si plus puris fertur, vino; si callus durior est, aeeto; si jam purgatur, mulso, vel aqua, in qua ervum coctum sit, sic, ut

35 huic mellis quoque paulum adjiciatur. Fere vero fit, ut ea tunica, quae inter foramen et integram carnem est, vieta medicamentis tota exeat, infraque ulcus purum sit. Quod ubi contigit, imponenda glutinantia sunt; praecipueque spongia

melle cocto illita. Neque ignoro multis placuisse, linamentum in modum collyrii compositum tinctum melle demitti: sed celerius id glutinatur, quam impletur. Neque verendum est, ne purum corpus puro corpori junctum non coeat; adjectis quoque medicamentis ad id efficacibus; quum saepe exulceratio digitorum, nisi magna cura prospeximus, sanescendo in unum eos jungat.

13. Est etiam ulceris genus, quod a favi similitudine *κηρίον* a Graecis nominatur: idque duas species habet. Alterum est subalbidum, furunculo simile; sed majus, et cum dolore majore: quod ubi maturescit, habet foramina, per quae fertur humor glutinosus et purulentus; neque tamen ad justam maturitatem pervenit. Si divisum est, multo plus intus corrupti, quam in furunculo, apparet, altiusque descendit. Raro fit in capillis. Alterum est minus, super corpus eminent, durum, latum, subviride, subpallidum, magis exulceratum: siquidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quae fertur humor glutinosus, subpallidus, crassitudinem mellis, aut visci referens, interdum olei: si inciditur, viridis intus caro apparet. Dolor autem et inflammatio ingens est, adeo ut acutam quoque febrem movere consuerint. Super id, quod minus crebris foraminibus exasperatum est, recte imponitur et ficus arida, et lini semen in mulso coctum, et emplastra ac malagmata materiam educentia, aut quae proprie huc pertinentia supra posui. Super alterum et eadem medicamenta, et farina ex mulso cocta, sic, ut ei dimidium resinae terebinthinae misceatur; et ficus in mulso decocta, cui paulum hyssopi contriti sit adjectum; et uvae taminiae pars quarta. Quod si parum in utrolibet genere medicamenta proficiunt, totum ulcus usque ad sanam carnem excidi oportebit. Ulcere ablato, super plagam medicamenta danda sunt, primum, quae pus citent; deinde, quae purgent; tum, quae impleant.

14. Sunt vero quaedam verrucis similia; quorum diversa nomina, ut vitia sunt. *Ἀροχορδόνα* Graeci vocant, ubi sub cute coit aliquid durius, et interdum paulo asperius, coloris ejusdem; supra latius, ad cutem tenue: idque modicum est,

quia raro fabae magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore nascitur; sed fere plura, maximeque in pueris: eaque nonnumquam subito desinunt, nonnumquam mediocrem inflammationem excitant; sub qua etiam in pus convertuntur. — At *θύμιον* nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminent, ad cutem latius, supra tenue, subdardum, et in summo perasperum: idque sumnum colorem floris thymi repraesentat, unde ei nomen est; ibique facile finditur, et cruentatur; nonnumquam aliquantum sanguinis fundit: fereque citra magnitudinem fabae aegyptiae est, raro majus, interdum perexiguum. Modo autem unum, modo plura nascuntur vel in palmis, vel in inferioribus pedum partibus: pessima tamen in obscoenis sunt; maximeque ibi sanguinem fundunt. — *Μυρμηκία* autem vocantur humiliora thymio durioraque: quae radices altius exigunt, majoremque dolorem movent; infra lata, supra autem tenuia; minus sanguinis mittunt; magnitudine vix umquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum. — Clavus autem nonnumquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, praecipue ex contuso; quamvis interdum aliter: doloremque, etiamsi non alias, tamen ingredienti movet. Ex his acrochordon et thymium saepe etiam per se finiuntur; et quo minora sunt, eo magis: myrmecia et clavi sine curatione vix umquam desinunt. Acrochordon, si excisa est, nullam radiculam relinquit, ideoque ne renascitur quidem; thymio clavoque excisis, subter rotunda radícula nascitur, quae penitus descendit ad carnem; eaque relicta idem rursus exigit: myrmecia latissimis radicibus inhaerent; ideoque ne excidi quidem sine magna exulceratione possunt. Clavum subinde radere commodissimum est: nam sine ulla vi sic mollescit; ac, si sanguinis quoque aliquid emissum est, saepe emoritur. Tollitur etiam, si quis eum circumpurgat, deinde imponit resinam, cui miscuit pulveris paulum, quem ex lapide mulari contrito fecit. Cetera vero genera medicamentis adrenda sunt: aliisque id, quod ex faece vini; myrmeciis id, quod ex alumine et sandaracha sit, aptissimum est. Sed ea, quae circa sunt, foliis contegi debent, ne ipsa quoque exul-

cerentur: deinde postea lenticula imponi. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta.

15. At pusulae maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus partemve aspritudo quaedam sit, similis iis pusulis, quae ex urtica, vel ex sudore nascuntur: *ἐξανθήματα* Graeci vocant. Eaeque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnumquam plures, similes varis oriuntur; nonnumquam majores, lividae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato: subestque iis humor; ubi eae ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet; *φλύκταιναι* graece nominantur. Fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis. — *Φλυξάκιον* autem paulo durior pusula est, subalbida, acuta; ex qua ipsa quod exprimitur humidum est. Ex pusulis vero nonnumquam etiam ulcuscula fiunt aut aridiora, aut humidiora; et modo tantum cum prurigine, modo etiam cum inflammatione ac dolore; exitque aut pus, aut sanies, aut utrumque. Maximeque id evenit in aetate puerili; raro in medio corpore; saepe in eminentibus partibus. Pessima pusula est, quae *ἐπιουκίς* vocatur (cf. Hipp. *De aëre, aq. et loc.* 3, et in mea edit. p. 372). Ea colore vel sublivida, vel nigra, vel alba esse consuevit: circa hanc autem vehemens inflammatio est; et quum adaperata est, reperitur intus exulceratio mucosa, colore humori suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem ejus est: neque enim ea faba major est. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu; unde nomen quoque a Graecis ei impositum est. In omnium vero pusularum curatione primum est, multum ambulare atque exerceri; si quid ista prohibet, gestari: secundum est, cibum minuere; abstinere ab omnibus acribus et extenuantibus: eademque nutrices facere oportet, si lactens puer ita affectus est. Praeter haec is qui jam robustus est, si pusulae minutae sunt, desudare in balneo debet; simulque super eas nitrum inspergere, oleoque vinum miscere, et sic ungi; tum descendere in solium. Si nihil sic proficitur, aut si majus pusularum genus occupavit, imponenda lenticula est; detractaque summa pellicula, ad medicamenta lenia



transeundum. Epinyctis post lenticulam recte herba quoque sanguinali, vel viridi coriandro curatur. Ulcera ex pusulis facta tollit spuma argenti cum semine foeni graeci mixta, sic, ut his invicem rosa atque intubi succus adjiciatur, dum  
 5 mellis crassitudo ei fiat. Proprie ad eas pusulas, quae infantes male habent, lapidis, quem pyriten vocant, p.)-(VIII. cum quin-  
 quaginta amaribus nucibus miscetur, adjiciunturque olei cyathi tres. Sed prius ungi ex cerussa pusulae debent, tum hoc illini.

16. Scabies vero est durior cutis (cf. Paul. Aeg. IV, 2),  
 10 rubicunda; ex qua pusulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, litque ex his continuata exulceratio pruriens, serpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto desinit, in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo asperior est, quoque prurit  
 15 magis, eo difficilins tollitur. Itaque eam, quae talis est, ἀργίαν Graeci appellant. In hac quoque victus ratio eadem, quae supra, necessaria est. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum est quod fit ex spodii, croci, aernginis, singulorum p.)-(z. piperis albi, omphacii, singulorum p.)-(I. cadmiae p.)-(VIII. At ubi jam exulceratio est, id, quod fit ex sulphuris p.)-(I. cerac p.)-(IV. picis liquidae hemina, olei sextariis duobus: quae simul incoquantur, dum crassitudo mellis fiat. Est etiam, quod ad Protarchum anctorem refertur (18, 18). Habet farinae lupinorum sextarium,  
 25 nitri cyathos quatuor, picis liquidae heminam, resinae humidae selibram, aceti cyathos tres. Crocum quoque, lycium, aerugo, myrrha, cinis, aequis portionibus recte miscentur, et ex passo coguntur: idque omnem pituitam utique sustinet (id est *reprimi*). Ac si nihil aliud est, amara ad tertiam  
 30 partem decocta, vel sulphur picis liquidae mixtum, sicut in pecoribus proposui (*videl. in libris De agricultura*), hominibus quoque scabie laborantibus opitulatur.

17. Impetiginis vero species sunt quatuor. Minime mala est quae similitudine scabiem repraesentat: nam et rubet,  
 35 et durior est, et exulcerata est, et rodit. Distat autem ab ea, quod magis exulcerata est, et varis similes pusulas habet; videnturque esse in ea quasi bullulae quaedam, ex quibus interposito tempore squamulae resolvuntur; certiori-

busque haec temporibus revertitur. Alterum genus pejus est, simile papulae fere, sed asperius rubicundiusque, figuras varias habens: squamulae ex summa eute discedunt, rosio major est, eelerius et latius procedit, certioribusque etiamnum, quam prior, temporibus et fit, et desinit. Rubra cognominatur. Tertia etiamnum deterior est: nam et crassior est, et durior, et magis tumet; in summa eute finditur, et vehementius rodit; ipsa quoque squamosa, sed nigra; proceditque et late, nee tarde; et minus errat in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit; neque ex toto tollitur. Nigrae cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans e colore: nam subalbidum est, et recenti eicatrici simile; squamulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lentientiae similes; quibus dentis nonnumquam profluit sanguis. Alioquin vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissa est; proeeditque latius. Haec vero omnia genera maxime oriuntur in pedibus et manibus; atque mugues quoque infestant. Medicamentum non aliud valentius est, quam quod ad scabiem quoque pertinere sub auctore Protarcho retuli (18, 18). Serapion autem, nitri p.)-( . II. sulphuris p.)-( . IV. exeipiebat resina copiosa, eoque utebatur.

18. Papularum vero duo genera sunt. Alterum, in quo per minimas pusulas cutis exasperatur, et rubet, leviterque roditur; medium habet pauxillo laevius; tarde serpit: idque vitium maxime rotundum ineipit, eademque ratione in orbem proeedit. Altera autem est, quam *ἀγρία* Graeci appellant: in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur exulceraturque, ac vehementius et roditur, et rubet, et interdum etiam pilos remittit. Quae minus rotunda est, difficilius sanescit: nisi sublata est, in impetiginem vertitur. Sed levis papula etiam, si jejuna saliva quotidie defricatur, sanescit: major, commodissime murali herba tollitur, si super eadem trita est. Ut vero ad composita medicamenta veniamus, idem illud Protarchi (18, 19) tanto valentius in his est, quanto minus in his vitii est. Alterum ad idem Myronis (cf. § 19): nitri rubri, turis, singulorum p.)-( . I. cantharidum purgatarum p.)-( . II. sulphuris ignem non experti tantum-

dem. resinae terebinthinae liquidae p. )-(. XX. farinae lolii sext. I. gith cyathos tres, picis crudae sext. I.

19. Vitiligo quoque, quamvis per se nullum periculum adfert, tamen et foeda est, et ex malo corporis habitu fit. 5 Ejus tres species sunt. — *Ἀλφός* vocatur, ubi color albus est, fere subasper et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur; interdum etiam latius, et cum quibusdam intermissionibus serpit. — *Μέλας* colore ab hoc differt, quia niger est, et umbrae similis: cetera eadem sunt. 10 — *Ἀεὺζη* habet quiddam simile alphi, sed magis albida est, et altius descendit; in eaque albi pili sunt, et lanugini similes. Omnia haec serpunt: sed in aliis celerius, in aliis tardius alphas et melas in quibusdam variis temporibus et oriuntur et desinunt: leuce, quem occupavit, non facile dimittit. 5 Priora curationem non difficillimam recipiunt: ultimum vix umquam sanescit; ac, si quid ei vitio demtum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Utrum autem aliquod horum sanabile sit, an non sit, experimento facile colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi: si sanguis 10 exit, quod fere fit in duobus prioribus, remedio locus est; si humor albidus, sanari non potest. Itaque ab hoc quidem abstinendum est. Super id vero quod curationem recipit, imponenda lenticula mixta cum sulphure et ture, sic, ut ea contrita ex aceto sint. Aliud ad idem, quod ad Irenaeum 5 auctorem refertur. Alcyonium, nitrum, cuminum, fici folia arida paribus portionibus contunduntur, adjecto aceto. His in sole vitiligo perungitur; deinde non ita multo post, ne nimis erodatur, eluitur. Proprie quidam, Myrone auctore (cf. § 18), eos, quos alphas vocari dixi, hoc medicamento perungunt: 6 sulphuris p. )-(. z. aluminis scissilis p. )-(. z. nitri p. )-(. z. z. myrti aridae contritae acetabulum miscent; deinde in balneo super vitiliginem inspergunt farinam ex faba, tum haec inducunt. Ii vero, quos melanas vocari dixi, curantur, quum simul contrita sunt alcyonium, tus, hordeum, faba, 5 eaque sine oleo in balneo ante sudorem insperguntur; tum genus id vitiliginis defricatur.

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER UNDECIMUS

IDEM  
MEDICINAE SEXTUS.

---

CAPUT I.

De vitis singularum corporis partium.

Dixi de iis vitis, quae, per totum corpus orientia, medicamentorum auxilia desiderant: nunc ad ea veniam, quae non nisi in singulis partibus incidere consuerunt, orsus a<sup>5</sup> capite. In hoc igitur capillis fluentibus maxime quidem saepe radendo succurritur. Adjicit autem vim quamdam ad continendum ladanum cum oleo mixtum. Nunc de iis capillis loquor, qui post morbum fere fluunt. Nam, quo minus caput quibusdam aetate nudetur, succurri nullo modo potest. 10

CAPUT II.

De porrigine.

Porrigo autem est, ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt, caeque a cute resolvuntur; et interdum madent, multo saepius siccac sunt. Idque evenit modo sine<sup>13</sup> ulcere, modo exulcerato loco: huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio: ac neque sine aliquo vitio corporis nascitur, neque ex toto inutile est. Nam bene integro capite non exit: ubi aliquod in eo vitium<sup>20</sup> est, non incommodum est summam cutem potius subinde

corrumpti, quam id, quod nocet, in aliam partem magis necessariam verti. Commodius est ergo subinde peccando repurgare, quam id ex toto prohibere. Si tamen ea res nimium offendit, quod humore sequente fieri potest, magisque si is etiam mali odoris est, caput saepe radendum est; dein id superadjuvandum aliquibus ex leniter reprimentibus; quale est nitrum cum aceto, vel ladanum cum murteo et vino, vel myrobalanum cum vino. Si parum per haec proficitur, vehementioribus uti licet; cum eo, ut sciamus, utique in recenti vitio id inutile esse.

## CAPUT III.

## De Sycosi.

Est etiam ulcus, quod a ficis similitudine *σύκωσις* a Graecis nominatur. Caro excrescit: et id quidem generale est. Sub eo vero duae species sunt. Alterum ulcus durum et rotundum est: alterum humidum et inaequale. Ex duro exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido plus, et mali odoris. Fit utrumque in iis partibus, quae pilis conteguntur: sed id quidem, quod callosum et rotundum est, maxime in barba; id vero, quod humidum, praecipue in capillo. Super utrumque oportet imponere elaterium, aut lini semen contritum et aqua coactum, aut ficum in aqua decoctam, aut emplastrum tetrapharmacum ex aceto subactum. Terra quoque eretria ex aceto liquata recte illinitur.

## CAPUT IV.

## De Areis.

Arearum quoque duo genera sunt. Commune utrique est, quod emortua summa pellicula pili primum extenuantur, deinde excidunt: ac, si ictus is locus est, sanguis exit liquidus, et mali odoris: increscitque utrumque in aliis celeriter, in aliis tarde. Pejus est, quod densam cutem, et subpinguem, et ex toto glabram fecit. — Sed ea, quae *ἀλωπεκία* nomina-



tur, sub qualibet figura dilatatur. Fit et in capillo, et in barba. — Id vero, quod a serpentis similitudine *ὄφιασις* appellatur, incipit ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit; ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priore parte committant. Illud vitium in qualibet aetate fit; hoc fere in infantibus: illud vix umquam sine curatione, hoc per se saepe finitur. Quidam haec genera arearum scalpello exasperant: quidam illinunt adurentia ex oleo; maximeque chartam combustam: quidam resinam terebinthinam cum thapsia inducunt. Sed nihil melius est, quam novacula quotidie radere: quia, quum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculae. Neque ante oportet desistere, quam frequentem pilum nasci apparuerit. Id autem, quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est.

## CAPUT V.

De varis, lenticulis et ephelidis.

Paene ineptiae sunt curare varos, et lenticulas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest. Ex his autem, vari lenticulaeque vulgo notae sunt; quamvis rarior ea species est, quam semion Graeci vocant; quum sit ea lenticula rubicundior et inaequalior. Ephelis vero a plerisque ignoratur: quae nihil est, nisi asperitas quaedam et durities mali coloris. Cetera non nisi in facie: lenticula etiam in alia parte nonnumquam nasci solet; de qua per se scribere alio loco visum operae pretium non est. Sed vari commodissime tolluntur imposita resina, cui non minus quam ipsa est, aluminis scissilis, et paulum mellis adjectum sit. Lenticulam tollunt galbanum et nitrum, quum pares portiones habent, contritaque ex aceto sunt, donec ad mellis crassitudinem venerint. His corpus illinendum, et, interpositis pluribus horis, mane eluendum est, oleoque leniter unguendum. Ephelidem tollit resina, cui tertia pars salis fossilis et paulum mellis adjectum sit. Ad omnia vero ista, atque etiam ad colorandas cicatrices:

potest ea compositio, quae ad Tryphonem patrem auctorem refertur. In ea pares portiones sunt myrobalani magmatici, cretae cimoliae subcaeruleae, nucum amararum, farinae hordei atque ervi, struthii albi, sertulae campanae seminis: quae omnia contrita, melle quam amarissimo coguntur, illitumque vespere, mane eluitur.

## CAPUT VI.

De oculorum morbis.

1. Sed haec quidem mediocria sunt. Ingentibus vero et  
 10 variis casibus oculi nostri patent: qui quum magnam partem  
 ad vitae simul et usum et dulcedinem conferant, summa cura  
 tuendi sunt. Protinus autem orta lippitudine, quaedam notae  
 sunt, ex quibus, quid eventurum sit, colligere possimus.  
 Nam si simul et lacrima et tumor et crassa pituita coeperint;  
 15 si ea pituita lacrimae mixta est; neque lacrima calida est,  
 pituita vero alba et mollis, tumor non durus, longae valetu-  
 dinis metus non est. At si lacrima multa et calida, pituitae  
 paulum, tumor modicus est, idque in uno oculo est; longum  
 id, sed sine periculo, futurum est. Idque lippitudinis genus  
 20 minime cum dolore est; sed vix ante vicesimum diem tollitur  
 (*Prorrh.* II. 18): nonnumquam per duos menses durat. Quan-  
 documque finitur, pituita alba et mollis esse incipit, lacrimae-  
 que miscetur. At si simul ea utrumque oculum invaserunt,  
 potest esse brevior, sed periculum ulcerum est. Pituita  
 25 autem sicca et arida dolorem quidem movet, sed maturius  
 desinit; nisi quid exulceravit. Tumor magnus, si sine dolore  
 est, et siccus, sine ullo periculo est: si siccus quidem, sed  
 cum dolore est, fere exulcerat; et nonnumquam ex eo casu  
 fit, ut palpebra cum oculo glutinetur. Eiusdem exulcera-  
 30 tionis timor in palpebris pupillisve est, ubi super magnum  
 dolorem lacrimae salsae calidaeque eunt; aut etiam si, tu-  
 more jam finito, diu lacrima cum pituita profluit. Pejus  
 etiamnum est, ubi pituita pallida aut livida est, lacrima ca-  
 lida et multa profluit, caput calet, a temporibus ad oculos  
 35 dolor pervenit, nocturna vigilia urget: siquidem sub his

oculus plerumque rumpitur; votumque est, ut tantum exulceretur. Intus ruptum oculum febricula juvat: si foras jam ruptus procidit, sine auxilio est. Si de nigro aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum et crassum est, etiam post curationem vestigium aliquod relinquit. Curari vero oculos sanguinis detractio, medicamento (sc. *purgante*), balneo, vino, vetustissimus auctor Hippocrates (*Aph.* VI, 31) memoriae prodidit. Sed eorum tempora et causas parum explicuit: in quibus medicinae summa est. Neque minus in abstinentia et alvi ductione saepe auxilii est. 10  
 Hos igitur interdum inflammatio occupat: ubi cum tumore in his dolor est; sequiturque pituitae cursus, nonnumquam copiosior vel acrior, nonnumquam utraque parte moderatior. In ejusmodi casu prima omnium sunt quies et abstinentia. Ergo primo die, loco obscuro cubare debet sic, ut a sermone quoque abstineat; nullum cibum assumere; si fieri potest, ne aquam quidem; sin minus, certe quam minimum ejus. Quod si graves dolores sunt, commodius secundo die; si tamen res urget, etiam primo sanguis mittendus est; utique si in fronte venae tument, si firmo corpore materia 20  
 superest. Si vero minor impetus minus acrem curationem requirit, alvum, sed nonnisi secundo tertiove die, duci oportet. At modica inflammatio neutrum ex his auxilium desiderat; satisque est uti quiete et abstinentia. Neque tamen in lippientibus longum jejunium necessarium est, ne pituita 25  
 tenuior atque acrior fiat: sed secundo die dari debet id, quod levissimum videri potest ex iis, quae pituitam faciunt crassiorem; qualia sunt ova sorbilia: si minor vis urget, pulicula quoque, aut panis ex lacte. Insequentibusque diebus, quantum inflammationi detrahatur, tantum adjici cibus 30  
 poterit; sed generis ejusdem: utique ut nihil salsum, nihil acre, nihil ex iis, quae extenuant, sumatur; nihil potui praeter aquam. Et victus quidem ratio talis maxime necessaria est. Protinus autem primo die croci p. )-( . I. et farinae candidae quam tenuissimae p. )-( . II. excipere oportet 3  
 ovi albo, donec mellis crassitudinem habeat: idque in linteolum illinere, et fronti agglutinare, ut, compressis venis, pituitae impetum cohibeat. Si crocum non est, tus idem

facit. Liuteolo an lana excipiatur, nihil interest. Superinungi vero oculi debent sic, ut croci quantum tribus digitis comprehendi potest, sumatur, myrrhae ad fabae, papaveris lacrimae ad lenticulae magnitudinem, eaque cum passo conterantur, et specillo super oculum inducantur. Aliud ad idem: 5 myrrhae p. )-( z. mandragorae succi p. )-( I. papaveris lacrimae p. )-( II. foliorum rosae, cicutae seminis, singulorum p. )-( III. acaciae p. )-( IV. gummis p. )-( VIII. Et haec quidem interdum: noctu vero, quo commodior quies 10 veniat, non alienum est, superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam: nam et pituitam reprimit, et, si quid lacrimae processit, absorbet, et oculum glutinari non patitur. Si grave id et durum, propter magnum oculorum dolorem, videtur, ovi et album et vitellus in vas defundendum est; 15 adjiciendumque eo mulsi paulum, idque digito permiscendum: ubi facta unitas est, demitti debet lana mollis bene carpta, quae id excipiat, superque oculos imponi. Ea res et levis est, et refrigerando pituitam coercescit, et non exarescit, et glutinari oculum non patitur. Farina quoque 20 hordeacea cocta, et cum malo cotoneo cocto mixta, commode imponitur. Neque ab ratione abhorret, etiam penicillo potissimum uti expresso, si levior impetus est, ex aqua; si major, ex posca. Priora fascia deliganda sunt, ne per somnum cadant: at hoc superimponi satis est, quia et reponi ab 25 ipso commode potest; et quum inaruit, iterum madefaciendum est. Si tantum mali est, ut somnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum est, quae ἀνώδυνα Graeci appellant: satisque est puero, quod ervi; viro, quod fabae magnitudinem impleat. In ipsum vero oculum primo die, nisi modica inflammatio est, nihil recte conjicitur; saepe enim potius 30 concitatur eo pituita, quam minuitur. A secundo die, gravi quoque lippitudini per indita medicamenta recte succurritur, ubi vel jam sanguis missus, vel alvus ducta est, aut neutrum necessarium esse manifestum est.

35 2. Multa autem multorumque auctorum collyria ad id apta sunt; novisque etiam nixturis temperari possunt; quum lenia medicamenta, et modice reprimentia, facile et varie misceantur. Ego nobilissima exsequar.

3. Est igitur Philonis, quod habet cerussae elotae, spodii, gummis, singulorum p.)-(I. papaveris lacrimae combustae p.)-(II. Illud scire oportet hic quoque omnia medicamenta, singula primum per se teri, deinde mixta iterum, adjecta paulatim vel aqua, vel alio humore: gummi, quum quaedam alias facultates habeat, hoc maxime praestare, ut, ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint, neque frientur.

4. Dionysii vero collyrium est: papaveris lacrimae combustae, donec tenerescat, p.)-(I. aeris combusti, gummi, singulorum p.)-(II. spodii p.)-(IV.

5. Cleonis nobile admodum: papaveris lacrimae frictae p.)-(I. croci p.)-(z. gummis p.)-(I. quibus, dum teruntur, adjicitur rosae succus. Aliud ejusdem valentius: squamae aeris, quod *στόμωμα* appellant, p.)-(I. croci p.)-(II. spodii p.)-(IV. plumbi eloti et combusti p.)-(VI. gummis tantumdem. Attalium (*Attalicum?*) quoque ad idem est, maxime ubi multa pituita profluit: castorei p.)-(z. aloes p.)-(z. croci p.)-(I. myrrhae p.)-(II. lycii p.)-(III. cadmiae enratae p.)-(VIII. stibis tantumdem, acaciae succi p.)-(XII. Quod gummi hoc non habet, liquidum in pyxidicula servatur. Theodotus vero huic compositioni adjecit papaveris lacrimae combustae p.)-(z. aeris combusti et eloti p.)-(II. nucleos palmarum combustos numero XX. gummis p.)-(XII.

6. At ipsius Theodoti, quod a quibusdam *ἀχάριστον* nominatur, ejusmodi est: castorei, nardi indici, singulorum p.)-(I. lycii p.)-(z. papaveris lacrimae tantumdem, myrrhae p.)-(II. croci, cerussae elotae, aloes, singulorum p.)-(III. cadmiae botryitidis elotae, aeris combusti, singulorum p.)-(VIII. gummis p.)-(XVIII. acaciae succi p.)-(XX. stibis tantumdem; quibus aqua pluviatilis adjicitur.

7. Praeter haec, ex frequentissimis collyriis est, id quod quidam *cythion*, quidam a cinereo colore *τέφριον* appellant: Amyli, tragacanthae, acaciae succi, gummis, singulorum p.)-(I. papaveris lacrimae p.)-(II. cerussae elotae p.)-(IV. spumae argenti elotae p.)-(VIII. quae aequae ex aqua pluviatili conterantur.



S. Enelpides autem, qui aetate nostra maximus fuit ocularius medicus, utebatur eo, quod ipse composuerat: trygodes nominabat: Castorei p. )-( z z. lycii, nardi, papaveris lacrimae, singulorum p. )-( I. croci, myrrhae, aloes, singulorum p. )-( IV. aeris combusti p. )-( VIII. cadmiae et stibis, singulorum p. )-( XII. acaciae succi p. )-( XXVI. gummi tantundem.

Quo gravior vero quaeque inflammatio est, eo magis leniri medicamentum debet, adjecto vel albo ovi, vel muliebri lacte. Ac si neque medicus, neque medicamentum praesto est, saepius ntrumlibet horum in oculos penicillo ad id ipsum facto infusum, id malum lenit. Ubi vero aliquis relevatus est, jamque cursus pituitae constitit, reliquias fortasse leviores futuras discutiant balneum et vinum. Igitur lavari debet, leviter ante ex oleo perfricatus, duntiusque in cruribus et feminibus; multaque calida aqua fovere oculos; deinde per caput prius calida, tum egelida perfundi: a balneo cavere ne quo frigore afflatus laedatur: post haec cibo paulo pleniore, quam ex eorum dierum consuetudine, uti, vitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus; vinum bibere leve, subausterum, modice vetus, neque effuse, neque timide; ut neque cruditas ex eo, et tamen somnus fiat, lenianturque intus latentia acria. Sed si quis in balneo sensit majorem oculorum perturbationem, quam attulerat; quod incidere iis solet, qui manente adhuc pituitae cursu festinant; quamprimum discedere debet; nihil eo die vini assumere, cibi minus etiam, quam pridie: deinde quum primum satis pituita substitit, iterum ad usum balnei redire. Solet tamen evenire nonnumquam, sive tempestatum vitio, sive corporis, ut pluribus diebus neque dolor, neque inflammatio, et minime pituitae cursus finiatur. Quod ubi incidit, jamque ipsa vetustate res matura est, ab iisdem auxilium petendum est, id est balneo ac vino. Haec enim ut in recentibus malis aliena sunt, quia concitare ea possunt et accendere; sic in veteribus, quae nullis auxiliis cesserunt, admodum efficacia esse consuerunt: videlicet hic quoque, ut alibi, quum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus. Sed ante tonderi ad cutem convenit: deinde in balneo aqua calida quamplurima

caput atque oculos fovere: tum utrumque penicillo detergere, et ungerere caput irino; continereque in lectulo se, donec omnis calor, qui conceptus est, finiatur, desinatque sudor, qui necessario in capite collectus est: tum ad idem cibi viniq[ue] genus veniendum, sic, ut potiones meracae sint; 5 obtegendumque caput, et quiescendum. Saepe enim post haec gravis somnus, saepe sudor, saepe alvi dejectio pituitae cursum finit. Si levatum malum est; quod aliquanto saepius fit; per plures dies idem fieri oportet, donec ex toto sanitas restituatur. Si diebus iisdem alvus nihil reddit, du- 10 cenda est, quo magis superiores partes levantur.

Nonnumquam autem ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: *πρόπτωσιν* id, quoniam oculi prociidunt, Graeci appellant. His n[on]t[er]que, si vires patiuntur, sanguinem mitti; si id fieri non potest, alvum 15 duci, longioremque in diem indici, necessarium est. Opus autem lenissimis medicamentis est: ideoque Cleonis collyrio quidam, quod ex duobus ante positum est, utuntur. Sed optimum est Nilei; neque de ullo magis inter omnes auctores convenit. 20

9. Id habet nardi indici, papaveris lacrimae, singulorum p.)-(—. gummis p.)-(I. croci p.)-(II. foliorum rosae recentium p.)-(IV. quae vel aqua pluviatili, vel vino levi, subaustero coguntur. Neque alienum est malicorium, vel sertulam campanam ex vino coquere, deinde conterere; aut 2 murtam nigram cum rosae foliis miscere; aut hyoscyami folia cum ovi cocti vitello; aut farinam cum acaciae succo, vel passo. aut mulso: quibus si folia quoque papaveris adji- ciuntur, aliquanto valentiora sunt. Horum aliquo praeparato, penicillo fovere oculos oportet ex aqua calida expresso, in 3 qua ante vel murti vel rosae folia decocta sint: deinde ex illis aliquid imponi. Praeter haec ab occipitio, incisa cute, cucurbitula adhibenda est. Quod si per haec restitutus oculus in sedem suam non est, eodemque modo prolapsus permanet, scire oportet lumen esse amissum; deinde futurum, 4 ut aut indurescat is, aut in pus vertatur. Si suppuratio se ostendit, ab eo angulo, qui tempori propior est, incidi oculus debet; ut, effuso pure, et inflammatio ac dolor finiatur, 5

et intus tunicae residant, quo minus foeda postea facies sit: utendum deinde vel iisdem collyriis est ex laete aut ovo; vel eroeo, cui album ovi miscetur. At si induruit, et sic emortuus est, ne in pus verteretur, quatenus foede prominebit, exidendum erit sic, ut hamo summa tunica apprehendatur, infra id deinde scalpellus ineidat: tum eadem medicamenta erunt conijcienda, donec omnis dolor finiatur. Iisdem medicamentis in eo quoque oculo utendum est, qui primum proeedit, deinde per plura loca fissus est.

10 10. Solent etiam carbunculi ex inflammatione nasci, nonnumquam in ipsis oculis, nonnumquam in palpebris: et in his ipsis, modo ab interiore, modo ab exteriori parte. In hoc casu alvus ducenda est; eibus minuendus; lac potui dandum, ut acria, quae laeserunt, leniantur. Quod ad cataplasmata et medicamenta pertinet, iis utendum quae adversus  
15 inflammationes proposita sunt: atque hic quoque Nilei collyrium optimum est. Si tamen carbunculus in exteriori palpebrae parte est, ad cataplasmata aptissimum est lini semen ex mulso coctum; aut, si id non est, tritiei farina eodem  
20 modo cocta.

11. Pusulae quoque ex inflammatione interdum oriuntur. Quod si inter initia protinus ineidit, magis etiam servanda sunt, quae de sanguine et quiete supra proposui: sin serius quam ut sanguis mitti possit, alvus tamen ducenda est: si  
25 id quoque aliqua res inhibet, utique vietus ratio servanda est. Medicamentis autem hic quoque lenibus opus est, quale Nilei, quale Cleonis est.

12. Id quoque, quod Philalethes vocatur, huc aptum est. Myrrhae, papaveris lacrimae, singulorum p. )-( . I. plumbi eloti, terrae samiae, quae ἀστῆρ vocatur, traganthae, singulorum p. )-( . IV. stibis cocti, amyli, singulorum p. )-( . VI. spodii eloti, cerussae elotae, singulorum p. )-( . VIII. quae aqua pluviatili exeipiuntur. Usus collyrii vel ex ovo, vel ex laete est.

13. Ex pusulis ulcera interdum fiunt; eaque recentia aequae lenibus medicamentis nutrienda sunt, et iisdem fere, quae supra (V, 28, 15) in pusulis posui. Fit quoque proprie ad haec, quod διὰ λιβάνου vocatur. Habet acris eom-

busti et eloti, papaveris lacrimae frictae, singulorum p. )-( I. spodii eloti, turis, stibis combusti et eloti, myrrhae, gummis, singulorum p. )-( II.

14. Evenit etiam, ut oculi, vel ambo, vel singuli, minores fiant, quam esse naturaliter debeant: idque et acer pituitae cursus in lippitudine efficit, et continuati fletus, et ictus parum bene curati. In his quoque iisdem lenibus medicamentis ex muliebri lacte utendum est: cibus vero iis, qui maxime corpus alere et implere consuerunt: vitandaque omni modo causa, quae lacrimas excitet, curaque domesticorum: 10 quorum etiam si quid tale incidit, ejus notitiae subtrahendum. Atque acria quoque medicamenta, et acres cibi non alio magis nomine his nocent, quam quod lacrimas movent.

15. Genus quoque vitii est, quo inter pilos palpebrarum pediculi nascuntur: *φθειρίαισι* Graeci nominant. Quod 15 quam ex malo corporis habitu fiat, raro non ultra procedit: sed fere tempore interposito pituitae cursus acerrimus sequitur; exulceratisque vehementer oculis, aciem quoque ipsam corrumpit. His alvus ducenda est; caput ad cutem tondendum, diuque quotidie jejunis perfricandum; his ambulationibus aliisque exercitationibus diligenter utendum; gargarizandumque ex mulso, in quo nepeta et pinguis ficus decocta sit; saepe in balneo multa calida aqua fovendum caput; vitandi acres cibi; lacte vinoque pingui utendum; bibendumque liberalius, quam edendum est. Medicamenta 25 vero intus quidem lenia danda sunt, ne quid acrioris pituitae concitent; super ipsos vero pediculos alia, quae necare eos, et prohibere, ne similes nascantur, possint. Ad id ipsum spumae nitri p. )-( I. sandarachae p. )-( I. uvae taminiae p. )-( I. simul teruntur, adjiciturque vetus oleum pari portione, atque acetum, donec ei mellis crassitudo sit.

16. Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia sunt, quae diversam curationem desiderant; fereque ex inflammationibus nata, sed finitis quoque his manentia. Atque in primis in quibusdam perseverat tenuis pituitae cursus. Quibus alvus inferiore parte evocanda est, demendumque aliquid ex cibo. Neque alienum est illi frontem compositione Andreae: quae habet gummis 35

p. ) ( . I. ccrussae, stibis, singulorum p. )-( . II. spumae argenti coctae et elotae p. )-( . IV. Sed ea spuma ex aqua pluviatili coquitur, et arida haec medicamenta ex succo myrti conteruntur. His illita fronte, cataplasma quoque superinjiciendum est ex farina, quae frigida aqua coacta sit, cuique aut acaciae succus, aut cupressus adjecta sit. Cucurbitula quoque, inciso vertice, recte accommodatur; aut ex temporibus sanguis mittitur. Inungi vero eo debet, quod habet squamae aeris, papaveris lacrimae, singulorum p. )-( . I. cervinicornus combusti et eloti, plumbi eloti, gummis, singulorum p. )-( . IV. turis p. )-( . XII. Hoc collyrium, quia cornus habet, *διὰ κέρατος* nominatur. Quotiescumque non adjicio, quod genus humoris adjiciendum sit, aquam intelligi volo.

17. Ad idem Euelpidis, quod *μειγμένον* nominabat. In eo papaveris lacrimae, et albi piperis, singulae unciae sunt, gummi libra, acris combusti p. )-( . I. s. Inter has autem curationes, post intermissionem aliquam, prosunt balneum et vinum. Quumque omnibus lippicantibus vitandi cibi sint, qui extenuant; tum praecipue, quibus tenuis humor diu fertur. Quod si jam fastidium est eorum, quae pituitam crassiorem reddunt, sicut in hoc genere materiae maxime promptum est; confugiendum est ad ea, quae, quia ventrem, corpus quoque adstringunt.

18. At ulcera, si cum inflammatione finita non sunt, aut supercrescentia, aut sordida, aut cava, aut certe vetera esse consuerunt. Ex his supercrescentia collyrio, quod *μειγμένον* vocatur, optime reprimuntur. Sordida purgantur et eodem, et eo, quod *σμιλίον* nominatur.

19. Habet acruginis p. )-( . IV. gummistantumdem, amoniaci, minii sinopici, singulorum p. )-( . XVI. quae quidam ex aqua, quidam, quo vehementiora sint, ex aceto terunt.

20. Id quoque Euelpidis, quod *χέλωνα* appellabat, huc utile est: Croci p. )-( . I. papaveris lacrimae, gummis, singulorum p. )-( . II. acris combusti et eloti, myrrhae, singulorum p. )-( . IV. piperis albi p. )-( . VI. Sed ante leni, tum hoc inungendum est.

21. Id quoque ejusdem, quod *σφαιρίον* nominabat, eodem valet: Lapidis haematitis eloti p. )-( . I. z, piperis grana



sex, cadmiae elotae, myrrhae, papaveris lacrimae, singulorum p. )-(. II. croci p. )-(. IV. gummi p. )-(. VIII. quae cum vino amineo conteruntur.

22. Liquidum quoque medicamentum ad idem componebat, in quo erant haec: aeruginis p. )-(. z. misy combusti, 5 atramenti sutorii, cinnamomi, singulorum p. )-(. I. croci, nardi, papaveris lacrimae, singulorum p. )-(. I. z. myrrhae p. )-(. II. aeris combusti p. )-(. III. cineris ex odoribus p. )-(. IV. piperis grana XV. Haec ex vino austero teruntur; deinde cum passi tribus heminis decoquantur, donec corpus 10 unum sit: idque medicamentum vetustate efficacius fit.

23. Cava vero ulcera commodissime implent ex iis, quae supra posita sunt, σφαιρίον, et id, quod φιλαλήθους (φιλάληθες?) vocatur. Idem σφαιρίον vetustis ulceribus, et vix ad cicatricem venientibus optime succurrit. 15

24. Est etiam collyrium, quod quum ad plura valeat, plurimum tamen proficere in his ulceribus videtur: refertur ad Hermonem auctorem. Habet piperis longi p. )-(. I. z. albi p. )-(. —. cinnamomi, costi, singulorum p. )-(. I. atramenti sutorii, nardi, casiae, castorei, singulorum p. )-(. II. 20 gallae p. )-(. V. myrrhae, croci, turis, lycii, cerussae, singulorum p. )-(. VIII. papaveris lacrimae p. )-(. XII. aloes, aeris combusti, cadmiae, singulorum p. )-(. XVI. acaciae, stibis, gummis, singulorum p. )-(. XXV.

25. Factae vero ex ulceribus cicatrices duobus vitiis 25 periclitantur; ne aut cavae, aut crassae sint. Si cavae sunt, potest eas implere id, quod σφαιρίον vocari dixi; vel id, quod Ἀσκληπιός nominatur. Habet papaveris lacrimae p. )-(. II. sagapeni, opopanacis, singulorum p. )-(. III. aeruginis p. )-(. IV. gummis p. )-(. VIII. piperis p. )-(. XII. cadmiae elo- 30 tae, cerussae, singulorum p. )-(. XVI. At si crassae cicatrices sunt, extenuat vel σμιλίων, vel Canopitae collyrium: quod habet cinnamomi, acaciae, singulorum p. )-(. I. cadmiae elotae, croci, myrrhae, papaveris lacrimae, gummis, singulorum p. )-(. II. piperis albi, turis, singulorum p. )-(. 35 III. aeris combusti p. )-(. VIII. Vel Euelpidis pyxinum, quod ex his constat: salis fossilis p. )-(. IV. ammoniaci thymiamatis p. )-(. VIII. papaveris lacrimae p. )-(. XII. ce-

russae p. )-(. XV. piperis albi, croci siculi, singulorum p. )-(. XXXII. gummis p. )-(. XIII. cadmiae elotae p. )-(. VIII. Maxime tamen tollere cicatricem videtur id, quod habet gummis p. )-(. z. aeruginis p. )-(. I. crocomagmatis p. )-( IV.

5 26. 27. Est etiam genus inflammationis, in qua, si cui tument ac distenduntur cum dolore oculi, sanguinem ex fronte mitti necessarium est; multaque aqua calida caput atque oculos fovere; gargarizare ex lenticula, vel ex fici cremore; inungi acribus medicamentis, quae supra comprehensa sunt; 10 maximeque eo, quod *σφαιρίον* nominatur, quod lapidem haematiten habet. Atque alia quoque utilia sunt, quae ad extenuandam aspritudinem fiunt; de qua protinus dicam.

Haec autem inflammationem oculorum fere sequitur; interdum major, interdum levior. Nonnumquam etiam ex aspritudine lippitudo fit; ipsa deinde aspritudinem auget, fitque 15 ea in aliis brevis, in aliis longa, et quae vix umquam finiatur. In hoc genere valetudinis quidam crassas dnrasque palpebras, et ficulneo folio, et asperato specillo, et interdum scalpello eradunt; versasque quotidie medicamentis suffricant. Quae 20 neque nisi in magna vetustaque aspritudine, neque saepe facienda sunt: nam melius eodem ratione victus et idoneis medicamentis pervenitur. Ergo exercitationibus utemur, et balneo frequentiore; multaque oculos aqua calida fovebimus: cibos autem sumemus acres et extenuantes; medicamentum 25 id, quod caesarianum vocatur. Habet atramenti sutorii p. )-(. I. misy p. )-(. I. z. piperis albi p. )-(. z. z. papaveris lacrimae, gummis, singulorum p. )-(. II. cadmiae elotae p. )-(. III. stibis p. )-(. VI. Satisque constat hoc collyrium adversus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse; exceptis 30 iis, quae lenibus nutriuntur.

28. Id quoque, quod Hieracis nominatur, ad aspritudinem potest. Habet myrrhae p. )-(. I. ammoniaci thymiamatis p. )-(. I. aeruginis rasae p. )-(. IV. Ad idem idoneum est etiam id, quod Canopitae est, et id quod *σμύλλον* vocatur, 35 et id quod pyxinum, et id quod *σφαιρίον*. Si composita medicamenta non adsunt, felle caprino, vel quam optimo melle satis commode aspritudo curatur.

29. Est etiam genus aridae lippitudinis: *ξηροφθαλμίαν*

Graeci appellant. Neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam graves sunt, et noctu prae gravi pituita inhaerescunt: quantoque minor generis hujus impetus, tanto finis minus expeditus est. In hoc vitio multum ambulare, multum exerceri, lavari saepe, ibique desudare, multaue frictione uti necessarium est. Cibi neque ii qui implent, neque nimium acres, apti sunt, sed inter hos medii. Mane, ubi concoxisse manifestum est, non est alienum ex sinapi gargarizare; tum deinde caput atque os diutius defricare.

30. Collyrium vero aptissimum est, quod *ὄνιον* vocatur. Habet myrrhae p. )-( . z. papaveris lacrimae, acaciae succi, piperis, gummi, singulorum p. )-( . I. lapidis haematitis, lapidis phrygii, lycii, lapidis seissilis, singulorum p. )-( . II. aeris combusti p. )-( . IV. Ac pyxinum quoque eodem accommodatum est.

31. Si vero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit, potest prodesse *ὄνιον*; potest similiter id, quod habet aeruginis rasae, piperis longi, papaveris lacrimae, singulorum p. )-( . II. piperis albi, gummi, singulorum p. )-( . IV. eadmiae elotae, cerussae, singulorum p. )-( . VI. Nullum tamen melius est quam Euelpidis, quod *βασιλικόν* nominabat. Habet papaveris lacrimae, cerussae, lapidis assii, singulorum p. )-( . II. gummis p. )-( . III. piperis albi p. )-( . IV. eroei p. )-( . VI. psorici p. )-( . XIII. Nulla autem per se materia est, quae psoricum nominetur; sed ehaleitidis aliquid, et cadmiae dimidio plus ex aeeto simul conteruntur, idque in vas fietile additum, et contactum ficulneis foliis, sub terra reponitur, sublatumque post dies viginti rursus teritur, et sic appellatur. Verum de basilico quoque collyrio convenit, ad omnes affectus oculorum id esse idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur. Ubi non sunt autem medicamenta composita, scabros angulos laevant et mel et vinum: succurritque et his et aridae lippitudini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit. Nam quum fere sit humor aliquis, qui modo ipsum oculum, modo angulos, aut palpebras exasperat, sic, et si quid prodit humoris, extrahitur, et si quid juxta est, repellitur.

32. Caligare vero oculi nonnumquam ex lippitudine, nonnumquam etiam sine hac, propter senectutem imbecillitatemve aliam, consuerunt. Si ex reliquiis lippitudinis id vitium est, adjuvat collyrium, quod Ἀσκληπιός nominatur; adjuvat id, 5 quod ex crocomagmate fit.

33. Proprie etiam ad id componitur, quod διὰ κρόνον vocant. Habet piperis p. )-( I. croci cilicii, papaveris lacrimae, cerussae, singulorum p. )-( II. psorici, gummis, singulorum p. )-( IV.

34. At si ex senectute aliave imbecillitate id est, recte inungi potest et melle quam optimo, et cyprino, et oleo veteri. Commodissimum tamen est balsami partem unam, et olei veteris, aut cyprini partes duas, mellis quam acerrimi partes tres miscere. Utilia huc quoque medicamenta sunt, 15 quae ad caliginem proxime, quaeque ad extenuandas cicatrices supra comprehensa sunt. Cuicumque vero oculi caligabunt, huic opus erit multa ambulatione atque exercitatione; frequenti balneo; ubi totum quidem corpus perfricandum est, praecipue tamen caput, et quidem irino, donec iusudet; ve- 20 landumque postea, nec detegendum, antequam sudor et calor domi conquierint. Tum cibus utendum acribus et extenuantibus; interpositisque aliquibus diebus, ex sinapi gargarizandum.

35. Suffusio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, qua cernit, se opponit. Quod si 25 inveteravit, manu curandum est: inter initia nonnumquam certis observationibus discutitur. Sanguinem ex fronte vel naribus mittere; in temporibus venas adurere; gargarizando pituitam evocare; suffumigare; oculos acribus medicamentis inungere, expedit. Victus optimus est, qui pituitam extenuat.

36. Ac ne resolutio quidem oculorum, quam παράλυσιν Graeci nominant, alio victus modo, vel aliis medicamentis curanda est. Exposuisse tantum genus vitii satis est. Igitur interdum evenit, modo in altero oculo, modo in utroque, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comitali, aut ex distentione 35 nervorum, qua vehementer ipse oculus concussus est, ut is neque quoquam intendi possit, neque omnino consistat; sed huc illuc sine ratione moveatur, ideoque ne conspectum quidem rerum praestet.

37. Non multum ab hoc malo distat id, quod *μυδράσιον* Graeci vocant. Pupilla funditur et dilatatur, aciesque ejus hebetescit, ac paene \*. Difficillime genus id imbecillitatis eliditur. In utraque vero pugnandum est per eadem omnia, quae in caligine oculorum praecepta sunt (§ 32—34),<sup>5</sup> paucis tantum mutatis: siquidem ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adjiciendum est; melle inungi satis est. Quidam in posteriore vitio calidis aquis usi relevatique: quidam sine ulla manifesta causa subito ohaecati sunt. Ex quibus nonnulli, quum aliquamdiu nihil vidissent, repentina<sup>10</sup> profusione alvi lumen receperunt. Quo minus alienum videtur, et recenti re, et interposito tempore, medicamentis quoque moliri dejectiones, quae omnem noxiam materiam in inferiora depellant.

38. Praeter haec imbecillitas oculorum est, ex qua qui-<sup>15</sup> dam interdum satis, noctu nihil cernunt: quod in feminam bene respondentibus menstruis non cadit. Sed sic laborantes inungi oportet saue jecinoris, maxime hircini, sin minus caprini, ubi id assum coquitur, excepta: atque edi quoque ipsum jecur debet. Licet tamen etiam iisdem medicamentis<sup>20</sup> non inutiliter uti, quae vel cicatrices, vel aspritudinem extennant. Quidam contrito semini portulacae mel adjiciunt eatenus, ne id ex specillo destillet, coque inungunt. Exercitationibus, balneo, frictionibus, gargarizationibus iisdem<sup>25</sup> his quoque utendum est.

39. Et haec quidem in ipsis corporibus orinuntur. Ex-  
trinsecus vero interdum sic ictus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur. Nihil commodius est, quam sanguine vel columbae, vel palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id sine causa sit; quum horum acies extrinsecus laesa inter-<sup>30</sup>posito tempore in antiquum statum redeat, celerrimeque hirundinis. Unde etiam locus fabulae factus est, per parentes id herba restitni (cf. Plin. XXV, 8, 50), quod per se sanescit. Eorum ergo sanguis nostros quoque oculos ab externo casu commodissime tuetur, hoc ordine, ut sit hiru-<sup>35</sup>ndinis optimus, deinde palumbi, minime efficax columbae, et illi ipsi, et nobis. Supra percussum vero oculum, ad inflammationem leniendam, non est alienum imponere etiam



cataplasma. Sal ammoniacus, vel quilibet alius quam optimus teri debet, sic, ut ei paulatim oleum adjiciatur, donec crassitudo strigmenti fiat; id deinde miscendum est cum hordeacea farina, quae ex mulso decocta sit. Facile autem, 5 recognitis omnibus, quae medici prodiderunt, apparere cuilibet potest vix ullum ex iis, quae supra comprehensa sunt, oculi vitium esse, quod non simplicibus quoque, et promptis remediis submoveri possit.

## CAPUT VII.

## De aurium morbis.

10  
1. Hactenus in oculis ea reperiuntur, in quibus medicamenta plurimum possunt: ideoque ad aures transeundum est, quarum usum proximum a luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto majus periculum est: nam vitia oculorum 15 intra ipsos nocent; aurium inflammationes doloresque (cf. *Aph.* V, 40; *Cels.* II, 7) interdum etiam ad dementiae mortemque praecipitant. Quo magis inter initia protinus succurrendum est, ne majori periculo locus sit. Ergo ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere et continere se 20 debet. Postero die, si vehementius malum est, caput tondere, idque irino unguento calido perungere et operire. At magnus cum febre vigiliaque dolor exigit, ut sanguis quoque mittatur. Si id aliquae causae prohibent, alvus solvenda est. Cataplasmata quoque calida, subinde mutata, proficiunt; 25 sive foeni graeci, sive lini, sive alia farina ex mulso decocta est. Recte etiam subinde admoventur spongiae ex aqua calida expressae. Tum, levato dolore, ceratum circumdari debet ex irino, aut cyprino factum: in quibusdam tamen melius, quod ex rosa est, proficit. Si vehemens inflammatio somnum ex toto prohibet, adjici cataplasmati de- 30 bent papaveris cortices fricti atque contriti, sic, ut ex his pars dimidia sit; eaque tum simul ex passo mixto decoquantur. In aurem vero infundere aliquod medicamentum oportet; quod semper ante tepesieri convenit: commodissimeque 35 per strigilem instillatur. Ubi auris repleta est, super lana

mollis addenda est, quae humorem intus contineat. Et haec quidem communia sunt. Medicamentum vero est et rosae, et radicum arundinis succus, et oleum, in quo lumbrici cocti sint, et humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali persici expressus. Composita vero ad inflammationem dolorem-<sup>5</sup>que leniendum haec fere sunt: castorei, papaveris lacrimae pares portiones conteruntur, deinde adjicitur his passum: vel papaveris lacrimae, croci, myrrhae par modus sic teritur, ut invicem modo rosa, modo passum instilletur: vel id, quod amarum in aegyptia faba est, conteritur, rosa adjecta; <sup>10</sup>quibus myrrhae quoque paulum a quibusdam miscetur: vel papaveris lacrima, aut tus cum muliebri lacte: vel amararum nucum cum rosa succus: vel castorei, myrrhae, papaveris lacrimae pares portiones cum passo: vel croci p. )-(<sup>15</sup>. III. myrrhae, aluminis scissilis, singulorum p. )-(<sup>15</sup>. z. quibus, dum teruntur, paulatim miscentur passi cyathi tres, mellis minus cyatho; idque ex primis medicamentis est: vel papaveris lacrima ex aceto. Licet etiam compositione uti Themisonis; quae habet castorei, opopanax, papaveris lacrimae, singulorum p. )-(<sup>20</sup>. II. spumae lycii p. )-(<sup>20</sup>. IV. quae contrita passo excipiuntur, donec cerati crassitudinem habeant, atque ita reponuntur. Ubi usus requirit, rursus id medicamentum, adjecto passo, teritur. Illud perpetuum est, quotiescumque crassius medicamentum est, quam ut in aurem instillari possit, adjiciendum eum esse <sup>25</sup>humorem, ex quo id componi debet, donec satis liquidum sit.

2. Si vero pus quoque aures habent, recte lycium perse infunditur, aut irinum unguentum; aut porri succus cum melle; aut centaurii succus cum passo; aut dulcis mali puni-<sup>30</sup>nici succus in ipsius cortice tepefactus, adjecta myrrhae exigua parte. Recte etiam miscentur myrrhae, quam *στακτίν* cognominant, p. )-(<sup>30</sup>. I. croci tantumdem, nuces amarae XXV. mellis sesquicyathus: quae contrita, quum utendum est, in cortice mali punici tepesunt. Ea quoque medicamenta, quae <sup>35</sup>oris exulcerati causa componuntur, aequae ulcera aurium sanant. Quae si vetustiora sunt, et multa sanies fluit, apta compositio est, quae ad auctorem Erasistratum refertur:

piperis p. )-( . z. croci p. )-( .  $\Xi$ . myrrhae, misy coeti, singulorum p. )-( . I. aeris combusti p. )-( . II. Haec ex vino teruntur: deinde ubi inaruerunt, adjiciuntur passi heminae tres, et simul incoquantur: quum utendum est, adjicitur  
 5 his mel et vinum. Est etiam Ptolemaei medicamentum, quod habet lentisci p. )-( . z. gallae p. )-( . z. omphacii p. )-( . I. succum punici mali. Est Menophili validum admodum, quod ex his constat: piperis longi p. )-( . I. castorei p. )-( . II. myrrhae, croci, papaveris lacrimae, nardi syriaci,  
 10 turis, malicorii, ex aegyptia faba partis interioris, nucum amararum, mellis quam optimi, singulorum p. )-( . IV. quibus, dum teruntur, adjicitur acetum quam acerrimum, donec crassitudo in his passi fiat. Est Cratonis: cinnamomi, casiae, singulorum p. )-( . z. lycii, nardi, myrrhae, singulorum  
 15 p. )-( . I. aloes p. )-( . II. mellis cyathi tres, vini sextarius: ex quibus lycium cum vino decoquitur, deinde his alia miscentur. At si multum puris, malusque odor est, aeruginis rasae, turis, singulorum p. )-( . II. mellis cyathi duo, aceti quatuor simul incoquantur: ubi utendum est, dulce vinum  
 20 miscetur. Aut aluminis scissilis, papaveris lacrimae, acaciae succi par pondus miscetur, hisque adjicitur hyoscyami succi dimidio minor, quam unius ex superioribus, portio; eaque trita ex vino diluuntur. Per se quoque hyoscyami succus satis proficit.

3. Commune vero auxilium adversus omnes aurium casus, jamque usu comprobatum Asclepiades composuit. In eo sunt cinnamomi, casiae, singulorum p. )-( . I. floris junci rotundi, castorei, albi piperis, longi, amomi, myrobalani, singulorum p. )-( . II. turis masculi, nardi syriaci, myrrhae  
 30 pinguis, croci, spumae nitri, singulorum p. )-( . III. quae separatim contrita, rursus mixta, ex aceto conteruntur; atque ita condita, ubi utendum est, aceto diluuntur. Quod si et sanies profluit, et tumor est, non alienum est, mixto vino per oricularium clysterem eluere; et tum infundere  
 25 vinum ansterum cum rosa mixtum, cui spodii paulum sit adjectum, aut lycium cum lacte, aut herbae sanguinalis succum cum rosa, aut mali punici succum cum exigua myrrhae parte.

4. Si sordida quoque ulcera sunt, melius mulso eluuntur; et tum aliquod ex iis, quae supra scripta sunt, quod mel habeat, infunditur. Si magis pus profluit, et caput utique tondendum est, et multa calida aqua perfundendum, et gargarizandum, et usque ad lassitudinem ambulandum, et cibo modico utendum est. Si cruor quoque ex ulceribus apparuit, lycium cum lacte debet infundi; vel aqua, in qua rosa decocta sit, succo aut herbae sanguinalis, aut acaciae adjecto. Quod si super ulcera caro increvit, eaque mali odoris saniem fundit, aqua tepida elui debet; tum infunditur id, quod ex ture et aerugine et aceto et melle fit; aut mel cum aerugine incoctum. Squama quoque aeris cum sandaracha contrita per fistulam recte instillatur.

5. Ubi vero vermes orti sunt, si juxta sunt, protrahendi oriculario specillo sunt: si longius, medicamentis enecandi; cavendumque ne postea nascantur. Ad utrumque proficit album veratrum cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet vino, in quo marrubium decoctum sit. Sub his emortui vermes in primam auris partem prolabuntur, unde facillime educi possunt.

6. Si foramen auris compressum est, et intus crassa sanies subest, mel quam optimum addendum est. Si id parum proficit, mellis cyatho et dimidio, aeruginis rasae p. )-(. II. adjiciendum est, incoquendumque, et eo utendum. Iris quoque cum melle idem proficit. Item galbani p. 25 )-(. II. myrrhae et fellis taurini, singulorum p. )-(. z z. vini quantum satis est ad myrrham diluendam.

7. Ubi vero gravins aliquis audire coepit, quod maxime post longos capitis dolores evenire consuevit, in primis aurem ipsam considerare oportet: apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordium coitus. Si crusta est, infundendum est aut oleum calidum, aut cum melle aerugo, vel porri succus, aut cum mulso nitri paulum: atque ubi crusta a corpore jam recedit, eluenda auris aqua tepida est; quo facilis ea per se diducta oriculario specillo protrahatur. Si sordes, eaeque molles sunt, eodem specillo eximendae sunt: at si durae sunt, acetum et cum eo nitri paulum conjiciendum est; quumque emollitae sunt,

eodem modo elui aurem purgarique oportet. Quod si capitis gravitas mauet, attendendum idem, et leniter, sed diu perfricandum est, adjecto vel irino vel laureo oleo, sie, ut utrilibet paulum aceti miscetur; tum diu ambulandum, leniterque post unctionem aqua calida caput fovendum; eibisque utendum ex imbecillissima et media materia; magisque assumendae dilutae potiones; nonnumquam gargarizandum est. Infundendum autem in anrem castoreum cum aceto et laureo oleo et suceo radiculae corticis; aut cucumeris agrestis succus, adjectis contritis rosae foliis. Immaturae quoque uvae succus cum rosa instillatus adversus surditatem satis proficit.

S. Aliud vitii genus est, ubi aures intra se ipsas sonant; atque hoc quoque fit, ne externum sonum accipiant. Levisimum est, ubi id ex gravedine est: pejus, ubi ex morbo, capitisve longis doloribus incidit; pessimum ubi, magnis morbis venientibus, maximeque eomitali, provenit. Si ex gravedine est, purgare aurem oportet, et spiritum continere, donec inde humor aliquis expumet. Si ex morbo vel capitis dolore. quod ad exereitationem, frictionem, perfusionem, gargarizationemque pertinet, eadem facienda sunt: cibus non utendum nisi extenuantibus; in aurem dandus radiculae succus cum rosa, vel eum suceo radieis ex euenmere agresti: vel castoreum eum aceto et laureo oleo. Veratrum quoque ex aceto conteritur, deinde melle coeto excipitur, et inde collyrium factum in aurem demittitur. Si sine his coepit, ideoque novo metu terret, in aurem dari debet castoreum eum aceto, vel irino, aut laureo oleo; aut huic mixtum castoreum cum suceo nucum amararum; aut myrrha et nitrum cum rosa et aceto. Plus tamen in hoc quoque proficit victus ratio: eademque facienda sunt, quae supra comprehendit, eum majore quoque diligentia; et praeterea, donec is sonus finiatur, a vino abstinendum. Quod si simul et sonus est, et inflammatio, laureum oleum conjeeisse abunde est, aut id, quod ex amaris nucibus exprimitur; quibus quidam vel castoreum, vel myrrham miscent.

9. Solet etiam interdum in anrem aliquid incidere, ut calculus, aliquodve animal. Si pulex intus est, compellen-



dum eo lanae paulum est; quo ipse is subit, et simul extrahitur. Si non est sequutus, aliudve animal est, specillum lana involutum in resinam quam glutinosissimam, maximeque terebinthinam demittendum, idque in aurem conjiciendum, ibique vertendum est: utique enim comprehendet et eximet. 5  
 Sin aliquid exanime est, specillo oriculario protrahendum est, aut hamulo retuso paulum recurvato: si ista nihil proficiunt, potest eodem modo resina protrahi. Sternutamenta quoque admota id commode elidunt, aut oriculario clystere aqua vehementer intus compulsa. Tabula quoque collocatur, 10  
 media inhaerens, capitibus utrimque pendentibus, superque eam homo deligatur in id latus versus, cujus auris eo modo laborat, sic, ut extra tabulam non emineat: tum malleo caput tabulae, quod a pedibus est, feritur; atque ita concussa aure, id quod inest, excidit. 15

## CAPUT VIII.

### De narium morbis.

1. Nares vero exulceratas fovere oportet vapore aquae calidae. Id et spongia expressa atque admota sit, et subjecto vase oris angusti, calida aqua repleto. Post id 20  
 fomentum illinenda ulcera sunt aut plumbi recremento, aut cerussa, aut argenti spuma: quum quodlibet horum aliquis conterit, eique, dum teritur, invicem vinum et olenum murteum adjicit, donec mellis crassitudinem fecerit. Sin autem ea ulcera circa os sunt, pluresque crustas et odorem foedum 25  
 habent; quod genus Graeci ὄζαναν appellant; sciri quidem debet vix ei malo posse succurri: nihilo minus tamen haec tentari possunt, ut caput ad cutem tondeatur, assidueque vehementer perfricetur; multa calida aqua perfundatur; multa item ambulatio sit; cibus modicus, neque acer, neque 3  
 valentissimus; tum in narem ipsam mel cum exiguo modo resinae terebinthinae conjiciatur, quod specillo quoque involuto lana sit; attrahaturque spiritu is succus, donec in ore gustus ejus sentiatur; sub his enim crustae resolvuntur, quae tum per sternutamenta elidi debent. Puris ulceribus 3

vapor aquae calidae subjiciendus est: deinde adhibendum aut lycium ex vino dilutum, aut amurca, aut omphacium, aut mentae, aut marrubii succus; aut atramentum sutorium, quod candens factum, deinde contritum sit; aut interior  
 5 scillae pars contrita, sic, ut horum cuilibet mel adjiciatur: cujus in ceteris admodum exigua pars esse debet; in atramento sutorio tanta, ut ea mixtura liquida fiat; cum scilla utique pars major. Involvendumque lana specillum est, et in eo medicamento tingendum, eoque ulcera implenda sunt:  
 10 rursusque linamentum involutum et oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumque in narem, et ab inferiore parte leniter deligandum. Idque per hiemem et ver bis die; per aestatem et autumnum ter die fieri debet.

2. Interdum vero in naribus etiam carunculae quaedam  
 15 similes muliebribus mammis nascuntur; eaeque imis partibus, quae carnosissimae sunt, inhaerent. Has curare oportet medicamentis adurentibus, sub quibus ex toto consumuntur. Polypus vero est caruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossibus inhaeret; ac modo ad labra tendens  
 20 narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, uti post uvam conspici possit; strangulatque hominem, maxime austro aut euro flante: fereque mollis est, raro dura; eaque magis spiritum impedit, et nares dilatat; quae fere *καρκινώδης*  
 25 est; itaque attingi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur; interdum tamen inarescit, si addita in narem per linamentum aut penicillum ea compositio est, quae habet minii sinopici, chalcitidis, calcis, sandarachae, singulorum p. )-( I. atramenti sutorii p. )-( II.

## C A P U T I X.

De dentium dolore.

In dentium autem dolore, qui ipse quoque maximis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circumcidendum est; a cibo quoque primo abstinendum, deinde eo modico  
 5 mollique utendum, ne mandentis dentes irritet: tum extrin-

secus admovendus per spongiam vapor aquae calidae, imponendumque ceratum ex cyprino aut irino factum, lanaque id comprehendendum, caputque velandum est. Quod si gravior is dolor est, utiliter et alvus ducitur, et calida cataplasmata super maxillas imponuntur, et ore humor calidus cum medicamentis aliquibus continetur, saepiusque mutatur. Cujus rei causa et quinquefolii radix in vino mixto coquitur; et hyoseyami radix vel in posca, vel in vino mixto sic, ut paulum his salis adjiciatur; et papaveris non nimium aridi cortices, et mandragorae radix eodem modo. Sed in his tribus utique vitandum est, ne, quod haustum erit, devoretur. Ex populo quoque alba cortex radice in hunc usum in vino mixto recte coquitur; et in aceto cornus cervini ramentum; et nepeta cum teda pingui, ac ficus item pinguis vel in mulso, vel in aceto et melle, ex quibus quum ficus decocta est, is humor percolatur. Specillum quoque lana involutum in calidum oleum demittitur, eoque ipse dens fovetur. Quin etiam quaedam quasi cataplasmata in dentem ipsum illinuntur: ad quem usum ex malo punico acido atque arido malicorii pars interior cum pari portione et gallae et pinei corticis conteritur, misceturque his minimum; eaque contrita aqua pluviali coguntur: aut panacis, papaveris lacrimae, peucedani, uvae taminiae sine seminibus pares portiones conteruntur: aut galbani partes tres, papaveris lacrimae pars quarta. Quidquid dentibus admotum est, nihilominus supra maxillas ceratum, quale supra posui, esse debet, lana obtectum. Quidam etiam myrrhae, cardamomi, singulorum p.)-( I. croci, pyrethri,\*ficorum partes, singulorum p.)-( IV. sinapis p.)-( VIII. contrita linteolo illinunt, imponuntque in humero partis ejus, qua dens dolet; si is superior est, a scapulis; si inferior, a pectore: idque dolorem levat; et, quum levavit, protinus submovendum est. Si vero exesus est dens, festinare ad eximendum eum, nisi res cogit, non est necesse: sed tum omnibus fomentis, quae supra posita sunt, adjiciendae quaedam valentiores compositiones sunt, quae dolorem levant; qualis Herae est. Habet autem papaveris lacrimae p.)-( I. piperis p.)-( II. sorceos p.)-( X. quae contrita galbano excipiuntur, idque circumdatur. Aut

Menemachi, maxime ad maxillares dentes; in qua sunt croci  
 p. )-(. I. cardamomi, turis fuliginis, \*ficorum partes, pyre-  
 thri, singulorum p. )-(. IV. sinapis p. )-(. VIII. Quidam  
 autem miscent pyrethri, piperis, elaterii, singulorum p. )-(. I.  
 5 aluminis scissilis, papaveris lacrimae, uvae taminiae, sul-  
 phuris ignem non experti, bituminis, lauri baccarum, sina-  
 pis, singulorum p. )-(. II. Quod si dolor eximi eum cogit,  
 et piperis semen cortice liberatum, et eodem modo bacca  
 hederæ conjecta in id foramen dentem findit, isque per  
 10 testas excidit: et plani piscis, quam pastinacam nostri,  
 τρυγόνα Graeci vocant, aculeus torretur, deinde conteri-  
 tur, resinaque excipitur, quae denti circumdata hunc solvit;  
 et alumen scissile in id foramen conjectum dentem citat. Sed  
 id tamen involutum lanula demitti commodius est, quia sic,  
 15 dente servato, dolorem levat. Haec a medicis accepta sunt.  
 Sed agrestium experimento cognitum est, quum dens dolet,  
 herbam mentastrum cum suis radicibus evelli debere, et in  
 pelvem conjici, supraque aquam infundi, collocarique juxta  
 sedentem hominem undique veste contactum; tum in pelvem  
 20 candentes silices demitti sic, ut aqua tegantur, hominemque  
 eum hiante ore vaporem excipere, ut supra dictum est, undi-  
 que inclusum. Nam et sudor plurimus sequitur, et per os  
 continens pituita defluit (cf. IV, 4, 1); idque saepe longio-  
 rem, semper annuam valetudinem bonam praestat.

## CAPUT X.

## De tonsillarum inflammatione.

Si vero tonsillae sine exulceratione per inflammationem  
 intumuerunt, caput velandum est; extrinsecus is locus va-  
 pore calido fovendus; multa ambulatione utendum; caput  
 30 in lecto sublime habendum; gargarizandumque reprimentibus.  
 Radix quoque ea, quam dulcem appellant, contusa et in  
 passo mulsove decocta idem praestat. Leniterque quibusdam  
 medicamentis eas illini non alienum est; quae hoc modo  
 fiunt. Ex malo punico dulci succus exprimitur, et ejus sex-  
 35 tarius leni igne coquitur, donec ei mellis crassitudo sit; tum

eroei, myrrhae, aluminis seissilis, singulorum p. )-(. II. per se conteruntur, paulatimque his adjiciuntur vini lenis cyathi duo, mellis unus; deinde priori succo ista miscentur, et rursus leniter ineoquantur: aut ejusdem succi sextarius eodem modo coquitur, atque eadem ratione trita haec adjiciuntur; nardi p. )-(. —. omphacii p. )-(. I. cinnamomi, myrrhae, easiae, singulorum p. )-(. I. Eadem autem haec et auribus et naribus purulentis aecommodata sunt. Cibus in hae quoque valetudine lenis esse debet, ne exasperet. Quod si tanta inflammatio est, ut spiritum impediat, in lecto con-<sup>10</sup>quiescendum; a cibo abstinendum, neque assumendum quidquam praeter aquam calidam est; alvus quoque duenda est; gargarizandum ex lico et mulso; illinendum mel eum omphaeio; extrinsecus admovendus, sed aliquanto diutius, vapor calidus, donec ea suppurent, et per se aperiantur. Si<sup>15</sup> pure substantive non rumpuntur hi tumores, incidendi sunt: deinde ex mulso calido gargarizandum. At si modicus quidem tumor, sed exulceratio est, furfurum eremori ad gargarizandum paulum mellis adjiciendum est, illinendaque ulcera hoc medicamento: passi quam duleissimi tres heminae<sup>20</sup> ad unam coquantur; tum adjicitur turis p. )-(. I. eroei, myrrhae, singulorum p. )-(. — leniterque omnia rursus fervescent. Ubi pura ulcera sunt, eodem furfurum cremore, vel lacte gargarizandum est. Atque hic quoque eibus lenibus opus est, quibus adjiei dulce vinum potest. 23

## CAPUT XI.

### De oris ulceribus.

Ulcera autem oris, si eum inflammatione sunt, et parum pura ac rubicunda sunt, optime iis medicamentis curantur, quae supra posita ex malis puniceis (ef. p. 246, l. 19) sunt: <sup>30</sup> continenturque saepe ore reprimens eremor est, cui paulum mellis sit adjectum. Utendum ambulationibus, et non acri cibo. Simul atque vero pura ulcera esse coeperunt, lenis humor, interdum etiam quam optima aqua ore continenda est: prodestque assumtum purum vinum, pleniorque cibus, dum acribus <sup>35</sup>



vacet: inspergigue ulcera debent alumine scissili, cui dimidio plus gallae immaturae sit adjectum. Si jam crustas habent, quales in adustis esse consuerunt, adhibendae sunt eae compositiones, quas Graeci ἀνθρηάς nominant. Junci quadrati, myrrhae, sandaraehae, aluminis, pares portiones: aut croci, myrrhae, singulorum p. )-(. II. iridis p. )-(. I. aluminis scissilis, sandaraehae, singulorum p. )-(. IV. junci quadrati p. )-(. VIII. aut gallae, myrrhae, singulorum p. )-(. I. aluminis scissilis p. )-(. II. rosae foliorum p. )-(. IV. Quidam autem eroei p. )-(. z. aluminis scissilis, myrrhae, singulorum p. )-(. I. sandaraehae p. )-(. II. junci quadrati p. )-(. IV. miscent. Priora arida insperguntur; hoc eum melle illinitur; neque nleeribus tantum, sed etiam tonsillis.

Verum ea longe periculosissima uleera sunt, quas ἄφθας Graeci appellant; sed in pueris: hos enim saepe econsumunt. In viris et mulieribus idem perieulum non est. Haec ulcera a gingivis incipiunt: deinde palatum, totumque os occupant: tum ad uvam faucesque descendunt; quibus obsessis, non facile fit ut puer convalescat. Ac miserius etiam est, si lactans adhuc infans est; quo minus imperari remedium aliquod potest. Sed in primis nutrix cogenda est exerceri et ambulationibus, et iis operibus, quae superiores partes movent: mittenda in balneum, jubendaque ibi ealida aqua mammas perfundere: tum alenda cibus lenibus, et iis qui non facile eorumpuntur; potione, si febricitat puer, aquae; si sine febre est, vini diluti. Ac si alvus nutriei substitit, ducenda est: si pituita in os ejus eoiit, vomere debet. Tum ipsa ulcera perungenda sunt melle, cui rhus, quem syriacum vocant, aut amarae nuees adjectae sint: vel mixtis inter se rosae foliis aridis, pineis nueleis, mentae coliculo, melle: vel eo medicamento, quod ex moris fit; quorum sucus eodem modo quo puniei mali, ad mellis crassitudinem coquitur, eademque ratione ei erocum, myrrha, alumen, vinum. mel miscetur. Neque quidquam dandum, a quo humor evocari possit. Si vero jam firmior puer est, gargarizare debet iis fere, quae supra comprehensa sunt: ac si lenia medicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda sunt ea, quae adurendo crustas ulceribus inducant, quale est scissile

alumen, vel chalcitis, vel atramentum sutorium. Prodest etiam fames et abstinentia quanta maxima imperari potest. Cibis esse debet lenis: ad purganda tamen ulcera interdum caseus ex melle recte datur.

## CAPUT XII.

5

De linguae ulceribus.

Linguae quoque ulcera non aliis medicamentis egent, quam quae prima parte superioris capitis exposita sunt. Sed quae in latere ejus nascuntur, diutissime durant. Videndumque est num contra dens aliquis acutior sit, qui sanescere 10 saepe ulcus eo loco non sinit; ideoque limandus est.

## CAPUT XIII.

De parulidibus et ulceribus gingivarum.

Solent etiam interdum juxta dentes in gingivis tubercula quaedam oriri dolentia: *παρουλίδας* Graeci appellant. Haec 15 initio leniter sale contrito perfricare oportet; aut inter se mixtis sale fossili combusto, cupresso, nepeta; deinde eluere os eremore lenticulae, et inter haec hiare, donec pituitae satis profluat. In majore vero inflammatione iisdem medicamentis utendum est, quae ad ulcera oris supra posita 20 sunt (cap. XI): et mollis linamenti paulum involvendum aliqua compositione ex iis quas *ἀνθηράς* vocari dixi (p. 249, l. 4); demittendumque id inter dentem et gingivam. Quod si tumor id prohibebit, extrinsecus admovendus erit spongia vapor calidus, imponendumque ceratum. Si suppuratio se osten- 25 det, diutius eo vapore utendum erit; et continendum ore calidum mulsum in quo ficus decocta sit: idque suberudum incidendum, ne, si diutius ibi pus permanserit, os laedat. Quod si major is tumor est, commodius totus exciditur sic, ut ex utraque parte dens liberetur. Pure exempto, si levis plaga est, 30 satis est ore calidam aquam continere, et extrinsecus fovere eodem vapore; si major est, lenticulae cremore uti, iisdem-

que medicamentis, quibus cetera ulcera oris curantur. Alia quoque ulcera in gingivis plerumque oriuntur; quibus eadem, quae in reliquo ore, succurrunt: maxime tamen mandere ligustrum oportet, succumque eum ore continere. Fit etiam interdum, ut ex gingivae ulcere, sive *παρουλῆς* fuit, sive non fuit, diutius pus feratur: quod aut corrupto dente, aut fracto, vel aliter vitiato osse: maximeque id per fistulam venire consuevit. Ubi incidit, locus aperiendus; dens eximendus; testa ossis, si qua abscessit, recipienda est; si quid vitiosi est, radendum. Post quae, quid fieri debeat, supra in aliorum ulcerum curatione comprehensum est. Si vero a dentibus gingivae recedunt, eadem antherae succurrunt. Utile est etiam pira aut mala non permatura mandere, et ore eum humorem continere. Idemque praestare non acre acetum in ore retentum potest.

## CAPUT XIV.

De uvae morbo.

Uvae vehemens inflammatio terrere quoque debet. Itaque in hac et abstinentia necessaria est; et sanguis recte mittitur; et, si id aliqua res prohibet, alvus utiliter ducitur: caputque super haec velandum, et sublimius habendum est: tum aqua gargarizandum, in qua simul rubus et lenticula decocta sit. Illinenda quoque ipsa uva vel omphacio, vel galla, vel alumine scissili sic, ut cuilibet eorum mel adjiciatur. Est etiam medicamentum huic aptum, quod Andronium appellatur. Constat ex his: alumine scissili, squama aeris rubri, atramento sutorio, galla, myrrha, misy: quae per se contrita mixtaque, rursus paulatim adjecto vino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit. Ubi horum aliquo illita uva est, fere multa pituita decurrit: quumque ea quiescit, ex vino calido gargarizandum est. Quod si minor ea inflammatio est, laser terere, eique adjicere frigidam aquam satis est, eamque aquam cochleari exceptam ipsi uvae subicere. Ac mediocriter eam tumentem aqua quoque frigida eodem modo subjecta reprimit. Ex eadem autem aqua gargarizandum quoque est.

## CAPUT XV.

De canero oris.

Si quando autem ulcera oris cancer invasit, primum considerandum est, num malus corporis habitus sit, eique occurrendum; deinde ipsa ulcera curanda. Quod si in summa 5 parte id vitium est, satis proficit ἀνθροά, humido ulceri arida inspersa; sicciori, cum exigua parte mellis illita: si paulo altius, chartae combustae partes duae, auripigmenti pars una: si penitus malum descendit, chartae combustae partes tres, auripigmenti pars quarta; aut pares portiones salis 10 fricti, et iridis frictae; aut item pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmenti. Necessarium autem est linamentum in rosa tingere, et super adurentia medicamenta imponere; ne vicinum et sanum locum laedant. Quidam etiam in acris aceti heminam frictum salem conjiciunt, donec tabescere desinat; 15 deinde id acetum coquunt, donec exsiccetur; eumque salem contritum inspergunt. Quoties autem medicamentum injicitur, et ante et post os eluendum est vel cremore lenticulae, vel aqua, in qua aut ervum, aut oleae, aut verbenae decoctae sint, sic, ut cuilibet eorum paulum mellis misceatur. Acetum 20 quoque ex scilla retentum ore satis adversus haec ulcera proficit: et ex aceto cocto sali, sicut supra demonstratum est, rursus mixtum acetum. Sed et diu continere utrumlibet, et id bis aut ter die facere, prout vehemens malum est, necessarium est. Quod si puer est, cui id incidit, specillum 25 lana involutum in medicamentum demittendum est, et super ulcus tenendum; ne per imprudentiam adurentia devoret. Si dolor in gingivis est, moventurque aliqui dentes, refigi eos oportet: nam curationem vehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, ulcera erunt adrenda. Quod tamen 30 in labris ideo non est necessarium, quoniam excidere commodius est. Et id quidem aequè adustum atque excisum sine ea curatione, quae manu adhibetur, impleri non potest. Gingivarum vero ossa, quae hebetia sunt, in perpetuum ustione nudantur: neque enim postea caro increscit. Imponenda ta- 35 men adustis lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant.

## CAPUT XVI.

De parotidibus.

Haec in capite fere medicamentis egent. Sub ipsis vero auribus oriri parotides solent; modo in secunda valetudine, 5 ibi inflammatione orta; modo post longas febres, illuc impetu morbi converso. Id abscessus genus est: itaque nullam novam curationem desiderat. Animadversionem tantummodo hanc habet necessariam; quia si sine morbo id intumuit, primum reprimendum experimentum est; si ex adversa valetudine, 10 illud inimicum est, maturarique et quam primum aperiri commodius est.

## CAPUT XVII.

De umbilico prominente.

Ad umbilicos vero prominentes, ne manu ferroque utendum sit, ante tentandum est ut abstineant; alvus his ducatur; 15 imponatur super umbilicum id, quod ex his constat: cicutae et fuliginis, singulorum p. )-( . I. cerussae elotae p. )-( . VI. plumbi eloti p. )-( . VIII. ovis duobus; quibus etiam solani succus adjicitur. Hoc diutius impositum esse oportet: et interim conquiescere hominem; cibo modico uti sic, ut vi- 20 tentur omnia infantia.

## CAPUT XVIII.

De obscoenarum partium vitiis.

1. Proxima sunt ea, quae ad partes obscoenas perti- 25 nent: quarum apud Graecos vocabula et tolerabilius se habent, et accepta jam usu sunt; quum in omni fere medicorum volumine atque sermone jactentur: apud nos foediora verba, ne consuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commendata sunt: ut difficilior haec explanatio sit 30 simul et pudorem et artis praecepta servantibus. Neque tamen ea res a scribendo deterrere me debuit: primum, ut omnia, quae salutaria accepi, comprehenderem: dein, quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoscenda est, quae invitissimus quisque alteri ostendit.



2. Igitur si ex inflammatione coles intumuit, reduciq̄e summa cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fovendus locus est. Ubi vero glans contacta est, oriculario quoque clystere inter eam cutemque aqua calida inserenda est. Si mollita sic et extenuata cutis ducenti paruit, expe-<sup>5</sup>ditior reliqua curatio est: si tumor vicit, imponenda est vel lenticula, vel marrubium, vel oleae folia ex vino cocta, sic, ut cuilibet eorum, dum teritur, mellis paulum adjiciatur: sursumque coles ad ventrem deligandus est, quod in omni curatione ejus necessarium est. Isque homo continere se,<sup>10</sup> et abstinere a cibo debet, et potione aquae tantum a siti vindicari. Postero die rursus abhibendum iisdem rationibus aquae fomentum est, et cum vi quoque experiendum, an cutis sequatur: eaque, si non parebit, leviter summa scalpello concidenda erit: nam quum sanies profluxerit, exte-<sup>15</sup>nuabitur is locus, et facilius cutis ducetur. Sive autem hoc modo victa erit, sive nunquam repugnaverit, ulcera vel in cutis ulteriore parte, vel in glande, ultrave eam in cole reperientur: quae necesse est aut pura siccaque sint, aut humida et purulenta. Si sicca sunt, primum aqua calida<sup>20</sup> fovenda sunt: deinde imponendum lycium ex vino est, aut amurea cocta cum eodem, aut cum rosa butyrum. Si levis iis humor inest, vino eluenda sunt: tum butyro et rosae mellis paulum, et resinae terebinthinae pars quarta ad-<sup>25</sup>cienda est, coque utendum. At si pus ex iis profluit, ante omnia elui mulso calido debent: tum imponi piperis p.)-(I. myrrhae p.)-(I. croci, misy cocti, singulorum p.)-(II. quae ex vino austero coquantur, donec mellis crassitudinem habeant. Eadem autem compositio tonsillis, uvae madenti, oris nariumque ulceribus accommodata est. Aliud ad eadem: <sup>30</sup>piperis p.)-(z. myrrhae p.)-(z. croci p.)-(z. z. misy cocti p.)-(I. aeris combusti p.)-(II. quae primum ex vino austero conteruntur; deinde, ubi inaruerunt, iterum teruntur ex passis tribus cyathis, et incoquantur, donec visci crassitudinem habeant. Aerugo quoque cum cocto melle, et ea, quae ad oris<sup>35</sup> ulcera supra comprehensa sunt; aut Erasistrati compositio, aut Cratonis recte super purulenta naturalia imponitur. Folia quoque oleae ex novem cyathis vini coquantur: his

adjicitur aluminis scissilis p. )-(. IV. lycii p. )-(. VIII. mellis sesquicyathus: ac, si plus puris est, id medicamentum ex melle; si minus, ex vino diluitur. Illud perpetuum est, post curationem, dum inflammatio manet, quale supra positum  
 5 est, cataplasma superdare, et quotidie ulcera eadem ratione curare. Quod si pus et multum, et cum malo odore coepit profluere, elui cremore lenticulae debet sic, ut ei mellis paulum adjiciatur: aut oleae, vel lentisci folia, vel marrubium decoquendum est, coque humore eodem modo cum  
 10 melle utendum: imponendaque eadem; aut etiam omphacium cum melle; aut id, quod ex aerugine et melle ad aures fit; aut compositio Andronis; aut ἀνθρηρά sic, ut ei paulum mellis adjiciatur. Quidam ulcera omnia, de quibus adhuc dictum est, lycio ex vino curant. Si vero ulcus latius atque altius  
 15 serpit, eodem modo elui debet: imponi vero aut aerugo aut omphacium cum melle; aut Andronis compositio; aut marubii, myrrhae, croci, aluminis scissilis cocti, rosae foliorum aridorum, gallae, singulorum p. )-(. I. minii sinopici p. )-(. II. quae per se singula primum teruntur, deinde  
 20 juneta iterum melle adjecto, donec liquidi cerati crassitudinem habeant; tum in aeneo vase leniter coquantur, ne superfluant; quum jam guttae indurescunt, vas ab igne removetur: idque medicamentum, prout opus est, aut ex melle aut ex vino liquatur. Idem autem per se etiam ad fistulas  
 25 utile est<sup>1)</sup>. Solet etiam interdum ad nervos ulcus descendere; profluitque pituita multa, sanies tenuis malique odoris, non coacta, at aquae similis, in qua caro recens lota est; doloresque is locus, et punctiones habet. Id genus quamvis inter purulenta est, tamen lenibus medicamentis curandum  
 30 est; quale est emplastrum τετραφάρμακον ex rosa liquatum sic, ut turis quoque paulum ei miscetur; aut id, quod ex butyro, rosa, resina, melle fit; supra vero a me positum est (cf. p. 254, l. 23—25). Praecipueque id ulcus multa calida aqua fovendum est, velandumque, neque frigori committendum. Interdum autem per ipsa ulcera coles sub cute  
 35

1) Haec verba mihi valde suspecta. Nonne ex margine ad textum fluxerunt?

exesus est sic, ut glans excidat. Sub quo casu cutis ipsa circumcidenda est. Perpetuumque est, quoties glans, aut ex cole aliquid vel excidit, vel abscinditur, hanc non esse servandam, ne considat, ulcerique agglutinetur, ac neque reduci possit postea, et fortasse fistulam quoque urinae claudat. 5

Tubercula etiam, quae *φύματα* Graeci vocant, circa glandem oriuntur: quae vel medicamentis, vel ferro aduruntur; et quum crustae exciderunt, squama aeris inspergitur, ne quid ibi rursus increseat.

3. Haec citra canerum sunt; qui quum in reliquis partibus, tum in his quoque vel praecipue ulcera infestat. Incipit a nigritie: quae si cutem occupavit, protinus specillum subjiendum, eaque incidenda est; deinde orae vulsellae prehendendae: tum, quidquid corruptum est, excidendum sic, ut ex integro quoque paulum dematur, idque adurendum. Quoties quid ustum est, id quoque sequitur, ut imponenda lenticula sit; deinde, ubi crustae exciderunt, ulcera sicut alia curentur. At si cancer ipsum colem occupavit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus, maximeque id quod ex calce, chalcitide, auripigmento componitur. Si medicamenta vincuntur, hic quoque scalpello, quidquid corruptum est, sic, ut aliquid etiam integri trahat, praecidi debet. Illud quoque aeque perpetuum est, exciso cancro vulnus esse adurendum. Sed sive ex medicamentis, sive ex ferro crustae occalluerunt, magnum periculum est, ne his decidentibus, ex cole profusio sanguinis insequatur. Ergo longa quiete, et immobili paene corpore opus est, donec ex ipso crustae leniter resolvantur. At si vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immature crustas diduxit, et fluit sanguis, frigida aqua adhibenda est: si haec parum valet, decurrendum est ad medicamenta, quae sanguinem supprimunt (cf. V, 18, 22; 22, 6): si ne haec quidem succurrunt, aduri diligenter et timide debet: neque ullo postea motu dandus eidem periculo locus est. 15 20 25 30

4. Nonnumquam etiam id genus ibi cancri, quod *φαγέδαινα* a Graecis nominatur, oriri solet. In quo minime differendum, sed protinus iisdem medicamentis, et, si parum valent, ferro adurendum. Quaedam etiam nigrities est, 30

quae non sentitur, sed scripit, ac, si sustinuimus, usque ad vesicam tendit; neque succurri postea potest. Si id in summa glande circa fistulam urinae est, prius in eam tenue specillum demittendum est, ne claudatur; deinde id ferro adurendum: si vero alte penetravit, quidquid occupatum est, praecidendum est. Cetera eadem, quae in aliis cancribus, faciendae sunt.

5. Occallescit etiam in cole interdum aliquid; idque omni paene sensu caret: quod ipsum quoque excidi debet. Carbunculus autem ibi natus, ut primum apparet, per oricularium clysterem eluendus est: deinde ipse quoque medicamentis urendus, maximeque chalcitide cum melle, aut acru-gine cum cocto melle, aut ovillo stercore fricto et contrito cum eodem melle. Ubi is excidit, liquidis medicamentis utendum est, quae ad oris ulcera componuntur.

6. In testiculis vero, si qua inflammatio sine ictu orta est, sanguis ex talo mittendus est: a cibo abstinendum; imponenda ex faha farina ex mulso cocta cum cumino contrito et ex melle coacto; aut contritum cuminum cum cerato ex rosa facto; aut lini semen frictum, contritum, et in mulso coctum; aut tritici farina ex mulso cocta cum cupresso; aut lilii radix contrita. At si iidem induruerunt, imponi debet lini vel foeni graeci semen ex mulso coctum; aut ex cyprino ceratum; aut similia ex vino contrita, cui paulum croci sit adjectum. Si vetustior jam durities est, maxime proficit cucumeris agrestis radix ex mulso cocta, deinde contrita. Si ex ictu tument, sanguinem mitti necessarium est; magisque, si etiam livent: imponendum vero utrumlibet ex iis, quae cum cumino componuntur, supraque posita sunt; aut ea compositio, quae habet nitri cocti p.)-(. I. resinae pineae, cumini, singulorum p.)-(. II. uvae tamiuae sine seminibus p.)-(. IV. mellis quantum satis sit ad ea cogenda. Quod si ex ictu testiculis aliquid haesit, fere pus quoque increscit; neque aliter succurri potest, quam si, inciso scroto, et pus emissum, et ipse testiculus excisus est.

7. Anus quoque multa taedique plena mala recipit, neque inter se multum abhorrentes curationes habet. Ac primum in eo saepe, et quidem pluribus locis, cutis scinditur: ἡ-

*γάδια* Gracci vocant. Id si recens est, quiescere homo debet, et in aqua calida desiderare. Columbina quoque ova coquenda sunt, et, ubi induruerunt, purganda: deinde alterum jacere in aqua bene calida debet, altero calido foveri locus sic, ut invicem utroque aliquis utatur. Tum tetrapharmacum, aut rhyodes rosa diluendum est; aut oesypum recens miscendum cum cerato liquido ex rosa facto; aut eidem cerato plumbum elotum adjiciendum; aut resinae terbinthinae myrrha; aut spumae argenti vetus oleum; et quolibet ex his id perungendum. Si quidquid laesum est, extra est, neque intus reconditum, eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est, et quidquid ante adhibuimus, cerato contegendum. In hoc autem casu neque acris cibis utendum, neque asperis, nec alvum comprimentibus: ne aridum quidem quidquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pingua, glutinosa meliora sunt. Vino leni uti nihil prohibet.

8. Condyloma autem est tuberculum, quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id ubi ortum est, quod ad quietem cibos potionesque pertinet, eadem servari debent, quae proxime scripta sunt. Iisdem etiam ovis recte tuberculum id fovetur: sed desiderare ante homo in aqua debet, in qua verbenae decoctae sint ex reprimentibus. Tum recte imponitur et lenticula cum exigua mellis parte; et sertula campana ex vino cocta; et rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto; et cum eodem cerato contritum vel cotoncum malum, vel malicorii ex vino cocti pars interior; et chalcitis cocta atque contrita, deinde oesyppo ac rosa excepta; et ex ea compositione, quae habet turis p. )-(. I. aluminis scissilis p. )-(. II. cerussae p. )-(. III. spumae argenti p. )-(. V. quibus, dum teruntur, invicem rosa et vinum instillatur. Vinculum autem ei loco linteolum aut pauniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, ad altera duo totidem fascias habet; quumque subjectus est, ansis ad ventrem datis, a posteriore parte in eas adductae fasciae conjiciuntur, atque, ubi arctatae sunt, dexterio sinistra, sinisterio dextra procedit, circumdataeque circa alvum inter se novissime deligantur. Sed si vetus condyloma jam induruit, neque sub his enrationibus desedit,



aduri medicamento potest, quod ex his constat: aeruginis p. )-(. II. myrrhae p. )-(. IV. gummi p. )-(. VIII. turis p. )-(. XII. stibis, papaveris lacrimae, acaciae, singulorum p. )-(. XVI. Quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus  
 5 proxime dixi (§ 2), renovant. Si hoc parum in condylomate proficit, adhiberi possunt etiam vehementius adurentia. Ubi consumtus est tumor, ad medicamenta lenia transeundum est.

9. Tertium vitium est, ora venarum tamquam capitulis  
 10 quibusdam surgentia, quae saepe sanguinem fundunt: *αίμορροΐδας* Graeci vocant. Idque etiam in ore vulvae feminarum incidere consuevit. Atque in quibusdam parum tuto supprimitur, qui sanguinis profluvio imbecilliores non fiunt: habent enim purgationem hanc, non morbum. Ideoque curati  
 15 quidam, quum sanguis exitum non haberet, inclinata in praecordia ac viscera materia, subitis et gravissimis morbis correpti sunt. Si cui vero id nocet, is desiderare in aqua ex verbenis debet: imponere maxime malicorium cum aridis rosae foliis contritum; aut ex iis aliqua, quae sanguinem suppriment  
 20 (cf. § 3; sine). Solet autem oriri inflammatio, maxime ubi dura alvus eum locum laesit. Tum in aqua dulci desidendum est, et id fovendum ovis: imponendi vitelli cum rosae foliis ex passo subactis: idque, si intus est, digito illinendum; si extra, superillitum panniculo imponendum est. Ea quoque medica-  
 25 menta, quae in recentibus scissuris posita sunt, hic idonea sunt. Cibis vero in hoc casu iisdem, quibus in prioribus, utendum est. Si ista parum juvant, solent imposita medicamenta adurentia ea capitula absumere. Ac si jam vetustiora sunt, sub auctore Dionysio inspergenda sandaracha est:  
 30 deinde imponendum id, quod ex his constat: squamae aeris, auripigmenti, singulorum p. )-(. V. saxi calcis p. )-(. VIII. postero die acu compungendum. Adustis (*adsutis?*) capitulis fit cicatrix, quae sanguinem fundi prohibet. Sed quoties is suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia est; praetereaque et viris, et femi-  
 35 nis, quibus menstrua non proveniunt, interdum ex brachio sanguis mittendus est.

10. At si anus ipse, vel os vulvae procidit, nam id quo-

que interdum fit, considerari debet, purum ne id sit, quod provolutum est, an humore mucoso circumdatum. Si purum est, in aqua desidere homo debet, aut salsa, aut cum verbenis vel malicorio incocta: si humidum, vino austero subluendum est, illinendumque faece vini combusta. Ubi utro-<sup>5</sup>libet modo curatum est, intus reponendum est; imponendaque plantago contrita, vel folia salicis in aceto cocta; tum linteolum et super lana: eaque deliganda sunt, cruribus inter se devinctis.

11. Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci so-<sup>10</sup>let. Id, si hiems est, egelida; si aliud tempus, frigida aqua fovendum est: dein squama aeris inspergenda, supraque ceratum ex murteo factum, cui paulum squamae, fuliginis, calcis sit adjectum. Si hac ratione non tollitur, vel medicamentis vehementioribus, vel ferro adurendum est. 15

## CAPUT XIX.

### De digitorum ulceribus.

Digitorum autem vetera ulcera commodissime curantur aut lycio, aut amurca cocta, quum utrilibet vinum adjectum est. In iisdem recedere ab ungue caruncula cum magno do-<sup>20</sup>lore consuevit: *περὺγιον* Graeci appellant. Oportet alumen melinum rotundum in aqua liquare, donec mellis crassitudinem habeat: tum, quantum ejus aridi fuit, tantundem mellis infundere, et radícula miscere, donec similis croco colore fiat, eoque illinere. Quidam ad eundem usum decoquere si-<sup>25</sup>mul malunt, quum paria pondera aluminis aridi et mellis miscuerunt. Si hac ratione ea non exciderunt, excidenda sunt: deinde digiti fovendi aqua ex verbenis, imponendumque super medicamentum ita factum: chalcitis, malicorium, squama aeris excipiuntur sico pingui leniter cocta ex melle; aut char-<sup>30</sup>tae combustae, auripigmenti, sulphuris ignem non experti par modus cerato miscetur ex murteo facto: aut aeruginis rasae p. )-(. I. squamae aeris p. )-(. XII. mellis cyatho coguntur: aut pares portiones miscentur saxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quidquid horum impositum est, tegendum <sup>35</sup>

luteolo aqua madefacto est. Tertio die digitus resolvendus, et, si quid aridi est, iterum excidendum, similisque adhibenda curatio est. Si non vincitur, purgandum est scalpello; tenuibusque ferramentis adurendum, et, sicut reliqua usta, curandum est. At, ubi scabri ungues sunt, circumaperiri debent, qua corpus contingunt: tum super eos ex hac compositione aliquid imponi: sandarachae, sulphuris, singulorum p. )-(. II. nitri, auripigmenti, singulorum p. )-(. IV. resinae liquidae p. )-(. VIII. tertioque id die resolvendum est. Sub quo medicamento vitiosi ungues cadunt, et in eorum locum meliores renascuntur.

---

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER DUODECIMUS

IDEM  
MEDICINAE SEPTIMUS.

---

PRAEFATIO.

De chirurgia, ejusque historia, et de optimi Chirurgi qualitatibus.

Tertiam esse medicinae partem, quae manu curet, et vulgo notum, et a me propositum est. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit; sed manu tamen plurimum praestat: estque ejus effectus inter omnes medicinae partes evidentissimus. Siquidem in morbis quum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint; potest dubitari secunda valetudo medicinae, an corporis beneficio contigerit. In iis quoque, in quibus medicamentis maxime nitimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem et per haec frustra quaeri, et sine his reddi saepe, manifestum est: sicut in oculis quoque deprehendi potest; qui a medicis diu vexati, sine his interdum sanescunt. At in ea parte, quae manu curat, evidens est, omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere.

Haec autem pars, quum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate, quam a prioribus exculta est: deinde, posteaquam diducta ab aliis habere professores suos coepit, in Aegypto quoque increvit, Philoxeno maxime auctore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissime comprehendit. Gorgias quoque et Sostratus et Heron et Apollonii duo et Ammonius Alexandrinus, multique

alii celebres viri, singuli quaedam repererunt. Ac Romae quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater, et Euelpistus, et, ut ex scriptis ejus intelligi potest, horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinae adjecerunt.

Esse autem chirurgus debet adolescens, aut certe adolescentiae propior; manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente, eaque non minus sinistra, quam dextra promptus; acie oculorum acri claraque; animo intrepidus, misericors sic, ut sanari velit enim, quem accepit, non ut clamore ejus motus vel magis, quam res desiderat, properet, vel minus, quam necesse est, secet; sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur. Potest autem requiri, quid huic parti proprie vindicandum sit: quia vulnorum quoque ulcerumque multorum curationes, quas alibi exsecutus sum, chirurgi sibi vindicant. Ego eundem quidem hominem posse omnia ista praestare concipio: atque ubi se dividerunt, eum laudo, qui quamplurimum percipit. Ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit; et in quibus vulneribus ulceribusque plus profici manu, quam medicamento, credo: tum quidquid ad ossa pertinet. Quae deinceps exsequi aggrediar; dilatisque in aliud volumen ossibus, in hoc cetera explicabo; praepositisque iis, quae in qualibet parte corporis fiunt, ad ea, quae proprias sedes habent, transibo (cf. P. Aeg. VI, 1).

## CAPUT I.

## De luxatis.

Luxata (Gallice: *distorsions, distensions, entorses*) igitur in quacumque parte corporis sunt, quamprimum sic curari debent, ut, qua dolor est, ea scalpello cutis crebro incidatur, detergeaturque eodem averso profluens sanguis. Quod si paulo tardius subvenitur, jamque etiam rubor est, qua rubet corpus; si tumor quoque accessit, quacumque is est, id optimum auxilium est. Tum superdanda reprimentia sunt; maximeque lana succida ex aceto et oleo. Quod si levior is casus est, possunt etiam sine scalpello, imposita eadem mederi: et, si



nihil aliud est, cinis quoque, maxime ex sarmentis; si is non est, quilibet alius ex aceto, vel etiam ex aqua coactus.

## CAPUT II.

De his, quae per se intumescunt, quomodo incidenda, et curanda sint.

Verum hoc quidem promptum est. In iis autem negotium 5 majus est, quae per se, vitio intus orto, intumescunt, et ad suppurationem spectant. Ea omnia genera abscessuum esse alias proposui, medicamentaque his idonea exsequutus sum (cf. V, 28): nunc superest, ut dicam, in iisdem quae manu fieri debeant. Ergo, priusquam indurescant, cutem incidere, 10 et cucurbitulam accommodare oportet, quae quidquid illuc malae corruptaeque materiae coit, extrahat: idque iterum, tertioque recte fit, donec omne indicium inflammationis excedat. Neque tamen fas non est, nihil cucurbitulam agere. Interdum enim fit, sed raro, ut quidquid abscedit, velamento 15 suo includatur. Id antiqui tunicam nominabant. Meges, quia tunica omnis nervosa est, dixit non nasci sub eo vitio nervum, quo caro consumeretur, sed, subjecto jam vetustiore pure, callum circumdari. Quod ad curationis rationem nullo loco pertinet; quia quidquid, si tunica est, idem, si callus est, 20 fieri debet. Neque ulla res prohibet, etiamsi callus est, tamen, quia cingit, tunicam nominari. Tum pure quoque maturior haec interdum esse consuevit: ideoque, quod sub ea est, extrahi per cucurbitulam non potest. Sed facile id intelligitur, ubi nihil admota illa mutavit. Ergo, sive id 25 cidit, sive jam durities est, in hac auxilii nihil est; et, ut alias scripsi (II, 23; V, 3, 11, 12—16), vel avertenda concurrens eo materia, vel digerenda, vel ad maturitatem perducenda est. Si priora contigerunt, nihil praeterea necessarium est. Si pus maturuit, in alis quidem et inguinibus 30 raro secandum est; item ubicumque mediocris abscessus est; item quoties in summa cute, vel etiam carne vitium est: nisi festinare cubantis imbecillitas cogit: satisque est cataplasma- tis efficere, ut per se pus aperiatur. Nam fere sine cicatrice potest esse is locus, qui expertus ferrum non est. Si autem 35

altius malum est, considerari debet, nervosusne is locus sit an non sit. Nam si sine nervis est, candenti ferramento aperiri debet: cujus haec gratia est, quod exigua plaga diutius ad pus evocandum patet, parvaque postea cicatrix lit.

<sup>5</sup> At si nervi juxta sunt, ignis alienus est, ne vel distendantur hi, vel membrum debilitent: necessaria vero opera scalpelli est. Sed cetera etiam subcruda aperiri possunt: inter nervos ultima exspectanda maturitas est, quae cutem extenuet, eique pus jungat, quo propius reperiatur. Itemque alia rectam

<sup>10</sup> plagam desiderant: in pano, quia fere vehementer cutem extenuat, tota ea super pus excidenda est. Semper autem, ubi scalpellus admovetur, id agendum est, ut et quam minimae et quam paucissimae plagae sint: cum eo tamen, ut necessitati succurramus et in modo, et in numero (P. Aeg.

<sup>15</sup> VI, 34). Nam majores sinus latius; interdum etiam duabus, aut tribus lineis incidendi sunt. Dandaque opera, ut imus sinus exitum habeat; ne quis humor intus subsidat, qui proxima et adhuc sana rodendo sinuet. Est etiam in rerum natura, ut cutis latius excidenda sit. Nam, ubi post longos morbos

<sup>20</sup> totus corporis habitus vitiatum est, lateque se sinus suffudit, et in eo jam cutis pallet; scire licet eam jam mortuam esse, et inutilem futuram: ideoque excidere commodius est; maxime, si circa articulos majores id evenit, cubantemque aegrum fluens alvus exhaurit, neque per alimenta quidquam

<sup>25</sup> corpori accedit. Sed excidi ita debet, ut plaga ad similitudinem myrtei folii fiat, quo facilius sanescat (P. Aeg. VI, 34): idque perpetuum est, ubicumque medicus et quacumque de causa cutem excidit. Pure effuso, in alis vel inguinibus linamento opus non est; spongia ex vino imponenda est. In

<sup>30</sup> ceteris partibus, si aequae linamenta supervacua sunt, purgationis causa paulum mellis infundendum; dein glutinantia superdanda: si illa necessaria sunt, super ea quoque similiter dari spongia eodem modo ex vino expressa debet. Quando autem linamentis opus sit, quando non sit, alias dictum est.

<sup>35</sup> Cetera eadem, incisa suppuratione, facienda sunt, quae, ubi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui (cf. V, 26, 23 sqq.).

## CAPUT III.

De bonis, malisve signis suppuracionum.

Protinus autem quantum curatio efficiat, quantumque aut sperari aut timeri debeat, ex quibusdam signis intelligi potest, fereque iisdem, quae in vulneribus exposita sunt (cf. V, 26, 5 2 sqq.). Nam bona signa sunt somnum capere; facile spirare; siti non confici; cibum non fastidire, si febricula fuit, ea vacare; itemque habere pus album, laeve, non foedi odoris (*Aph.* VII, 44). Mala sunt vigilia, spiritus gravitas, sitis, cibi fastidium, febris, pus nigrum, aut foeculentum, et foedi odoris; 10 item procedente curatione eruptio sanguinis; aut, si antequam sinus carne impleatur, orae carnosae fiunt, illa quoque ipsa carne hebet, nec firma. Deficere tamen animam, vel in ipsa curatione, vel postea pessimum omnium est. Quin etiam morbus ipse, sive subito solutus est, dein suppuratio exorta 15 est; sive effuso pure permanet, non injuste terret. Estque inter causas timoris, si sensus in vulnere rodentium non est. Sed ut haec ipsa fortuna huc illucve discernit, sic medici partium est eniti ad reperiendam sanitatem (cf. V, 26, 26). Ergo quoties ulcus resolverit, eluere id, si reprimendus humor 20 videbitur, vino ex aqua pluviatili mixto, vel aqua, in qua lenticula cocta sit, debebit; si purgandum erit, mulso; rursusque imponere eadem. Ubi jam repressus videbitur humor, ulcusque purum erit, produci carnem conveniet, et foveri pari portione vini ac mellis, superque imponi spongiam ex vino et rosa 25 tinctam. Per quae quum caro producat, plus tamen, ut alias quoque dixi (cf. V, 26, 34), victus ratio eo confert; id est, solutis jam febribus et cibi cupiditate reddita, balneum rarum; quotidiana, sed lenis gestatio; cibi potionesque corpori faciendo aptae. Quae omnia, per medicamenta quoque suppuracione 30 rupta, sequuntur: sed, quia magno malo vix sine ferro mederi licet, in hunc locum reservata sunt.

## CAPUT IV.

De fistulis.

1. Adversus fistulas quoque, si altius penetrant, ut ad ulti- 25 mas demitti collyrium non possit, si tortuosae sunt, si mul-

tiplices, majus in manu quam in medicamentis praesidium est: minusque operae est, si sub cute transversae feruntur, quam si rectae intus tendunt. Igitur, si sub cute transversa fistula est, demitti specillum debet, supraque id ea incidi (P. Aeg. VI, 77). Si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo et ferro persequendi sunt: idemque faciendum, si plures se quasi ramuli ostendunt. Ubi ad lines fistulae ventum est, excidendus ex ea totus callus est, superque fibulae dandae, et medicamentum, quo glutinetur. At si recta subter tendit, ubi, quo maxime ferat, specillo exploratum est, excidi is sinus debet: dein fibula oris cutis injicienda est, et aequae glutinantia medicamenta superdanda sunt; aut, si corruptum ulcus est, quod interdum osse vitiato fit, ubi id quoque curatum est, pus inoventia.

2. Solent autem inter costas fistulae subter ire. Quod ubi incidit, eo loco costa ab utraque parte praecidenda et eximenda est, ne quid intus corruptum relinquatur. Solent, ubi costas transierunt, septum id, quod transversum a superioribus visceribus intestina discernit, violare. Quod intelligi et ex loco, et ex magnitudine doloris potest; et quia nonnumquam spiritus ea cum humore quasi bullante prorumpit; maximeque, si hunc ore ille continuit. In eo medicinae locus nullus est. In ceteris vero, quae circa costas sanabilia sunt, pingua medicamenta inimica sunt; ceteris, quae ad vulnera accommodantur, uti licet; optime tamen sicca linamenta, vel, si purgandum aliquid videtur, in melle tincta imponuntur.

3. Ventri nullum os subest; sed ibi perniciosae admodum fistulae fiunt; adeo ut Sostratus insanabiles esse crediderit. Id non ex toto ita se habere usus ostendit. Et quidem, quod maxime mirum videri potest, tutior fistula est contra jecur et lienem et ventriculum, quam contra intestina: non quò perniciosior ibi sit, sed quo alteri periculo locum faciat. Cujus experimento moti quidam auctores parum modum rei cognoverunt. Nam venter saepe etiam telo perforatur, prolapsaque intestina conduntur, et oras vulneris suturae comprehendunt: quod, quemadmodum fiat, mox indicabo. Itaque etiam ubi tenuis fistula abdomen perripit, excidere eam licet, suturaque oras conjungere. Si vero ea fistula latius patuit,

excisa necesse est latius foramen relinquat: quod nisi magna vi, utique ab interiore parte, sui non potest. Ergo, ubi aliquis ingredi ac moveri coepit, rumpitur illa sutura, atque intestina evolvuntur: quo fit, ut pereundum homini sit. Sed non omni modo res ea desperationem habet: ideoque tenuioribus fistulis adhibenda curatio est.

4. Propriam etiamnum animadversionem desiderant eae, quae in ano sunt (P. Aeg. VI, 78). In has demisso specillo, ad ultimum ejus caput incidi cutis debet: dein novo foramine specillum educi lino sequente, quod in aliam ejus partem, ob id ipsum perforatam, conjectum sit. Ibi limum prehendum vincendumque cum altero capite est, ut laxe cutem, quae super fistulam est, teneat: idque limum esse debet crudum, et duplex triplexve, sic tortum, ut unitas facta sit. Interim autem licet negotia gerere, ambulare, la-vari, cibum capere perinde atque sanissimo. Tantummodo id limum bis die, salvo nodo, ducendum est sic, ut subeat fistulam pars quae superior fuit. Neque committendum est, ut id limum putrescat: sed tertio quoque die nodus resolvendus est, et ad caput alterum recens limum alligandum, eductoque vetere, id in fistula cum simili nodo relinquendum. Sic enim id paulatim cutem, quae supra fistulam est, incidit: simulque et id sanescit, quod a lino relictum est; et id, quod ab eo mordetur, inciditur. Haec ratio curationis longa, sed sine dolore est (Hipp. *De fistul.* § 4). Qui festinant, adstringere cutem lino debent, quo celerius secent; noctuque ex penicillo tenuia quaedam intus demittere, ut cutis hoc ipso extennetur, quo extenditur. Sed haec dolorem movent. Adjicitur celeritati, sicut tormento quoque, si et limum, et id quod ex penicillo est, aliquo medicamento illinitur ex iis, quibus callum exedi posui (V, 28, 12). Potest tamen fieri, ut ad scalpelli enrationem etiam illo loco veniendum sit, si intus fistula fert, si multiplex est. Igitur in haec genera demisso specillo, duabus lineis incidenda cutis est, ut media inter eas habenula tenuis admodum ejiciatur, ne protinus orae coeant, sitque locus aliquis linamentis, quae quam paucissima superinjicienda sunt: omniaque eodem modo facienda, quae in abscessibus posita sunt (V, 28, 11—12).



Si vero ab uno ore plures sinus erunt, recta fistula scalpello erit incidenda: ab eo ceterae, quae jam patcbunt, lino excipiendae. Si intus aliqua procedet, quo ferrum tuto pervenire non poterit, collyrium demittendum erit. Cibus autem in omnibus ejusmodi casibus, sive manu, sive medicamentis agitur, dari debet humidus; potio liberalis, diuque aqua. Ubi jam caro increscit, tum demum et balneis raris utendum erit, et cibus corpus implentibus.

## CAPUT V.

De telis e corpore extrahendis.

1. Tela quoque, quae illata corporibus intus haeserunt, magno negotio saepe ejiciuntur (P. Aeg. VI, 88). Suntque quaedam difficultates ex generibus eorum; quaedam ex iis sedibus, in quas illa penetrarunt. Omne autem telum extrahitur, aut ab ea parte, qua venit, aut ab ea, in quam tetendit: illic viam, qua redeat, ipsum sibi fecit; hic a scalpello accipit; nam contra mucronem caro inciditur. Sed si non alte telum insedit, et in summa carne est, aut certe magnas venas et loca nervosa non transiit; nihil melius est, quam, qua venit, id evellere. Si vero plus est per quod telo revertendum, quam quod perrumpendum est, jamque venas nervosque id transiit, commodius est aperire quod superest, eaque extrahere. Nam et propius petitur, et tutius evellitur: et in majore membro, si medium mucro transiit, facilius sanescit, quod pervium est; quia utrimque medicamento fovetur. Sed, si retro telum recipiendum est, amplianda scalpello plaga est; quo facilius id sequatur, quoque minor oriatur inflammatio: quae major fit, si ab illo ipso telo, dum redit, corpus laniatur. Item, si ex alia parte vulnus aperitur, laxius esse debet, quam ut telo postea transeunte amplicetur. Summa autem utraque parte habenda cura est, ne nervus, ne vena major, ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid detectum est, excipiendum hamo retuso est, abducendumque a scalpello. Ubi autem satis incisum est, telum eximendum est: tunc quoque eodem modo, et eadem cura habita, ne sub eo, quod eximitur, aliquid eorum laedatur, quae tuenda esse proposui.

2. Haec communia sunt. Propria quaedam in singulis telorum generibus sunt, quae protinus subiciam. Nihil tam facile in corpus quam sagitta conditur, eademque altissime insidit. Haec autem eveniunt, et quia magna vi fertur illa, et quia ipsa in angusto est. Saepius itaque ab altera parte, quam ex qua venit, recipienda est; praecipueque, quia fere spiculis cingitur; quae magis laniant, si retrorsus, quam si contra eximatur. Sed inde aperta via, caro diduci debet ferramento facto ad similitudinem graecae litterae (Y): deinde, ubi apparuit mucro, si arundo inhaeret, propellenda est, donec ab altera parte apprehendi et extrahi possit: si jam illa decidit, solumque intus ferrum est, mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe, atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi est, ubi ab ea parte, qua venit, evelli magis placuit. Nam, ampliato vulnere, aut arundo, si inest, evellenda est; aut, si ea non inest, ferrum ipsum. Quod si spicula apparuerunt, eaque brevia et tenuia sunt, forcipe ibi comminui debent, vacuumque ab his telum educi: si ea majora valentioraque sunt, fissis scriptoriis calamis contegenda, ac, ne quid lacerent, sic evellenda sunt (P. Aeg. VI, 88, p. 354 ed. Brian). Et in sagittis quidem haec observatio est.

3. Latum vero telum, si conditum est, ab altera parte educi non expedit; ne ingenti vulnere ipsi quoque ingens vulnus adiciamus. Evellendum est ergo genere quodam ferramenti, quod *Διοκλείον κναθίσκον* Graeci vocant; quoniam auctorem Dioelem habet: quem inter priseos maximosque medicos fuisse jam posui (I, prooem.). Lamina vel ferrea, vel etiam aenea, ab altero capite duos utrimque deorsum conversos uncas habet; ab altero duplicata lateribus, leviterque extrema in eam partem inclinata, quae sinuata est, insuper ibi etiam perforata est. Haec juxta telum transversa demittitur: deinde, ubi ad innum mucronem ventum est, paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat: quum in cavo mucro est, duo digiti, subjecti partis alterius unciis, simul et ferramentum id extrahunt et telum.

4. Tertium genus telorum est, quod interdum evelli debet, plumbea glans, aut lapis, aut simile aliquid, quod perrupta cute, integrum intus insedit. In omnibus his latius

vulnus aperiendum, idque, quod inest, ea qua venit forcipe extrahendum est. Accedit vero aliquid difficultatis sub omni ictu, si telum vel ossi inhaesit, vel in articulo se inter duo ossa demersit. In osse usque eo movendum est, donec laxetur is locus, qui mucronem inomordit; et tunc vel manu vel forcipe telum extrahendum est: quae ratio in dentibus quoque ejciendis est. Vix unquam ita telum non sequitur: sed, si morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit. Ultimum est, ubi non evellitur, terebra juxta forare, ab eo-  
 10 que foramine, ad speciem litterae V, contra telum os excidere sic, ut lineae, quae diducuntur, ad telum spectent: eo facto, id necesse est labet, et facile auferatur. Inter duo vero ossa si per ipsum articulum perruperit, circa vulnus duo membra fasciis habenisve deliganda, et per has in diversas  
 15 partes diducenda sunt, ut nervos distendant: quibus extensis, laxius inter ossa spatium est, ut sine difficultate telum recipiatur. Illud videndum est, sicut in aliis locis posui, ne quis nervus, aut vena, aut arteria a telo laedatur, dum id extrahitur: eadem scilicet ratione, quae supra (cap. 2) posita est.  
 20

5. At si venenato quoque telo quis ictus est, iisdem omnibus, si fieri potest, etiam festinantius actis, adjicienda curatio est, quae vel epoto veneno, vel a serpente ictis adhibetur. Vulneris autem ipsius, extracto telo, medicina non  
 5 alia est, quam quae esset, si corpore icto nihil inhaesisset: de qua satis alio loco dictum est (V, 26, 27).

## CAPUT VI.

De gangliis, de meliceride, et atheromate, et steatomate, capitis tuberculis.

6 Haec evenire in qualibet parte corporis possunt: reliqua certas sedes habent. De quibus dicam, orsus a capite. In hoc multa variaque tubercula oriuntur; γάγγλια, μελικηροί-  
 10 δας, ἀθερώματα nominant; aliisque etiamnum vocabulis quaedam alii discernunt: quibus ego στεατώματα quoque  
 5 adjiciam. Quae quamvis et in cervice, et in alis, et in la-

teribus oriri solent; per se tamen non posui; quum omnia ista mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreat, neque diverso genere curentur. Omnia vero ista et ex parvulo incipiunt, et diu paulatimque increscunt, et tunica sua includuntur. Quaedam ex his dura ac renitentia, quaedam mollia cedentiaque sunt: quaedam spatio nudantur, quaedam tecta capillo suo permanent: fereque sine dolore sunt. Quid intus habeant, ut conjectura praesagiri potest, sic ex toto cognosci, nisi quum ejecta sunt, non potest. Maxime tamen in iis, quae renitentur, aut lapillis quaedam similia, aut concreti confertique pili reperiuntur: in iis vero, quae cedunt, aut melli simile aliquid, aut tenui pulcullae, aut quasi rasae cartilagini, aut carni hebeti et cruentae; quibus alii aliique colores esse consuerunt. Fereque ganglia renitentur: atheromati subest quasi tenuis pulculla: meliceridi liquidior humor; ideoque pressus circumfluit: steatomati pingue quiddam; idque latissime patere consuevit, resolvitque totam cutem superpositam sic, ut ea labet; quum in ceteris sit adstrictior. Omnia, derasa ante, si capillis contegantur, per medium oportet incidere. Sed steatomatis tunica quoque secanda est, ut effundatur quidquid intus coit; quia non facile a cute et subjecta carne ea separatur: in ceteris ipsa tunica inviolata servanda est. Protinus autem alba et intenta se ostendit. Tum scalpelli manubriolo diducenda a cute et carne est, ejiciendaque cum eo, quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiore parte tunicae musculus inhaesit, ne is laedatur, superior pars illius decidenda, alia inibi relinquenda est. Ubi tota exenta est, committendae orae, fibulaque his injicienda, et super medicamentum glutinans dandum est. Ubi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum est, pns moventia adhibenda sunt.

## CAPUT VII.

De oculorum vitiis, quae scalpetto et manu curantur.

1. Sed ut haec neque genere vitii, neque ratione curationis inter se multum distant; sic in oculis, quae manum:

postulant, et ipsa diversa sunt, et aliter aliterque curantur. Igitur in superioribus palpebris vesicae nasci solent pingues gravesque, quae vix attollere oculos sinunt, levesque pituitae cursus, sed assiduos, in oculis movent. Fere vero in  
 5 pueris nascuntur. Oportet, compresso digitis duobus oculo, atque ita cute intenta, scalpello transversam lineam incidere, suspensa leviter manu, ne vesica ipsa vulneretur: et, ut locus ei patefactus est, ipsa prorumpat; tum digitis eam apprehendere, et evellere (P. Aeg. VI, 14). Facile autem se-  
 10 quitur. Dein superinungi collyrio debet ex iis aliquo, quo lipientes oculi superinunguntur (cf. VI, 6): paucissimisque diebus cicatricula inducitur. Molestius est ubi incisa vesica est: effundit enim humorem; neque postea, quia tenuis admodum est, potest colligi. Si forte id incidit, eorum aliquid imponen-  
 15 dum est, quae puri movendo sunt (cf. V, 3 et 9, 10 sqq.).

2. In eadem palpebra supra pilorum locum tuberculum parvulum nascitur, quod a similitudine hordei, a Graecis *χοιθή* nominatur. Tunica quiddam, quod difficulter maturescit, comprehensum est. Id vel calido pane, vel cera subinde  
 20 calefacta foveri oportet sic, ne nimius is calor sit, sed facile ea parte sustineatur: hac enim ratione saepe discutitur, interdum concoquitur. Si pus se ostendit, scalpello dividi debet, et, quidquid intus humoris est, exprimi: eodem deinde vapore postea quoque foveri et superinungi, donec ad sanita-  
 25 tatem perveniat.

3. Alia quoque quaedam in palpebris huic non dissimilia nascuntur; sed neque utique figurae ejusdem et mobilia, simul atque digito vel huc vel illuc impelluntur: ideoque ea *χαλάζια* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 16). Haec incidi debent,  
 30 si sub cute sunt, ab exteriori parte; si sub cartilagine, ab interiori: dein scalpelli manubriolo diducenda ab integris partibus sunt. Ac, si intus plaga est, inungendum primo lenibus, deinde acrioribus: si extra, superdandum emplastrum, quo id glutinetur.

35 4. Unguis vero, quod *περὺγιον* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 18), est membranula nervosa oriens ab angulo, quae nonnumquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Saepius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur.



Hunc recentem non difficile est discutere medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur: si inveteravit, jamque ei crassitudo quoque accessit, excidi debet. Post abstinentiam vero unius diei, vel adversus in sedili contra medicum is homo collocandus est, vel sic aversus, ut in gremium ejus<sup>5</sup> caput resupinus effundat. Quidam, si in sinistro oculo vitium est, adversum: si in dextro, resupinum collocari volunt. Alteram autem palpebram a ministro diduci oportet, alteram a medico: sed ab hoc, si ille adversus est, inferiorem; si supinus, superiorem. Tum idem medicus hamulum acutum,<sup>10</sup> paulum mucrone intus recurvato, subjicere extremo ungui debet, eumque infigere; atque eam quoque palpebram tradere alteri: ipse, hamulo apprehenso, levare unguem, eumque acu trajicere linum trahente: deinde acm pcnere, lini duo capita apprehendere, et per ea erecto ungue, si qua<sup>15</sup> parte oculo inhaeret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat: deinde invicem modo remittere, modo attrahere, ut sic et initium ejus, et finis anguli reperiat. Duplex enim periculum est; ne vel ex ungue aliquid relinquatur, quod exulceratum vix ullam recipiat curationem; vel<sup>20</sup> ex angulo caruncula quoque abscindatur, quae, si vehementius unguis ducitur, sequitur; ideoque decipit. Abscissa, patet foramen, per quod postea semper humor descendit: *ὀνάδα* Graeci vocant. Verus ergo anguli finis utique noscendus est, qui ubi satis constitit, non nimium adducto un-<sup>25</sup>gue, scalpellus adhibendus est; deinde sic excidenda ea membranula, ne quid ex angulo laedatur. Eo deinde ex melle linamentum superdandum est, supraque linteolum, et aut spongia aut lana succida: proximisque diebus diducendus quotidie oculus est, ne cicatrice inter se palpebrae glut-<sup>30</sup>nentur; siquidem id quoque tertium periculum accedit, eodemque modo linamentum imponendum, ac novissime immigendum collyrio, quo ulcera ad cicatricem perducantur. Sed ea curatio vere esse debet, aut certe ante hiemem: de qua re ad plura loca pertinente, semel dixisse satis erit. Nam<sup>35</sup> duo genera curationum sunt: alia in quibus eligere tempus non licet, sed utendum est eo, quod incidit; sicut in vulneribus: alia, in quibus nullus dies urget, et exspectare tutissi-

num et facile est; sicut evenit in iis, quae et tarde incre-  
 scunt, et dolore non cruciant. In his ver expectandum est:  
 aut, si quid magis pressit, melior tamen autumnus est quam  
 aestas, vel hiems; atque is ipse medius, jam fractis aesti-  
 5 bus, nondum ortis frigoribus. Quo magis autem necessaria  
 pars erit quae tractabitur, hoc quoque majori periculo sub-  
 jecta est: et saepe, quo major plaga facienda, eo magis haec  
 temporis ratio servabitur.

5. Ex curatione vero unguis, ut dixi, vitia nascuntur,  
 0 quae ipsa aliis quoque de causis oriri solent. Interdum enim  
 fit in angulo, parum ungue exciso, vel aliter, tuberculum,  
 quod palpebras parum diduci patitur: *ἐγκανθίς* graece no-  
 minatur (P. Aeg. VI, 17). Excipi hamulo, et circumcidi  
 debet; hic quoque diligenter temperata manu, ne quid ex  
 5 ipso angulo abscindat. Tum exiguum linamentum resper-  
 gendum est vel cadmia, vel atramento sutorio; inque eum  
 angulum, diductis palpebris, inserendum, supraque eodem  
 modo deligandum: proximisque diebus similiter nutriendum;  
 tantum ut primis aqua egelida, vel etiam frigida foveatur.

0 6. Interdum inter se palpebrae coalescunt, aperiri-  
 que non potest oculus. Cui malo solet etiam illud accedere, ut  
 palpebra cum albo oculi cohaerescat; scilicet quum in utro-  
 que fuit ulcus negligenter curatum. Sanescendo enim, quod  
 diduci potuit et debuit, glutinavit. *Ἀγκυλοβλεφάρους* sub  
 5 utroque vitio Graeci vocant (P. Aeg. VI, 15). Palpebrae  
 tantum inter se cohaerentes non difficulter diducuntur; sed  
 interdum frustra: nam rursus glutinantur. Experiri tamen  
 oportet; quia bene res saepius cedit. Igitur aversum specil-  
 lum inserendum, diducendaeque eo palpebrae sunt: deinde  
 , exigua penicilla interponenda, donec exulceratio ejus loci  
 finiatur. At ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit, Hera-  
 clides Tarentinus auctor est, adverso scalpello subsecare,  
 magna cum moderatione, ut neque ex oculo, neque ex pal-  
 pebra quidquam absciadatur; ac, si necesse est, ex pal-  
 5 pebra potius. Post haec inungatur oculus medicamentis, qui-  
 bus aspritudo curatur: quotidieque palpebra vertatur, non  
 solum ut ulceri medicamentum inducatur, sed etiam ne rur-  
 sus inhaereat: ipsique etiam praecipitur, ut saepe eam

duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminem memini. Meges se quoque multa tentasse, neque unquam profuisse, quia semper iterum oculo palpebra inhaeserit, memoriae prodidit.

7. Etiamnum in angulo qui naribus proprius est, ex ali-<sup>5</sup> quo vitio quasi parva fistula aperitur, per quam pituita assidue destillat: *αγγίλωπα* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 22). Idque assidue male habet oculum: nonnumquam etiam, exeso osse, usque ad nares penetrat. Atque interdum naturam carcinomatis habet; ubi intentae venae et recurvatae sunt, color<sup>10</sup> pallet, cutis dura est, et levi tactu irritatur, inflammationemque in eas partes, quae conjunctae sunt, evocat. Ex his eos, qui quasi carcinoma habent, curare periculosum est: nam mortem quoque ea res maturat; eos vero, quibus ad nares tendit, supervacuum: neque enim sanescunt. At, qui-<sup>15</sup> bus id in angulo est, potest adhiberi curatio; cum eo, ne ignotum sit esse difficilem: quantoque angulo propius id foramen est, tanto difficilior est; quoniam perangustum est, in quo versari manus possit. Recenti tamen re mederi facilius est. Ergo hamulo summum ejus foraminis excipiendum; <sup>20</sup> deinde totum id cavum, sicut in fistulis dixi (cap. 4), usque ad os excidendum; oculoque et ceteris junctis partibus bene obtectis, os ferramento adurendum est; vehementiusque, si jam carie vexatum est, quo crassior squama abscedat. Quidam adurentia imponunt, ut atramentum sutorium, vel <sup>25</sup> chalcitidem, vel aeruginem rasam: quod et tardius et non idem facit. Osse adusto, curatio sequitur eadem, quae in ceteris ustis.

8. Pili vero, qui in palpebris sunt, duabus de causis oculum irritare consuerunt (P. Aeg. VI, 13). Nam modo <sup>30</sup> palpebrae superioris summa cutis relaxatur, et procidit; quo fit, ut ejus pili ad ipsum oculum convertantur, quia non simul cartilago quoque se remisit: modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculum tendit. Curationes hae sunt. Si pili nati sunt, qui non de- <sup>35</sup> buerunt, tenuis acus ferrea ad similitudinem spathae lata, in ignem conjicienda est: deinde caudens, sublata palpebra sic, ut ejus perniciosi pili in conspectum curantis veniant, sub

ipsis pilorum radicibus ab angulo immittenda est, ut ea ter-  
 tiam partem palpebrae transsuat; deinde iterum, tertioque  
 usque ad alterum angulum: quo fit, ut omnes pilorum radices  
 adustae emoriantur. Tum superimponendum medicamentum  
 5 est, quod inflammationem prohibeat: atque ubi crustae exci-  
 derunt, ad cicatricem perducendum. Facillime autem id ge-  
 nus sanescit. Quidam (cf. P. Aeg. l. l.) aiunt acu transsui  
 juxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere, eamque  
 transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem; atque ubi  
 10 acus transiit, in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum  
 esse conjiciendum, et per eum in superiorem palpebrae par-  
 tem attrahendum, ibique corpori agglutinandum, et impo-  
 nendum medicamentum, quo foramen glutinetur: sic enim  
 fore, ut is pilus in exteriorem partem postea spectet. Id  
 15 primum fieri non potest, nisi in pilo longiore; quum fere  
 breves eo loco nascantur. Deinde, si plures pili sunt, ne-  
 cesse est longum tormentum, toties acu trajecta, magnam in-  
 flammationem moveat. Novissime quum humor aliquis ibi  
 subsit, oculo et ante per pilos et tum per palpebrae fora-  
 20 mina affecto, vix fieri potest, ut gluten, quo vinctus est pi-  
 lus, non resolvatur: eoque fit, ut is eo, unde vi abductus  
 est, redeat. Ea vero curatio quae palpebrae laxioris ab  
 omnibus frequentatur, nihil habet dubii. Siquidem oportet  
 25 contacto oculo mediam palpebrae cutem, sive ea superior,  
 sive inferior est, apprehendere digitis, ac sic levare: tum  
 considerare quantum detracto futurum sit, ut naturaliter se  
 habeat. Siquidem hic quoque duo pericula circumstant: si  
 nimium fuerit excisum, ne contegi oculus non possit; si pa-  
 rum, ne nihil actum sit, et frustra sectus aliquis sit. Qua  
 30 deinde incidendum videbitur, per duas lineas atramento no-  
 tandum est sic, ut inter oram, quae pilos continet, et pro-  
 piores ei lineam, aliquid relinquatur, quod apprehendere  
 acus postea possit. His constitutis, scalpellus adhibendus  
 est: et si superior palpebra est, ante; si inferior, postea  
 35 propius ipsis pilis incidendum: initiumque faciendum in si-  
 stro oculo, ab eo angulo, qui temporis; in dextro, ab eo qui  
 naribus propior est: idque, quod inter duas lineas est, exci-  
 dendum. Deinde orae vulneris inter se simplici sutura com-

mittendae, operiendusque oculus est. Si parum palpebra descendet, laxanda sutura; si nimium, aut adstringenda, aut etiam rursus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda: ubi secta est, aliae suturae adjiendae, quae supra tres esse non debent. Praeter haec in superiore palpebra sub pilis ipsis incidenda linea est, ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent: idque, si levis inclinatio est, etiam solum satis tuetur. Inferior palpebra eo non eget. His factis, spongia ex aqua frigida expressa superdeliganda est: postero die glutinans emplastrum injiciendum: quarto suturae tollendae, et collyrio, quod inflammationes reprimat, superinungendum.

9. Nonnumquam autem, nimium sub hac curatione excisa cute, evenit, ut oculus non contegatur: idque interdum etiam alia de causa fit. *Ααρωφθάλμους* Graeci appellant (P. Aeg. VI, 10). In quo si nimium palpebrae deest, nulla id restituere curatio potest: si exiguum, mederi licet. Paulum infra supercilium cutis incidenda est lunata figura, cornibus ejus deorsum spectantibus. Altitudo esse plagae usque ad cartilaginem debet, ipsa illa nihil laesa: nam, si ea incisa est, palpebra concidit, neque attolli postea potest. Cute igitur tantum diducta sit, ut paulum ima ora descendat; hiante scilicet super plaga; in quam linamentum conjiciendum est, quod et conjungi diductam cutem prohibeat, et in medio carunculam citet: quae ubi eum locum implevit, postea recte oculus operitur.

10. Ut superioris autem palpebrae vitium est, quo parum descendit, ideoque oculum non contegit; sic inferioris, quo parum sursum attollitur, sed pendet et hiat, neque potest cum superiore committi. Atque id quoque evenit interdum ex simili vitio curationis, interdum etiam senectute. *Ἐκτροόπιον* Graeci nominant (P. Aeg. VI, 12). Si ex mala curatione est, eadem ratio medicinae est, quae supra posita est (§ 9): plagae tantum cornua ad maxillas, non ad oculum convertenda sunt. Si ex senectute est, tenui ferramento id totum extrinsecus adurendum est, deinde melle inungendum: a quarto die vapore aquae calidae fovendum, inungendumque medicamentis ad cicatricem perducentibus (cf. V, 14 et 26, 36).

11. Haec fere circa oculum in angulis palpebrisque in-



eidere consuerunt. In ipso autem oculo nonnumquam summa attollitur tunica, sive ruptis intus membranis aliquibus, sive laxatis; et similis figura acino fit: unde id *σταφύλωμα* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 19). Curatio duplex est: altera, ad  
 5 ipsas radices per medium transsuere acu duo lina ducente; deinde alterius lini duo capita ex superiore parte, alterius ex inferiore adstringere inter se; quae paulatim secando id excidunt: altera in summa parte ejus ad lenticulae magnitudinem excidere: deinde spodium aut eadmiam infriare. Utro-  
 10 libet autem facto, alhum ovi lana exeipiendum et imponendum; posteaque vapore aquae calidae fovendus oculus, et lenibus medicamentis inungendus est.

12. Clavi autem vocantur callosa in albo oculi tubercula; quibus nomen a figurae similitudine est. Hos ad imam  
 15 radicem perforare acu commodissimum est, infraque eam excidere, deinde lenibus medicamentis inungere.

13. Suffusionis jam alias (VI, 6, 35) feci mentionem; quia, quum recens incidit, medicamentis quoque saepe dis-  
 entitur: sed, ubi vetustior facta est, manus eurationem de-  
 20 siderat: quae inter subtilissimas haberi potest. De qua antequam dico, paucis ipsius oculi natura indicanda est: cujus cognitio, quum ad plura loca pertineat, tum vel praecipue ad hunc pertinet. Is igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a Graecis *κερατοειδής* vocatur. Ea, qua  
 25 parte alba est, satis crassa, pupillae loco extenuatur. Huic interior adjuncta est, media parte, qua pupilla est, modico foramine coneava; circa tenuis, ulterioribus partibus ipsa quoque plenior: quae *χοριοειδής* a Graecis nominatur. Hae duae tunicae, quum interiora oculi cingant, rursus sub his  
 30 coeunt; extenuataeque et in unum coetae per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerehri perveniunt, eique inhaereseunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est: deinde infra rursus tenuissima tunica, quam Herophilus *ἀραχνοειδῆ* nominavit. Ea media subsidit; eoque  
 35 cavo continet quiddam, quod a vitri similitudine *ὕαλοειδές* Graeci vocant. Id neque liquidum, neque aridum est, sed quasi concretus humor: ex cujus colore pupillae color vel niger est, vel caesius, quum summa tunica tota alba sit. Id

autem superveniens ab interiore parte membranula includit. Sub his gutta humoris est, ovi albo similis; a qua videndi facultas proficiscitur: *κρυσταλλοειδής* a Graecis nominatur.

14. Igitur vel ex morbo, vel ex ictu concresecit humor sub duabus tunicis, qua locum vacuum esse proposui (p. 279, 5 l. 32); isque paulatim indurescens, interiori potentiae se opponit. Vitiique ejus plures species sunt; quaedam sanabiles, quaedam quae curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem vero habet marinae aquae, vel ferri nitentis, et a latere sensum aliquem 10 fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura, in aliam vertitur, si suffusioni color caeruleus est, aut auro similis, si labat, et hac atque illac movetur, vix nunquam succurritur. Fere vero peior est, quo ex graviore morbo majoribusve capitis doloribus, 15 vel ictu vehementiore orta est. Neque idonea curationi senilis aetas est, quae sine novo vitio, tamen aciem hebetem habet: ac ne puerilis quidem; sed inter has media. Oculus quoque curationi neque exiguus, neque concavus, satis opportunus est. Atque ipsius suffusionis quaedam matu- 20 ritas est. Expectandum igitur est, donec jam non fluere, sed duritiae quadam concrevisse videatur. Ante curationem autem modico cibo uti, bibere aquam triduo debet; pridie ab omnibus abstinere. Post haec in adverso sedili collocandus est loco lucido, lumine adverso sic, ut contra 25 medicus paulo altius sedeat: a posteriore autem parte caput ejus minister contineat, ut immobile id praestet: nam levi motu eripi acies in perpetuum potest. Quin etiam ipse oculus immobilior faciendus est, super alterum lana imposita et deligata. Curari vero sinister oculus dextra manu, dexter si- 30 nistra debet. Tum acus admovenda est acuta ut foret, sed non nimium tenuis; eaque demittenda recta est per summas duas tunicas medio loco inter oculi nigrum et angulum tempore propiore, e regione mediae suffusionis sic, ne qua vena laedatur. Neque tamen timide demittenda est, quia inani loco 35 excipitur. Ad quem quum ventum est, ne mediocriter quidem peritus falli potest; quia prementi nihil renititur. Ubi eo ventum est, inclinanda acus ad ipsam suffusionem est,

leniterque ibi verti, et paulatim eam deducere infra regionem pupillae debet; ubi deinde eam transiit, vehementius imprimi, ut inferiori parti insidat. Si haesit, curatio expleta est: si subinde redit, eadem acu concidenda, et in plures partes dissipanda est; quae singulae et facilius conduntur, et minus late officiant. Postea educenda recta acus est, imponendumque lana molli exceptum ovi album, et supra quod inflammationem coerceat, atque ita devinciendum. Post haec opus est quiete, abstinentia, lenium medicamentorum inunctionibus, cibo, qui postero die satis mature datur, primum liquido, ne maxillae laborent; deinde, inflammatione finita, tali, qualis in vulneribus propositus est. Quibus ut aqua quoque diutius bibatur necessario accedit.

15 15. De pituitae quoque tenuis cursu, qui oculos infestat, quatenus medicamentis agendum est, jam explicui (cf. VI, 6). Nunc ad ea veniam, quae curationem manus postulant. Animadvertimus autem quibusdam numquam siccescere oculos, sed semper humore tenui madere: quae res aspritudinem continuat, ex levibus momentis inflammationes et lipitudines excitat, totam denique vitam hominis infestat. Idque in quibusdam nulla ope adjuvari potest, in quibusdam sanabile est. Quod primum discrimen nosse oportet, ut alteris succurratur, alteris manus non injiciatur. Ac primum supervacua curatio est in iis, qui ab infantibus id vitium habent; quia necessario mansurum est usque mortis diem. Deinde non necessaria etiam in iis, quibus non multa, sed acris pituita est: siquidem manu nihil adjuvantur; medicamentis, et victus ratione, quae crassiorem pituitam reddit, ad sanitatem perveniunt. Lata etiam capita vix medicinae patent. Tum interest, venae pituitam mittant, quae inter calvariam et cutem sunt, an quae inter membranam cerebri et calvariam. Superiores fere per tempora oculos rigant; inferiores per eas membranas, quae ab oculis ad cerebrum tendunt. Potest autem adhiberi remedium iis, quae supra os fluunt; non potest iis, quae sub osse <sup>1)</sup>. Ac ne iis quidem

1) Id est, per eas venas quae sunt inter membranas cerebri, et calvariam; ut explicat Morgagnus.

succurritur, quibus pituita utrimque descendit: quia levata altera parte, nihilominus altera infestat. Quid sit autem, hac ratione cognoscitur. Raso capite ea medicamenta, quibus in lippitudine pituita suspenditur, a superciliis usque ad verticem illini debent: si sicci oculi esse coeperunt, apparet per eas venas, quae sub cute sunt, irrigari: si nihilominus madent, manifestum est sub osse descendere: si est humor, sed levior, duplex vitium est. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur, quos superiores venae exerceant: ideoque pluribus etiam opitulari licet. Idque non in Graecia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est: adeo ut nulla medicinae pars magis per nationes quasque exposita sit (P. Aeg. VI, 6). Reperti in Graecia sunt, qui novem lineis cutem capitis inciderent: duabus in occipitio rectis, una super eas transversa: dein duabus super aures, una inter eas item transversa: tribus inter verticem et frontem rectis. Reperti sunt, qui a vertice rectas eas lineas ad tempora deducerent; cognitisque ex motu maxillarum musculorum initiis, leviter super eos cutem inciderent, diductisque per retusos hamos oris, insererent linamenta, ut neque inter se cutis antiqui fines committerentur, et in medio caro incresceret, quae venas, ex quibus humor ad oculos transiret, adstringeret. Quidam etiam atramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram aurem, deinde a naribus ad verticem: tum ubi lineae committebantur, scalpello inciderunt; et post, sanguine effuso, os ibidem adusserunt. Nihilominus autem et in temporibus, et inter frontem atque verticem eminentibus venis idem candens ferrum admoverunt. Frequens curatio est, venas in temporibus adurere: quae fere quidem in ejusmodi malo tument; sed tamen, ut inflentur magisque se ostendant, cervix ante modice deliganda est: tenuibusque ferramentis, et retusis venae adurendae; donec in oculis pituitae cursus conquiescat. Id enim signum est quasi excaecatorum itinerum, per quae humor ferebatur. Valentior tamen medicina est, ubi tenues conditaeque sunt, ideoque legi non possunt, eodem modo cervice deligata, retentoque ab ipso spiritu, quo magis venae prodeant, atramento notare eas contra tempora, et inter verticem ac

frontem: deinde cervice resoluta, qua notae sunt, venas incidere, et sanguinem mittere: ubi satis fluxit, tenuibus feramentis adurere: contra tempora quidem timide, ne subjecti muscoli, qui maxillas tenent, sentiant: inter frontem vero et  
 5 verticem vehementer, ut squama ab osse secedat. Efficacior tamen etiamnum est Afrorum curatio, qui verticem usque ad os adurunt sic, ut squamam remittat. Sed nihil melius est, quam quod in Gallia quoque Comata fit, ubi venas in temporibus et in superiore capitis parte legunt. Adusta quo modo  
 10 curanda sunt, jam explicui. Nunc illud adjicio; neque ut cristae decidant, neque ut ulcus impleatur, adustis venis, esse properandum; ne vel sanguis erumpat, vel cito pus supprimatur: quum per hoc siccescere eas partes opus sit; per illud exhauriri opus non sit; si quando tamen sanguis  
 15 eruperit, infrianda medicamenta esse, quae sic sanguinem supprimant, ne adurant. Quemadmodum autem venae legendae sint, quidque lectis his faciendum sit, quum venero ad crurum varices, dicam (cap. 31).

## CAPUT VIII.

20 De aurium morbis qui manu et scalpello curantur.

Verum ut oculi multiplicem curationem, etiam manus exigunt; sic in auribus admodum pauca sunt, quae in hac  
 25 medicinae parte tractentur. Solet tamen evenire vel a primo natali die protinus, vel postea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, ut foramen in ea nullum sit, ideoque audiendi usu careat. Quod ubi incidit, specillo tentandum est, altene id repletum, an in summo tantum glutinatum sit. Nam si alte est, prementi non cedit: si in summo, specillum protinus recipit. Illud attingi non oportet,  
 30 ne sine effectus spe distentio oriatur nervorum, et ex ea mortis periculum sit: hoc facile curatur. Nam qua cavum esse debet, vel medicamentum aliquod imponendum est ex adurentibus, vel candente ferro aperiendum, vel etiam scalpello incidendum. Quumque id patefactum, et jam ulcus  
 35 purum est, conjicienda eo pinna est, illita medicamento ci-



catricem inducente; circaque idem medicamentum dandum, ut entis circa pinnam sanescat: quo fit, ut ea remota, postea facultas audiendi sit. At ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, et offendunt (cf. Plin. XI, 37, 50), trajicere id cavum celeriter candente acu satis est, ut leviter ejus orae exulcerentur; aut etiam adurente medicamento idem exulcerare: postea deinde imponere id quod purget; tum quod eum locum repleat, et sic cicatricem inducat. Quod si magnum id foramen est, sicut solet esse in iis, qui majora pondera auribus gesserunt, incidere quod superest ad extremum oportet: supra deinde oras scalpello exulcerare, et postea suere, ac medicamentum, quo id glutinetur, imponere. Tertium est, si quid ibi curti est, sarcire quae res quum in labris quoque et naribus fieri possit, eademque etiam rationem (*curandi rationem?*) habeat, simul explicanda est. 15


### CAPUT IX.

Curta in auribus, labrisque, ac naribus, quomodo sarciri, et curari possint.



Curta igitur in his tribus, si qua parva sunt, curari possunt: si qua majora sunt, aut non recipiunt curationem, aut ita per hanc ipsam deformantur, ut minus indecora ante fuerint. Atque in aure quidem et naribus deformitas sola timeri potest: in labris vero, si nimium contracta sunt, usus quoque necessario jactura fit, quia minus facile et cibus assumitur, et sermo explicatur. Neque enim creatur ibi corpus, sed ex vicino adducitur: quod in levi mutatione et nihil eripere, et fallere oculum potest; in magna non potest. Neque senile autem corpus, neque quod mali habitus est, neque in quo difficulter ulcera sanescunt, huic medicinae idoneum est; quia nusquam celerius cancer occupat, aut difficilius tollitur. Ratio curationis ejusmodi est (cf. P. Aeg. VI, 26; Antyll. in Oribas. *Coll. med.* XLV, 21): id quod curtum est in quadratum redigere; ab interioribus ejus angulis lineas transversas incidere, quae citeriorem partem ab ulteriore ex toto diducant; deinde ea, quae sic resolvimus, in 35

unum adducere. Si non satis junguntur, ultra lineas, quas  
 aute fecimus, alias duas lunatas, et ad plagam conversas  
 immittere, quibus summa tantum cutis diducatur: sic enim  
 fit, ut facilius quod adducitur, sequi possit. Quod non est  
 5 cogendum; sed ita adducendum, ut facilius subsequatur,  
 et dimissum non multum recedat <sup>1)</sup>. Interdum tamen ab al-  
 tera parte cutis haud omnino adducta deformem, quem reli-  
 quit, locum reddit. Hujusmodi loci altera pars incidenda,  
 altera intacta habenda est <sup>2)</sup>. Ergo neque ex imis auribus,  
 10 neque ex medio naso imisve narium partibus, neque ex an-  
 gulis labrorum quidquam attrahere tentabimus. Utrumque au-  
 tem petemus, si quid summis auribus, si quid imis, si quid  
 aut medio naso, aut mediis naribus, aut mediis labris deerit.  
 Quae tamen interdum etiam duobus locis curta esse consue-  
 15 runt: sed eadem ratio curandi est. Si cartilago in eo, quod  
 incisum est, eminet, excidenda est: neque enim aut glutina-  
 tur, aut aeu tuto trajicitur. Neque longe tamen excidi de-  
 bet, ne inter duas oras liberae cutis utrimque coitus puris  
 fieri possit. Tum junctae orae inter se suendae sunt, utrim-  
 20 que eute apprehensa; et qua priores lineae sunt, ea quoque  
 suturae injiciendae sunt. Si eis locis, uti naribus, illita spuma  
 argenti satis proficit. In posteriores vero lunatasque plagas  
 linamentum dandum est, ut caro increseens vulnus impleat.  
 Summaque cura, quod ita sutum est, tuendum esse, appa-  
 25 rere ex eo potest quod de canero supra posui (V, 28). Ergo  
 etiam tertio quoque die fovendum erit vapore aquae cali-  
 dae; rursusque idem medicamentum injiciendum: fereque

1) Eduard. Zeis hanc figuram exhibet operationis Celsi labro infe-  
 riori accommodatae;



Ego vero eam figuram hoc modo correxi. Vide *Gaz. méd. de Paris*;  
 année 1847, p. 105 sqq.



septimo die glutinatum est. Tum suturae eximi, et ulcus ad sanitatem perduci debet.

## CAPUT X.

### De polypo.

Polypum vero, qui in naribus nascitur (P. Aeg. VI, 25),<sup>5</sup> ferro praecipue curari jam alias posui (VI, 8). Ergo hunc ferramento acuto, in modum spathae facto, resolvere ab osse oportet: adhibita diligentia, ne infra cartilago laedatur; in qua difficilis curatio est. Ubi abscissus est, unco ferramento extrahendus est. Tum implicitum linamentum, vel<sup>10</sup> aliquid ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoque naris leviter implenda. Sanguine suppresso, linamento ulcus purgandum est. Ubi purum est, eo pinna, eodem modo, quo in aure supra positum est (p. 283, l. 34), medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus de-<sup>15</sup> mittenda, donec ex toto id sanescat.

## CAPUT XI.

### De ozaena.

Id autem vitium, quod ὄζαινα a Graecis vocatur (cf. VI, 8), si medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos chirurgos non reperi: credo, quia res raro ad sanitatem satis proficit, quum aliquod in ipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est, vel fictilem fistulam, vel eodem scriptorium calamum in narem esse conjiciendum, donec sursum ad os perveniat: tum<sup>25</sup> per id tenue ferramentum candens dandum esse ad ipsum os: deinde adustum locum purgandum esse aerugine et melle: ubi purus est, lycio ad sanitatem perducendum. Vel narem incidendam esse ab ima parte ad os, ut et conspici locus possit, et facilius candens ferramentum admoveri. Tum sui<sup>30</sup> narem debere; et adustum quidem ulcus eadem ratione curari: suturam vero illini vel spuma argenti, vel alio glutinante.

## CAPUT XII.

De oris vitiis, quae manu, et ferro curantur.

1. In ore quoque quaedam manu curantur. Ubi in primis dentes nonnunquam moventur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivarum arescentium vitium. Oportet in utrolibet candens ferramentum giugivis admovere, ut attingat leviter, non insidat. Adustae gingivae melle illinendae, et mulso eluendae sunt. Ut pura ulcera esse coeperunt, arida medicamenta infrianda sunt ex iis, quae reprimunt. Si vero dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adjuvant, placuit, circumradi debet, ut gingiva ab eo resolvatur: tum is concutiendus est: eaque facienda, donec bene moveatur: nam dens haerens cum summo periculo evellitur, ac nonnunquam maxilla loco movetur. Idque etiam majore periculo in superioribus dentibus fit; quia potest tempora oculosque concutere. Tum, si fieri potest, manu; si minus, forcipe (id est ὀδοντάγρα) dens excipiendus est: ac, si exesus est, aut id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forcipe confringatur. Recta vero forceps ducendus est, ne inflexis radicibus os rarum, cui dens inhaeret, parte aliqua frangatur. Neque ideo nullum ejus rei periculum est; utique in dentibus brevibus, qui fere longiores radices habent: saepe enim forceps, quum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingivaeprehendit et frangit (P. Aeg. VI, 25). Protinus autem, ubi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa, quae recessit, et vulsella protrahenda est: si non sequitur, incidi gingiva debet, donec labans ossis testa recipiatur. Quod si factum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut is liare non possit. Imponendum calidum ex farina et fico cataplasma est, donec ibi pus moveatur: tum incidi gingiva debet. Pus quoque multum profluens, ossis fracti nota est. Itaque etiam tunc id extrahi convenit. Nonnunquam etiam, eo laeso, fissura fit: quae eradi debet. Dens autem scaber, qua parte niger est, radendus

est, illinendusque rosae flore contrito, cui gallae quarta pars et altera myrrhae sit adjecta: continendumque ore crebro vinum meracum. Atque in eo casu velandum caput, ambulatione multa, frictione capitis, cibo non acri utendum est. At si ex ictu vel alio casu aliqui labant dentes, auro cum iis, qui bene haerent, vinciendi sunt; continendaque ore reprimentia: ut vinum, in quo malicorium decoctum, aut in quod galla candens coniecta sit. Si quando etiam in pueris ante alter dens nascitur, quam prior excidat, is, qui cadere debuit, circumpurgandus et evellendus est; is, qui natus est, in locum prioris quotidie digito adurgendus, donec ad justam magnitudinem perveniat. Quotiescumque dente exento radix relicta est, protinus ea quoque ad id facto forcipe, quam *ῥιζάργραν* Graeci vocant, eximenda est.

2. Tonsillas autem, quae post inflammationes induruerunt, *ἀντιάδες* autem a Graecis appellantur, quum sub levi tunica sint, oportet digito circumradere et evellere: si ne sic quidem resolvuntur, hamulo excipere, et scalpello excidere: tum os aceto eluere, et illinere vulnus medicamento, quo sanguis supprimatur (cf. p. 256, l. 32; et P. Aeg. VI, 30).

3. Uva (P. Aeg. VI, 31), si cum inflammatione descendit, dolorique est, et subrubicundi coloris, praecidi sine periculo non potest: solet enim multum sanguinem effundere: itaque melius est iis uti, quae alias proposita sunt (VI, 14). Si vero inflammatio quidem nulla est, nihilominus autem ea ultra justum modum a pituita deducta est, et tenuis, acuta, alba est, praecidi debet: itemque, si ima, livida et crassa; summa tenuis est. Neque quidquam commodius est, quam vulsellaprehendere, sub eaque, quod volumus, excidere. Neque enim ullum periculum est, ne plus minusve praecidatur: quum liceat tantum infra vulsellam relinquere, quantum inutile esse manifestum est; idque praecidere, quo longior uva est, quam esse naturaliter debet. Post curationem eadem faciendae sunt, quae in tonsillis proxime posui (§ 2).

4. Lingua vero quibusdam cum subjecta parte a primo natali die juncta est; qui ob id ne loqui quidem possunt (P. Aeg. VI, 29). Horum extrema lingua vulsellaprehendenda est; sub eaque membrana incidenda: magna cura habita, ne



venae, quae juxta sunt, violentur, et profusione sanguinis noceant. Reliqua curatio vulneris in prioribus posita est. Et plerique quidem, ubi cōsanuerunt, loquuntur. Ego autem cognovi qui, succisa lingua, quum abunde super dentes eam promeret, non tamen loquendi facultatem consequutus est. Adeo in medicina, etiam ubi perpetuum est, quod fieri debet, non tamen perpetuum est id, quod sequi convenit.

5. Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit (*gre-nouillette*); quod fere consistit in tunica, doloresque magnos movet. Quod, si exiguum est, incidi semel satis est: si majus, summa cutis usque ad tunicam excidenda est, deinde utrimque orae hamulis excipiendae, et tunica undique circumdata liberanda est: magna diligentia per omnem curationem habita, ne qua major vena incidatur.

6. Labra autem saepe finduntur; eaque res habet cum dolore etiam hanc molestiam, quod sermo prohibetur; qui subinde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has, si in summo sunt, medicamentis curare commodius est, quae ad ulcera oris fiunt: si vero altius descenderunt, necessarium est tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet. Postea facienda eadem sunt, quae in auribus adustis exposita sunt.

### CAPUT XIII.

De cervicis vitio.

At in cervice, inter cutem et asperam arteriam, tumor increscit: *βρογχονήλην* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 38). Quo modo caro hebes, modo humor aliquis, melli aquaeve similis, includitur; interdum etiam minutis ossibus pili imixti. Ex quibus quidquid est, tunica continetur. Potest autem adurentibus medicamentis curari: quibus summa cutis cum subiecta tunica exeditur. Quo facto, sive humor est, profluit; sive quid densius, digitis educitur: tum ulcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio brevior est. Medio tumore una linea inciditur usque ad tunicam. deinde

vitiosus sinus ab integro corpore digito separatur, totusque cum velamento suo eximitur: tum aceto, cui vel salem vel nitrum aliquis adjecit, eluitur; oraeque una sutura junguntur; ceteraque eadem, quae in aliis suturis, superinjiciuntur: leniter deinde, ne fauces urgeat, deligatur. Si quando autem tunica eximi non potuit, intus inspergenda adurentia, linamentisque id curandum est, et ceteris pus moventibus (cf. V, 3).

#### CAPUT XIV.

De umbilici vitiis.

10

Sunt etiam circa umbilicum plura vitia: de quibus propter raritatem inter auctores parum constat. Verisimile est autem, id a quoque praetermissum, quod ipse non cognoverat: a nullo id, quod non viderat, fictum. Commune omnibus est, umbilicum indecore prominere (P. Aeg. VI, 51): 15  
causae requiruntur. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrupere, modo omentum, modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit: duobus iisdem adjecit, carnem ibi interdum increescere; eamque modo integram esse, modo carcinomati similem. Gorgias ipse quoque omenti mentionem 20  
omisit; sed eadem tria causatus, spiritum quoque interdum eo dixit irrupere. Heron omnibus his quatuor positus, et omenti mentionem habuit, et ejus, quod simul et omentum et intestinum habuerit. Quid autem horum sit, his indiciis cognoscitur. Ubi intestinum prolapsum est, tumor neque du- 25  
rus, neque mollis est; omni frigore minuitur; non solum sub omni calore, sed etiam retento spiritu crescit; sonat interdum; atque ubi resupinatus est aliquis, delapso intestino, ipse desidit. Ubi vero omentum est, cetera similia sunt; tumor mollior, et ab ima parte latus, extenuatus in vertice 30  
est; si quis apprehendit, elabitur. Ubi utrumque est, indicia quoque mixta sunt, et inter utrumque mollities. At caro durior est, semperque etiam resupinato corpore tumet, prementique non cedit, prioribus facile cedentibus. Si vitiosa est, easdem notas habet, quas in carcinomate exposui. Hu- 35  
mor autem, si premitur, circumfluit. At spiritus pressus ce-

dit, sed protinus redit: resupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet. Ex his id, quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis cum periculo tractatur: itaque omittenda est. Sana excidi debet; idque vulnus linamentis curari. Humorem quidem vel inciso summo tumore effundunt, et vulnus iisdem linamentis curant. In reliquis variae sententiae sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse, res ipsa testatur; ut in uterum, sive intestinum, sive omentum est, delabatur. Sinus vero umbilici, tum vacuus, a quibusdam duabus regulis exceptus est; vehementerque earum capitibus deligatis, ibi emoritur: a quibusdam, ad inum acu trajecta, duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus diversae partes adstrictae; quod in uva quoque oculi fit: nam sic id, quod supra vinculum est (cf. supr. 7, 11), emoritur. Adjecerunt quidam, ut, antequam vincirent, summum una linea inciderent, exciderentque: quo facilius digito demisso, quod illuc irrupisset, depellerent: tum deinde vinxerunt. Sed abunde est, jubere spiritum continere, ut tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat: tum imam basim ejus atramento notare; resupinatoque homine, digitis tumorem eum premere, ut si quid delapsum non est, manu cogatur: post haec umbilicum atrahere, et qua nota atramenti est, lino vehementer adstringere: deinde partem superiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur: atque, ut cetera usta, ulcus nutrire. Idque non solum ubi intestinum, vel omentum, vel utrumque est; sed etiam ubi humor est, optime proficit. Sed ante quaedam visenda sunt, ne quod ex vinculo periculum sit. Nam curationi neque infans, neque aut robustus annis, aut senex aptus est; sed a septimo fere anno ad quatuordecimum. Deinde ei corpus idoneum est id, quod integrum est: at quod mali habitus est, quodque papulas, impetiginas, similiaque habet, idoneum non est. Levibus quoque tumoribus facile subvenitur: at in eorum, qui nimis magni sunt, curatione periculum est. Tempus autem anni et autumnale, et hibernum vitandum est: ver idoneum maxime est: ac prima aestas non aliena est. Praeter haec abstinere pridie debet. Neque id satis est; sed alvus quoque ei du-

cenda est; quo facilius omnia quae excesserunt, intra uterum considant.

## CAPUT XV.

Quomodo aqua hydropicis emittatur.

Aquam iis, qui hydropici sunt, emitti oportere, alias dixi<sup>5</sup> (III, 21). Nunc, quemadmodum id fiat, dicendum est (cf. P. Aeg. VI, 50). Quidam autem sub umbilico, fere quatuor interpositis digitis a sinistra parte: quidam, ipso umbilico perforato, id facere consuerunt: quidam, cute primum adusta, deinde interiore abdomine inciso; quia, quod per ignem divisum est, minus<sup>10</sup> celeriter coit. Ferramentum autem demittitur magna cura habita, ne qua vena incidatur. Id tale esse debet, ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat; demittendumque ita est, ut membranam quoque transeat, qua caro ab interiore parte finitur: eo tum plumbea aut aenea fistula con-<sup>15</sup> jicienda est, vel recurvatis in exteriorem partem labris, vel in media circum surgente quadam mora, ne tota intus delabi possit. Hujus ea pars, quae intra, paulo longior esse debet, quam quae extra; ut ultra interiorem membranam procedat. Per hanc effundendus humor est: atque ubi major pars ejus<sup>20</sup> evocata est, claudenda demisso linteolo fistula est; et in vulnere, si id ustum non est, relinquenda. Deinde per insequentibus dies circa singulas heminas emittendum, donec nullum aquae vestigium appareat. Quidam tamen etiam non ista cute, protinus fistulam recipiunt, et super vulnus spongiam \*\*\*<sup>1</sup>)<sup>25</sup> expressam deligant: deinde postero die rursus fistulam demittunt, quod recens vulnus paulum diductum patitur, ut, si quid humoris superest, emittatur: idque bis ita fecisse contenti sunt.

---

1) Verba aliqua desunt. Forsan *ex aceto*. Vide proximo cap. 16; p. 294, l. 10: spongiam, aut succidam lanam ex aceto expressam. Paulus habet *l. l.* (p. 220 cd. Briau): *μότον στρεπτάριον*.

## CAPUT XVI.

De ventre ictu perforato, et intestinis vulneratis.

Nonnumquam autem venter ictu aliquo perforatur; sequiturque, ut intestina evolvantur (P. Aeg. VI, 52). Quod ubi incidit, protinus considerandum est, an integra ea sint; deinde, an iis color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse, jam retuli. Latius intestinum sui potest: non quod certa fiducia sit; sed quod dubia spes certa desperatione sit potior; interdum enim glutinatur. Tum si utrumlibet intestinum lividum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoque necessario accedit, ut sensu careat, medicina omnis inanis est. Si vero adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est: momento enim alienantur externo et insueto spiritu circumdata. Resupinandus autem homo est, coxis erectioribus; et, si angustius vulnus est, quam ut intestina commode resuadantur, incidendum est, donec satis pateat: ac, si jam sicciora intestina sunt, perluenda aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adjectum. Tum minister oras vulneris leniter diducere manibus suis, vel etiam duobus hamis interiori membranae iujectis, debet: medicus priora semper intestina, quae posteriora prolapsa sunt, condere sic, ut orbium singulorum locum servet. Repositis omnibus, leniter homo conuertiendus est: quo fit ut per se singula intestina in suas sedes deducantur, et in his considant. His conditis, omentum quoque considerandum est: ex quo, si quid jam nigri et emortui est, forfice excidi debet: si integrum est, leniter super intestina deduci. Sutura autem neque summae cutis, neque interioris membranae per se satis proficit; sed utriusque: et quidem duobus linis injicienda est, spissior quam alibi; quia et rumpi facilius motu ventris potest, et non aeque magnis inflammationibus pars ea exposita est. Igitur in duas acus fila coniungenda, eaeque duabus manibus tenendae; et prius interiori membranae sutura injicienda est sic, ut sinistra manus in dexteriore ora, dextra in sinisteriore a principio vulneris orsa, ab interiore parte in exteriorem acum immittat: quo fit, ut ab intestinis ea pars semper acuum sit, quae retusa est. Se-



mel utraq; parte trajecta, permutandae acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, quae fuit in sinistra, ea veniat in sinistram, quam dextra continuat: iterumque eodem modo per oras immittendae sunt: atque ita tertio et quarto, deincepsque permutatis inter manus acubus plaga includenda. 5 Post haec, eadem fila, eademque acus ad cutem transferendae, similique ratione ei quoque parti sutura injicienda; semper ab interiore parte acubus venientibus, semper inter manus trajectis: dein glutinantia injicienda. Quibus aut spongiam, aut succidam lanam ex aceto expressam accedere de- 10 bere manifestius est, quam ut semper dicendum sit. Impositis his leniter deligari venter debet.

## CAPUT XVII.

De interiore membrana abdominis rupta.

1. Interdum autem vel ex ictu aliquo, vel retento diutius 15 spiritu, vel sub gravi fasce, interior abdominis membrana, superiore cute integra, rumpitur. Quod feminis quoque ex utero saepe evenire consuevit: sitque praecipue circa ilia. Sequitur autem, quum superior caro mollis sit, ut non satis intestina contineat, hisque intenta cutis indecora intumescat. 20 Atque id quoque aliter ab aliis curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam basim immissis sic utrimque devincunt, quemadmodum et in umbilico, et in nava positum est, ut, quidquid super vinculum est, emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt ad similitudinem murtacci folii; 25 quod semper eodem modo servandum esse jam posui; et tum oras sutura jungunt. Commodissimum est autem, resupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maxime cecidit, quia necesse est, ea parte rupta membrana sit; quaque integra est, ea magis obnitatur: tum, qua rupta 30 videbitur, immittendae scalpello duae lineae sunt, ut, exciso medio, interior membrana utrimque recentem plagam habeat; quia, quod vetus est, sutura non coit. Loco patefacto, si qua parte membrana non novam plagam, sed veterem habet, tenuis excidenda habena est, quae tantum oras ejus exulceret. 35

Cetera, quae ad suturam reliquamque curationem pertinent, supra (cap. 16) comprehensa sunt.

2. Praeter haec evenit, ut in quorundam ventribus varices sint, quarum quia nulla alia curatio est, quam quae in cruribus esse consuevit, tum eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo (cap. 31).

## CAPUT XVIII.

De testiculorum morbis.

Venio autem ad ea, quae naturalibus partibus circa testiculos oriri solent: quae quo facilius explicem, prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Igitur testiculi simile quiddam medullis habent: nam sanguinem non emittunt, et omni sensu carent: dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicae, quibus ii continentur. Dependent vero ab inguinibus per singulos nervos, quos *κρεμαστήρας* Graeci nominant: cum quorum utroque binae descendunt et venae et arteriae. Haec autem tunica conteguntur tenui, nervosa, sine sanguine, alba, quae *έλυτροειδής* a Graecis nominatur. Super eam valentior tunica est, quae interiori vehementer ima parte inhaeret: *δαρτόν* Graeci vocant. Multae deinde membranulae venas et arterias, eosque nervos comprehendunt; atque inter duas quoque tunicas superioribus partibus leves parvulaeque sunt. Hactenus propria utrique testiculo et velamenta et auxilia sunt. Communis deinde utriusque omnibusque interioribus sinus est, qui jam conspicitur a nobis: *ὄσχεον* Graeci, scrotum nostri vocant. Isque ab ima parte mediis tunicis leviter innexus, a superiore tantum circumdatus est. Sub hoc igitur plura vitia esse consueverunt: quae modo ruptis tunicis, quas ab inguinibus incipere proposui, modo his integris fiunt. Siquidem interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur; vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum: idque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes nisum, subinde nervosas tunicas, et ob id ejus rei patientes, diducit. *Ἐντεροκήλην*, et *ἐπιπλοκήλην* Graeci vo-

cant: apud nos indecorum, sed commune his, herniae no-  
 men est. Deinde si descendit omentum, numquam in scroto  
 tumor tollitur, sive inedia fuit, sive corpus huc illucve con-  
 versum, aut alio quo modo collocatum est: itemque, si re-  
 tentus est spiritus, non magnopere increscit, tactu vero in-  
 aequalis est et mollis et lubricus. At si intestinum quoque  
 descendit, tumor is sine inflammatione modo minuitur, modo  
 increscit; estque fere sine dolore, et quum conquiescit ali-  
 quis aut jacet, interdum ex toto desidit, interdum sic divi-  
 ditur, ut in scroto exiguae reliquiae maneat: at clamore, 10  
 et satietate, et si sub aliquo pondere is homo nisus est, cre-  
 scit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur; estque tum  
 scrotum et rotundum, et tactu laeve: idque, quod subest, lu-  
 hricum est; si pressum est, ad inguen revertitur; dimissum-  
 que, iterum cum quodam quasi murmure devolvitur. Et id 15  
 quidem in levioribus malis evenit. Nonnumquam autem ster-  
 core accepto vastius tumet, retroque compelli non potest:  
 adfertque tum dolorem et scroto et inguinibus et abdomini:  
 nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam hilem  
 per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram. In- 20  
 tegris vero membranibus interdum eam partem humor distin-  
 git. Atque ejus quoque species duae sunt. Nam vel inter  
 tunicas is increscit, vel in membranibus quae ibi circa venas  
 et arterias sunt, ubi eae gravatae occalluerunt. Ac ne ei  
 quidem humori, qui inter tunicas est, una sedes est. Nam 25  
 modo inter summam et mediam, modo inter mediam et imam  
 consistit. Graeci communi nomine, quidquid est, ὑδροκή-  
 λην appellant: nostri, ut scilicet nullis discriminibus satis  
 cognitis, haec quoque sub eodem nomine, quo priora, ha-  
 bent. Signa autem quaedam communia sunt, quaedam pro- 30  
 pria; communia, quibus humor deprehenditur; propria, qui-  
 bus locus. Humorem subesse discimus, si tumor est, num-  
 quam ex toto se remittens, sed interdum levior aut propter  
 famem, aut propter febriculam, maximeque in pueris: isque  
 mollis est, si non nimius humor subest; at si is vehementer 35  
 increvit, renititur sicut uter repletus et arcte adstrictus: ve-  
 nae quoque in scroto inflantur; et, si digito pressimus, cedit  
 humor, circumfluensque id, quod non premitur, attollit, et

tamquam in vitro cornuve per scrotum apparet; isque, quantum in ipso est, sine dolore est. Sedes autem ejus sic deprehenditur. Si inter summam mediamque tunicam est, quum digitis duobus pressimus, paulatim humor inter eos revertens  
 5 subit: scrotum albidius est; si ducitur, aut nihil, aut parvulum intenditur: testiculus ea parte neque visu, neque tactu sentitur. At si sub media tunica est, intentum scrotum magis se attollit, adeo ut superior coles sub tumore eo delitescat.

Praeter haec aequae integris tunicis ramex innascitur: *κρο-*  
 10 *σοκήλην* Graeci appellant (P. Aeg. 64, 63, 66). Venae intumescunt; eaeque intortae, conglomerataeque a superiore parte vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdum etiam sub ima tunica, circa ipsum testiculum nervumque ejus, increscunt. Ex his eae, quae in ipso  
 15 scroto sunt, oculis patent: eae vero, quae mediae imaeve tunicae insidunt, ut magis conditae, non aequae quidem cernuntur, sed tamen etiam visui subjectae sunt: praeterquam quod et tumoris aliquid est, pro venarum magnitudine ac modo, et id prementi magis renititur, ac per ipsos venarum  
 20 toros inaequale est; et, qua parte id est, testiculus magis justo dependet. Quum vero etiam super ipsum testiculum nervumque ejus id malum increvit, aliquanto longius testiculus ipse descendit, minorque altero fit ntpote alimento amisso. Raro, sed aliquando caro quoque inter tunicas increscit:  
 25 *σαροκοκήλην* Graeci vocant. Interdum etiam ex inflammatione tunet ipse testiculus, ac febres quoque affert; et, nisi celeriter ea inflammatio conquievit, dolor ad inguina atque ilia pervenit, partesque eae intumescunt; nervus ex quo testiculus dependet plenior fit, simulque indurescit. Super  
 30 haec inguen quoque nonnumquam ramice impletur: *βουβωνοκήλην* appellant.

## CAPUT XIX.

De testiculorum curationibus, et primo de incisione, et curatione inguinis vel scroti.

35 His cognitis, de curatione dicendum est: in qua quaedam communia omnium sunt, quaedam propria singulorum.

Prius de communibus dicam. Loquar autem nunc de iis, quae scalpellum desiderant: nam quae vel sanari non possint, vel aliter nutriri debeant, dicendum erit, simul ad species singulas venero. Inciditur autem interdum inguen, interdum scrotum. In utraque curatione homo ante triduum bibere aquam; 5 pridie abstinere etiam a cibo debet, ipso autem die collocari supinus; deinde, si inguen incidendum est, idque jam pube contegitur, ante radendum est; et tum, extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, id incidendum sub imo ventre, quae cum abdomine tunicae inferiores committuntur. Aperien- 10 dum autem audacter est, donec summa tunica, quae ipsius scroti est, incidatur, perveniaturque ad eam, quae media est. Plaga facta, foramen deorsum versus subest. In id demittendus est sinistrae manus digitus index, ut diductis intervenientibus membranulis, sinum laxet. Minister autem, 15 sinistra manu comprehenso scroto, sursum versus id debet extendere, et quam maxime ab inguinibus abducere; primum cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas, quae super mediam tunicam sunt, si digito diducere non potest, scalpello abscindat: deinde sine eo, ut is delapsus ipsi pla- 20 gae jungatur, digitoque inde promatur, et super ventrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde, si qua vitiosa sunt, circumcidenda sunt. In quibus quum multae venae discurrant, tenuiores quidem praecidi protinus possunt: majores vero ante longiore lino deligandae sunt, ne periculose san- 25 guinem fundant. Sin media tunica vexata erit, aut sub ea malum increverit, excidenda erit sic, ut alte ad ipsum inguen praecidatur. Infra tamen non tota demenda est: nam quod ad basim testiculi vehementer cum ima tunica connexum est, excidi sine summo periculo non potest: itaque ibi re- 30 linquendum est. Idem in ima quoque tunica, si laesa est, faciendum est. Sed non a summa inguinis plaga, verum infra paulum ea abscindenda, ne laesa abdominis membrana inflammationes moveat. Neque tamen nimium ex ea sursum relinquendum est, ne postea sinuetur, et sedem eidem malo 35 praestet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagam cum venis et arteriis et nervo suo leniter demittendus est: videndumque ne sanguis in scrotum descendat, neve concretus



aliquo loco maneat. Quae ita fient, si venis vinciendo medicus prospexerit. Lina, quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debent: quae, pure orto, sine ullo dolore excident. Ipsi autem plagae injiciendae duae  
 5 fibulae sunt; et insuper medicamentum, quo glutinetur. Solet autem interdum ab altera ora necessarium esse aliquid excidi, ut cicatrix major et latior fiat. Quod ubi incidit, linamenta super non fulcienda, sed leviter tantum imponenda sunt; supraque ea, quae inflammationem repellant, id est ex  
 10 aceto vel lana succida, vel spongia: cetera eadem, quae, ubi pus moveri debet, adhibenda sunt. At quum infra incidi oportet, resupinato homine, subjicienda sub scroto sinistra manus est; deinde id vehementer apprehendendum, et incidendum; si parvulum est quod nocet, modice, ut tertia pars  
 15 integra, ad sustinendum testiculum, infra relinquatur: si majus est, etiam amplius, ut paulum tantummodo ad inum, cui testiculus insidere possit, integrum maneat. Sed primo rectus scalpellus quam levissima manu teneri debet, donec scrotum ipsum diducat: tum inclinandus mucro est, ut  
 20 transversas membranas secet, quae inter summam mediamque tunicam sunt. Ac, si vitium in proximo est, mediam tunicam attingi non oportet: si sub illa quoque conditur, etiam illa incidenda est; sicut tertia quoque, si illa vitium tegit. Ubicumque autem repertum malum est, ministrum ab  
 25 inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet: medicum, digito manubriolove scalpelli diductam inferiore parte tunicam extra collocare; deinde eam ferramento, quod a similitudine corvum vocant, incidere sic ut intrare duo digiti, index et medius, possint: his deinde coniectis, excipienda reliqua pars tunicae et inter digitos scalpellus immittendus est,  
 30 eximendumque aut effundendum quidquid est noxium. Quamcumque autem tunicam quis violavit, illam quoque debet excidere; ac mediam quidem, ut supra dixi, quam altissime ad inguen; imam autem, paulo infra. Ceterum antequam excidantur, venae quoque vinciri lino summae debent; et ejus  
 35 lini capita extra plagam relinquenda sunt, sicut in aliis quoque venis, quae id requisierint. Eo facto, testiculus intus reponendus est: oraeque scroti suturis inter se committen-

dae, neque paneis, ne parum glutinentur, et longior fiat curatio; neque multis, ne inflammationem augeant. Atque hic quoque videndum est, ne quid in seroto sanguinis maneat: tum imponenda glutinantia sunt. Si quando autem in scrotum sanguis defluxit, aliquidve concretum ex eo deiecit, incidi subter id debet; purgatoque eo, spongia aeri aceto madens, circumdari. Deligatum autem vulnus omne quod ex his causis factum est, si dolor nullus est, quinque primis diebus non est resolvendum, sed bis die tantum aceto irroranda lana, vel spongia: si dolor est, tertio die resolvendum; et, ubi fibulae sunt, hae incidendae; ubi linamentum, id mutandum est; rosaque et vino madefaciendum id, quod imponitur. Si inflammatio inerescit, adieiendum prioribus cataplasma ex lenticula et melle; vel ex malieorio, quod in austero vino coctum sit; vel ex his mixtis. Si sub his inflammatio non conquieverit, post diem quintum multa calida aqua vulnus fovendum, donec scrotum ipsum et extenuetur, et rugosius fiat: tum imponendum cataplasma ex triticea farina, cui resina pinea adiecta sit: quae ipsa, si robustus curatur, ex aceto; si tener, ex melle coquenda sunt. Neque dubium est, quodeumque vitium fuit, si magna inflammatio est, quin ea, quae pus movent, imponenda sint. Quod si pus in ipso seroto ortum est, paulum id incidere debet, ut exitus detur; linamentumque eatenus imponendum est, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter nervos priore cataplasmate, dein cerato utendum est. Haec proprie ad ejusmodi vulnera pertinent: cetera et in curatione, et in victu, similia iis esse debent, quae in alio quoque vulnere genere praecepimus.

## CAPUT XX.

De intestini in scrotum devoluti curatione.

30

His propositis ad singulas species veniendum est. Ac si cui parvulo puero intestinum descendit, ante scalpellum experienda vinetura est. Fascia ejus rei causa fit, cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quae ad repellendum intestinum ipsi illi subieitur: deinde reliqua fasciae pars arete circumdatur. Sub quo saepe et intus compellitur intestinum,

et inter se tunicae glutuantur. Rursus, si aetas processit, multumque intestini descendisse ex tumore magno patet, ad-  
 jiciunturque dolor et vomitus; quae ex stercore, ex crudi-  
 tate eo delapso, fere accidunt, scalpellum adhiberi sine per-  
 nicie non posse manifestum est: levandum tantummodo ma-  
 lum, et per alias curationes extrahendum est. Sanguis mitti  
 ex brachio debet: deinde, si vires patiuntur, imperanda tri-  
 dui abstinentia est; si minus, certe pro vi corporis quam  
 longissima. Eodem vero tempore superhabendum cataplasma  
 ex lini semine, quod ante aliquis ex mulso decoxerit. Post  
 haec, et farina hordeacea cum resina injicienda; et is demit-  
 tendus in solium aquae calidae, cui oleum quoque adjectum  
 sit; dandumque aliquid cibi levis, calidi. Quidam etiam al-  
 vum ducunt. Id deducere aliquid in scrotum potest, educere  
 ex eo non potest. Per ea vero, quae supra scripta sunt, le-  
 vato malo, si quando alias dolor reverterit, eadem erunt fa-  
 cienda. Siue dolore quoque si multa intestina prolapsa sunt,  
 secari supervacuum est: non quo excludi a scroto non pos-  
 siunt; nisi tamen id inflammatio prohibuit; sed quod repulsa  
 inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent, atque ita  
 fiat mali non finis, sed mutatio. At in eo, quem scalpello  
 curari oportebit, simul atque ad mediam tunicam vulnus in  
 inguine factum pervenerit, duobus hamulis ea juxta ipsas  
 oras apprehendi debebit, dum diductis omnibus membranulis  
 medicus eam liberet. Neque enim cum periculo laeditur,  
 quae excidenda est; quum intestinum esse nisi sub ea non  
 possit. Ubi diducta autem erit, ab inguine usque ad testicu-  
 lum incidi debebit sic, ne is ipse laedatur; tum excidi. Fere  
 tamen hanc curationem puerilis aetas, et modicum malum  
 recipit. Si vir robustus est, majusque id vitium est, extrahi  
 testiculus non debet, sed in sua sede permanere. Id hoc  
 modo fit. Inguen eadem ratione usque ad mediam tunicam  
 scalpello aperitur; eaque tunica eodem modo duobus hamis  
 excipitur sic, ut a ministro testiculus eatenus contineatur, ne  
 per vulnus exeat: tum ea tunica deorsum versus scalpello  
 inciditur; sub eaque index digitus sinistrae manus ad imum  
 testiculum demittitur, eumque ad plagam compellit: deinde  
 dextrae manus duo digiti, pollex atque index, venam et ar-

teriam et nervum tunicamque eorum a superiore tunica deducunt. Quod si aliquae membranulae prohibent, scalpello resolvuntur, donec ante oculos tota jam tunica sit. Excisis, quae excidenda sunt, repositoque testiculo, ab ora quoque ejus vulneris, quod in inguine est, demenda habenula paulo 5 latior est, quo major plaga sit, et plus creare carnis possit.

## CAPUT XXI.

De omenti in scrotum prolapsi curatione.

1. At si omentum descendit, eodem quidem modo, quo supra scriptum est (cap. 19, 20), aperiendum inguen, didu- 10 cendaeque tunicae sunt: considerandum autem est, majorne is modus, an exiguus sit. Nam quod parvulum est, super inguen in uterum vel digito vel averso specillo repellendum est: si plus est, sinere oportet dependere quantum ex utero prolapsum est; idque adurentibus medicamentis illinere, do- 15 nec emoriatur et excidat. Quidam hic quoque duo lina acu trajiciunt, binisque singulorum capitibus diversas partes adstringunt; sub quo aequae, sed tardius emoritur. Adjicitur tamen hic quoque celeritati, si omentum super vinculum illinitur medicamentis, quae sic exedunt, ne erodant: *σηπτά* 20 Graeci vocant. Fuerunt etiam qui omentum forcice praeciderent: quod in parvulo non est necessarium; si majus est, potest profusionem sanguinis facere; siquidem omentum quoque venis quibusdam, etiam majoribus illigatum est. Neque vero, si discisso ventre id prolapsum forcice praeciditur, quum et 25 emortuum sit, et aliter tutius avelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari, si relictum omentum est, sutura debet: si id amplius fuit, et extra emortuum est, excisis oris, sicut supra propositum est.

2. Si vero humor intus est, incidendum est, in pueris 30 quidem, inguen; nisi in his quoque id liquoris ejus major modus prohibet: in viris vero, et ubicumque multus humor subest, scrotum. Deinde, si inguen incisum est, eo protractis tunicis, humor effundi debet: si scrotum, et sub hoc protinus vitium est, nihil aliud quam humor effundendus, ab- 35 scindendaeque membranae sunt, si quae eum continuerunt;

deinde eluendum id ex aqua, quae vel salem adjectum, vel nitrum habeat: si sub media, imave tunica, totae eae extra scrotum collocandae excidendaeque sunt.

## CAPUT XXII.

De ramicis curatione.

Ramex (cf. cap. 18, fine — P. Aeg. VI, 64) autem, si super ipsum scrotum est, adurendus est tenuibus et acutis ferramentis, quae ipsis venis insigantur; cum eo, ne amplius quam has urant; maximeque ubi inter se implicatae glomerantur, eo ferrum id admovendum est; tum super farina ex aqua frigida subacta injicienda est; utendumque eo vinculo, quod idoneum esse ani curationibus posui: tertio die lentacula cum melle imponenda est: post, ejectis crustis, ulcera melle purganda, rosa implenda, ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus vero super mediam tunicam venae tument, incidendum inguen est, atque tunica promenda, ab eaque venae digito vel manubriolo scalpelli separandae. Qua vero inhaerebunt, et ab superiore et ab inferiore parte lino vinciendae; tum sub ipsis vinculis praecidendae, reponendusque testiculus est. At ubi supra tertiam tunicam ramex insedit, mediam excidi necesse est. Deinde, si duae tresve venae tument, et ita pars aliqua obsidetur, ut major eo vitio vacet, idem faciendum, quod supra scriptum est (cf. cap. 18, in fine); ut et ab inguine, et a testiculo deligatae venae praecidantur, isque condatur. Sin totum id ramex obsederit, per plagam demittendus digitus index erit, subjiciendusque venis sic, ut paulatim eas protrahat; eaeque adducendae, donec is testiculus par alteri fiat: tum fibulae oris sic injiciendae, ut simul eas quoque venas comprehendant. Id hoc modo fit. Acus ab exteriori parte oram vulneris perforat: tum non per ipsam venam, sed per membranam ejus immittitur, per eamque in alteram oram compellitur. Vena vulnerari non debet, ne sanguinem fundat. Membrana semper inter has venas est, ac neque periculum affert, et filo comprehensa illas abunde tenet. Itaque etiam satis est duas fibulas esse. Tum venae, quaecumque



protractae sunt, in ipsum inguen averso specillo compelli debent. Solvendi fibulas tempus, inflammatione finita, et purgato vulnere est; ut una simul et oras et venas cicatrix devinciat. Ubi vero inter imam tunicam et ipsum testiculum nervumque ejus ramex ortus est, una curatio est, quae totum testiculum abscindit. Nam neque ad generationem quidquam is confert, et omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum; media tunica promenda, atque excidenda est; idem in ima faciendum; nervusque, ex quo testiculus dependet, praecidendus: post id venae et arteriae ad inguen lino deligandae, et infra vinculum abscindendae sunt.

### CAPUT XXIII.

De carne quae inter tunicas testieulorum increvit, et de nervo indurato.

Caro quoque, si quando inter tunicas increvit, nihil dubii est, quin eximenda sit: sed id, ipso scroto inciso, fieri commodius est. At si nervus induruit, curari res neque manu, neque medicamento potest. Urgent enim febres ardentes, et aut virides, aut nigri vomitus; praeter haec, ingens sitis, et linguae aspritudo; fereque a die tertio spumans bilis alvo cum rosione redditur: ac neque assumi facile cibus, neque contineri potest: neque multo post extremas partes frigescent, tremor oritur, manus sine ratione extenduntur; deinde in fronte frigidus sudor, eumque mors sequitur.

### CAPUT XXIV.

De ranice inguinis.

Ubi vero in ipso inguine ramex est, si tumor modicus est, semel incidi; si major, duabus lineis debet; ut medium excidatur: deinde, non extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendae venae vinciendaque, ubi tunicis inhaerebunt, et sub his nodis praecidendae sunt. Neque quidquam novi curatio vulneris ejus requirit.

## CAPUT XXV.

Ad tegendam glandem colis, si nuda est.

1. Ab his ad ea transeundum est, quae in cole ipso fiunt. In quo si glans nuda est (P. Aeg. VI, 53), vultque aliquis  
 5 eam decoris causa tegere, fieri potest: sed expeditius in puero, quam in viro; in eo, cui id naturale est, quam in eo, qui quarundam gentium more circumcisis est; in eo, cui glans parva juxtaque eam cutis spatiosior, brevis ipse coles est, quam in quo contraria his sunt. Curatio autem  
 10 eorum, quibus id naturale est, ejusmodi est. Cutis circa glandemprehenditur et extenditur, donec illam ipsam condat; ibique deligatur: deinde, juxta pubem, in orbem tergens inciditur, donec coles nudetur; magnaue cura cavetur, ne vel urinae iter, vel venae, quae ibi sunt, incidantur. Eo  
 15 facto, cutis ad vinculum inclinatur, nudaturque circa pubem velut circulus; eoque linamenta dantur, ut caro increseat, et id impleat, satisque velamenti supra latitudo plagae praestet. Sed, donec cicatrix sit, vinctum esse id debet, in medio tantum relicto exiguo urinae itinere. At in eo, qui circumcisis est, sub circulo glandis scapello diducenda cutis  
 20 ab interiore cole est. Non ita dolet, quia, summo soluto, diduci deorsum usque ad pubem manu potest; neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem: tum multa frigida aqua fovetur; emplastrumque  
 25 circa datur, quod valenter inflammationem reprimat; proximisque diebus....<sup>1)</sup> et prope a fame victus est, ne forte eam partem satietas excitet. Ubi jam sine inflammatione est, deligari debet a pube usque circulum: super glandem autem, adverso emplastro imposito, induci. Sic enim fit, ut inferior pars glutinetur; superior ita sanescat, ne inhaereat.

2. Contra, si glans ita contacta est, ut nudari non pos-

---

1) Veteres libri habent *proximis diebus, ut prope a fame victus est*. Sed evidens est, post verba *proximis diebus* aliqua deesse. Palavicinus legit *proximis diebus ut prope a fame victus est, abstineat*. Lindenius vero ita supplet, *proximis diebus abstinere, donec prope a fame victus sit*. Haec quidem videtur esse Celsi sententia; sed constructio laborat, nisi nova adhibita licentia, verbo *abstinere* additur *debet*.

sit, quod vitium Graeci *φίμωσιν* appellant, aperienda est; quod hoc modo fit (P. Aeg. VI, 55): subter a summa ora, cutis inciditur recta linea usque ad frenum; atque ita superius tergo relaxatum, cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiam tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est sic, ut vertex ejus ad frenum, basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, aliaque medicamenta quae ad sanitatem perducant. Necessarium autem est, donec cicatrix sit, conquiescere: nam ambulatio atterendo ulcus sordidum reddit.

Infibulare quoque adolescentulos interdum vocis, interdum valetudinis causa, quidam consuerunt: ejusque haec ratio est. Cutis, quae super glandem est, extenditur, notaturque utrimque a lateribus atramento, qua perforetur; deinde remittitur. Si super glandem notae revertuntur, nimis apprehensum est, et ultra notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulae est. Tum, qua notae sunt, cutis acu filum ducente transsuitur, ejusque filii capita inter se deligantur, quotidieque id movetur, donec circa foramina cicatriculae fiant. Ubi eae confirmatae sunt, exento filo fibula additur, quae quo levior, eo melior est. Sed hoc quidem saepius inter supervacua, quam inter necessaria est.

## CAPUT XXVI.

De mingendi difficultate, et curatione.

25

1. Res vero interdum cogit emoliri manu urinam, quum illa non redditur, aut quia senectute iter ejus collapsum est, aut quia calculus, vel concretum aliquid ex sanguine intus se opposuit: ac mediocris quoque inflammatio saepe eam reddi naturaliter prohibet (P. Aeg. VI, 60). Idque non in viris tantummodo, sed in feminis quoque interdum necessarium est. Ergo aeneae fistulae fiunt; quae, ut omni corpori ampliori minorique sufficiant, ad mares tres; ad feminas duae medico habendae sunt: ex virilibus maxima decem et quinque digitorum; media duodecim; minima novem: ex mulieribus major novem; minor sex. Incurvas vero esse eas

35

paulum, sed magis viriles oportet, laevesque admodum; ac neque nimis plenas, neque nimis tennes. Homo tum resupinus, super subsellium aut lectum collocandus est. Medicus autem a dextro latere sinistra quidem manu colem masculi  
 5 continere, dextra vero fistulam demittere in iter urinae debet: atque ubi ad cervicem vesicae ventum est, simul cum cole fistulam inclinatam in ipsam vesicam compellere, eamque, urina reddita, recipere. Femina brevius urinae iter, simul et rectius habet; quod mammulae simile, inter imas oras  
 10 super naturale positum, non minus saepe auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exigit. Nonnumquam etiam prolapsus in ipsam fistulam calculus, quia subinde ea extenuatur, non longe ab exitu inhaerescit. Eum, si fieri potest, oportet evellere vel oriculario specillo, vel eo ferramento,  
 15 quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quam plurimum attrahenda, et, condita glande, lino vincienda est: deinde a latere recta plaga coles incidendus, et calculus eximendus est: tum cutis remittenda. Sic enim fit, ut incisum colem integrâ pars cutis contegat,  
 20 et urina naturaliter profluat.

2. Quum vesicae vero calculique facta mentio sit; locus ipse exigere videtur, ut subjiciam quae curatio calculosis, quum aliter succurri non potest, adhibeatur (P. Aeg. VI, 60). Ad quam festinare, quum praeceps sit, nullo modo convenit. Ac neque omni tempore, neque in omni aetate, neque in omni vitio id experiendum est: sed solo vere; in eo corpore, quod jam novem annos, nondum quatuordecim excessit; et si tantum mali subest, ut neque medicamentis vinci possit, neque jam trahi posse videatur, quominus interposito aliquo spatio interimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat; sed quo saepius utique in hoc fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt. Quae simul cum ipsa curatione proponam. Igitur, ubi ultima experiri statutum est, ante aliquot diebus victu corpus praeparandum  
 5 est: ut modicos, ut salubres cibos, ut minime glutinosos assumat, ut aquam bibat. Ambulandi vero inter haec exercitatione utatur, quo magis calculus ad vesicae cervicem descendat. Quod an inciderit, digitis quoque, sicut in cura-

tione docebo, demissis cognoscitur. Ubi ejus rei fides est, pridie is puer in jejunio continendus est; et tum loco calido curatio adhibenda, quae hoc modo ordinatur. Homo praevaleus et peritus in sedili alto considit, supinumque eum et aversum, super genua sua coxis ejus collocatis, comprehendit; reductisque ejus cruribus, ipsum quoque jubet, manibus ad suos poplites datis, eos, quam maxime possit, attrahere; simulque ipse sic eos continet. Quod si robustius corpus ejus est, *qui curatur*, duobus sedilibus junctis, duo valentes insidunt; quorum et sedilia et interiora crura inter se delignantur, ne diduci possint: tum is super duorum genua eodem modo collocatur; atque alter, prout consedit, sinistrum crus ejus, alter dextrum, simulque ipse poplites suos attrahit. Sive autem unus, sive duo continent, super humeros ejus suis pectoribus incumbunt. Ex quibus evenit, ut inter ilia sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus, et, in angustum compulsa vesica, facilius calculus capi possit. Praeter haec, etiamnum a lateribus duo valentes obijciuntur, qui circumstantes labare vel unum vel duos, qui puerum continent, non sinunt. Medicus deinde, diligenter unguibus circumcisis, unctaque sinistra manu <sup>1)</sup>, duos ejus digitos, indicem et medium, leniter prius unum, deinde alterum in anum ejus demittit; dextraeque digitos super imum abdomen leniter imponit; ne si utrimque digiti circa calculum vehementer concurrerint, vesicam laedant. Neque vero festinanter in hac re, ut in plerisque, agendum est; sed ita, ut quam maxime id tuto fiat: nam laesa vesica nervorum distentiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa cervicem quaeritur calculus: ubi repertus, minore negotio expellitur. Et ideo dixi, ne curandum quidem, nisi quum hoc indicium suis cognitum est. Si vero aut ubi non fuit, aut recessit retro, digiti ad ultimam vesicam dantur; paulatimque dextra quoque ma-


1) Locus maxime vexatus. Libri antiqui habent *atque sinistra manu*. Targa pro *atque* reposuit *unctaque*; sic et sententia et constructio recte constant, cf. Cap. 29 hujus lib. — P. Aeg. l. l. p. 252 ed. Briau exhibet: τὸν λιγανὸν τῆς ἀριστερῆς χειρὸς δάκτυλον εἰ παιδίον εἶη τὸ νοσοῦν ἢ καὶ τὸν μέσον ἔαν τελειότερον, ἀλλ' εἰ ψαυ-  
τες ἐλαίῳ καθίσομεν εἰς τὴν ἕδραν.



nus ultra translata subsequitur. Atque ubi repertus est calculus; qui necesse est in manus incidat; eo curiosius deducitur, quo minor laeviorque est; ne effugiat, id est ne saepius agitanda vesica sit. Ergo ultra calculum dextra semper manus opponitur, sinistrae digiti deorsum eum compellunt, donec ad cervicem pervenitur. In quam, si oblongus est, sic compellendus est, ut pronus exeat; si planus, sic, ut transversus sit; si quadratus, ut duobus angulis sedeat; si altera parte plenior, sic, ut prius ea, qua tenuior sit, evadat. In rotundo nihil interesse, ex ipsa figura patet; nisi, si laevior altera parte est, ut ea antecedit. Quum jam eo venit, incidi juxta anum cutis plaga lunata usque ad cervicem vesicae debet, cornibus ad coxas spectantibus paulum: deinde ea parte, qua resima plaga est, etiamnum sub cute altera transversa plaga facienda est, qua cervix aperiatur; donec urinae iter pateat sic, ut plaga paulo major, quam calculus sit. Nam qui metu fistulae, quam illo loco *ὀυάδα* Graeci vocant, parum patefaciunt cum majore periculo eodem revolvuntur: quia calculus iter, quum vi promitur, facit, nisi accipit: idque etiam perniciosius est, si figura quoque calculi, vel asperitudo aliquid eo contulit. Ex quo et sanguinis profusio, et distentio nervorum fieri potest: quae si quis evasit, multo tamen patientiorem fistulam habiturus est rupta cervice, quam habuisset incisa. Quum vero ea patefacta est, in conspectum calculus venit: in cujus colore nullum discrimen est. Ipse, si exiguus est, digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi potest: si major, injiciendus a superiore parte uncus est, ejus rei causa factus. Is est ad extremum tenuis, in semicirculi speciem retusae latitudinis; ab exteriori parte laevis, qua corpori jungitur; ab interiori asper, qua calculum attingit. Isque longior potius esse debet: nam brevis extrahendi vim non habet. Ubi injectus est, in utrumque latus inclinandus est, ut appareat, an calculus teneatur; quia, si apprehensus est, ille simul inclinatur. Idque eo nomine opus est, ne quum adduci uncus coeperit, calculus intus effugiat, hic in oram vulneris incidat, eamque convulneret. In qua re quod periculum esset, jam supra proposui. Ubi satis teneri calculum patet, eodem paene momento triplex motus adhiben-

duſ est: in utrumque latus; deinde extra, ſic tamen, ut leniter id fiat, paulumque primo calculus attrahitur: quo facto, atollendus uncus extremus eſt, uti intus magis maneat, faciliusque illum producat. Quod ſi quando a ſuperiore parte calculus parum commode comprehendetur, a latere erit apprehendendus. 5

Haec eſt ſimpliciſſima curatio. Sed varietas rerum quaſdam etiamnum animadverſiones deſiderat. Sunt enim quidam non aſperi tantummodo, ſed ſpinoſi quoque calculi, qui per ſe quidem deſapſi in cervicem, ſine ullo periculo eximuntur: in veſica vero non tuto vel hi conquiruntur, vel attrahuntur; quoniam, ubi illam convulnerant, ex diſtentione nervorum mortem maturant; multoque magis, ſi ſpina aliqua veſicae inhaeret, eamque cum duceretur, duplicavit. Colligitur autem eo, quod difficilius urina redditur, in cervice calculum eſſe; eo, quod cruenta deſtillat illum eſſe ſpinoſum: maximeque id ſubjectis digitis quoque experiendum eſt, neque adhibenda manus, niſi id conſtitit. Ac tum quoque leniter intus digiti objiendi, ne violenter promovendo convulnerent: tum incidendum. Multi hic quoque ſcalpello uſi ſunt. Meget, quoniam iſ infirmior eſt, po-  
teſtque in aliquam prominentiam incidere, inciſoque ſuper illam corpore, qua cavum ſubſt, non ſecare, ſed relinquere, quod iterum incidi neceſſe ſit, ferramentum fecit rectum, in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum acutumque 1). 15 20



1) 1. Ferramentum Megetis ſecundum Vulpes (ex instrumentis Pompejanis in R. Muſaeo Neap. collectis). 2. Id. ex conſpectura deſ Etangs. 3. Idem ex mea conſpectura. Vide *Gaz. méd. de Paris* 1847, p. 103 ſqq.

Id receptum inter duos digitos, indicem ac medium, super pollice imposito sic deprimebat, ut simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, incideret: quo consequeretur, ut semel, quantum satis esset, aperiret. Quocumque autem modo cervix patefacta est, leniter extrahi, quod asperum est, debet; nulla, propter festinationem, vi admota.

3. At calculus arcuosus, et ante manifestus est; quoniam urina quoque redditur arenosa: et in ipsa curatione; quoniam inter subjectos digitos neque aeque renititur, et insuper dilabitur. Item molles calculos, et ex pluribus minutisque, sed inter se parum adstrictis, compositos indicat urina, trahens quasdam quasi squamulas. Hos omnes, leniter permutatis subinde digitorum vicibus, sic oportet adducere, ne vesicam laedant, neve intus aliquae dissipatae reliquiae maneat, quae postmodum curationi difficultatem faciant. Quidquid autem ex his in conspectum venit, vel digitis, vel unco eximendum est. At si plures calculi sunt, singuli protrahi debent; sic tamen, ut si quis exiguus supererit, potius relinquatur: siquidem in vesica difficulter invenitur, inventusque celcriter effugit. Ita longa inquisitione vesica laeditur, excitatque inflammationes mortiferas; adeo ut quidam secti, quum diu frustra per digitos vesica esset agitata, decesserint. Quibus accedit etiam, quod exiguus calculus ad plagam urina postea promovetur, et excidit. Si quando autem is major non videtur nisi rupta cervice extrahi posse, findendus est: cujus retractor Ammonius, oh id *λιθοτόμος* cognominatus est. Id hoc modo fit: Uncus injicitur calculo sic, ut facile eum concussum quoque teneat, ne is retro revolvatur: tum ferramentum adhibetur crassitudinis modicae, prima parte tenui, sed retusa, quod admotum calculo, et ex altera parte ictum, eum findit; magna cura habita, ne aut ad ipsam vesicam ferramentum perveniat, aut calculi fractura ne quid incidat.

4. Hae vero curationes in feminis quoque similes sunt; de quibus tamen proprie quaedam dicenda sunt. Siquidem in his, ubi parvulus calculus est, scalpellus supervacuus est; quia is urina in cervicem compellitur; quae et brevior quam in maribus, et laxior est. Ergo et per se saepe excidit, et

si in primo, quod est angustius, inhaeret, eodem tamen unco sine ulla noxa educitur. At in majoribus calculis necessaria eadem curatio est. Sed virgini subjici digiti tamquam maseculo, mulieri per naturale ejus debent. Tum virgini quidem sub ima sinisteriore ora; mulieri vero inter urinae iter, et os 5 pubis incidendum est sic, ut utroque loco plaga transversa sit. Neque terreri convenit, si plus ex muliebri corpore sanguinis profluit.

5. Calculo evulso, si valens corpus est, neque magno-  
pere vexatum, sinere oportet sanguinem fluere, quo minor 10  
inflammatio oriatur: atque ingredi quoque cum paulum non  
alienum est, ut excidat, si quid intus concreti sanguinis man-  
sit. Quod si per se non destitit, rursus, ne vis omnis inter-  
eat, suppressi debet: idque protinus in imbecillioribus ab  
ipsa curatione faciendum est: siquidem, ut distentione ner- 15  
vorum periclitatur aliquis, dum vesica ejus agitur; sic al-  
ter metus excipit, ne tantum sanguinis profluat, ut occidat.  
Quod ne incidat, desiderare is debet in acre acetum, cui ali-  
quantum salis sit adjectum: sub quo et sanguis fere conqui-  
escit, et adstringitur vesica, ideoque minus inflammatur. 20  
Quod si parum proficit, agglutinanda cucurbitula est et in-  
guinibus, et coxis, et super pubem. Ubi jam satis vel evo-  
catus est sanguinis, vel prohibitus, resupinus collocandus  
est sic, ut caput humile sit, coxae paulum excitentur: ac su-  
per ulcus imponendum est duplex aut triplex linteolum, 25  
aceto madens. Deinde, interpositis duabus horis, in solium  
is aquae calidae resupinus demittendus est sic, ut a genibus  
ad umbilicum aqua teneat, cetera vestimentis circumdata  
sint; manibus tantummodo pedibusque nudatis, ut et minus  
digeratur, et ibi diutius maneat. Ex quo multus sudor oriri 30  
solet; qui spongia subinde in facie detergendus est: finisque  
ejus fomenti est, donec infirmando offendat. Tum multo is  
oleo perungendus, inducendusque hapsus lanae mollis, tepido  
oleo repletus, qui pubem, et coxae, et inguina, et plagam  
ipsam, contactam eodem ante linteolo, protegat: isque sub- 35  
inde oleo tepido madefaciendus est; ut neque frigus ad ve-  
sicam admittat, et nervos leniter molliat. Quidam cataplas-  
matis calefacientibus utuntur. Ea plus-pondere nocent, quo

vesicam urgendo vulnus irritant, quam calore proficiunt. Ergo ne vinculum quidem ullum necessarium est. Proximo die, si spiritus difficilius redditur, si urina non excedit, si locus circa pubem mature intumuit, scire licet in vesica sanguinem concretum remansisse. Igitur, demissis eodem modo digitis, leniter pertractanda vesica est, et discutienda si qua coierunt: quo fit, ut per vulnus postea procidant. Non alienum etiam est, oriculario clystere acetum nitro mixtum per plagam in vesicam compellere: nam sic quoque discutiuntur, si qua cruenta coierunt. Eaque facere etiam primo die convenit, si timemus ne quid intus sit: maximeque ubi ambulando id elicere imbecillitas prohibuit. Cetera eadem facienda sunt: ut demittatur in solium, ut eodem modo paniculus, eodem lana superinjiciatur. Sed neque saepe, neque tamdiu in aqua calida puer habendus, quam adolescens est; infirmus, quam valens; levi, quam graviore inflammatione affectus; is, cujus corpus digeritur, quam is, cujus adstrictum est. Inter haec vero, si somnus est, et aequalis spiritus, et madens lingua, et sitis modica, et venter imus sedet, et mediocris est cum febre modica dolor, scire licet recte curationem procedere. Atque in his inflammatio fere quinto vel septimo die finitur: qua levata, solium supervacuum est: supini tantummodo vulnus aqua calida fovendum est, ut, si quid urinae rodit, eluatur. Imponenda autem medicamenta sunt pus moventia; et, si purgandum vulnus videbitur, melle linendum. Id si rodet, rosa temperabitur. Linamenta vero tum super vulnus non sunt necessaria; super medicamentum, ad id contineendum, recte imponuntur. At ubi vulnus purgatum est, puro linamento ad cicatricem perducendum est. Quibus temporibus tamen, si felix curatio non fuit, varia pericula oriuntur. Quae praesagire protinus licet, si continua vigilia est, si spiritus difficultas, si lingua arida est, si sitis vehemens, si venter imus tumet, si vulnus hiat, si transfluens urina id non rodit, si ante tertium diem quaedam livida excedunt, si is aut nihil, aut tarde respondet; si vehementes dolores sunt, si post diem quintum magnae febres urgent, et fastidium cibi permanet, si cubare in ventrem jucundius est. Nihil tamen pejus est distentione nervo-



rum, et ante nonnum diem vomitu bilis. Sed quum inflammationis sit metus, succurri abstinencia, modicis et tempestivis eibis; inter haec fomentis, et quibus supra scripsimus, oportet.

## CAPUT XXVII.

5

De canero qui excisa vesica nascitur.

Proximus caneri metus est. Is cognoscitur, si et per vulnus, et per ipsum colem fluit sanies mali odoris, cumque ea quaedam a conereto sanguine non abhorrentia, tenuesque earunculae lanulis similes: praeter haec, si orae vulneris aridae sunt, si dolent inguina, si febris non desinit, eaque in noctem augetur, si inordinati horrores accedunt. Considerandum autem est in quam partem caneer is tendat. Si ad colem, indurescit is locus, et rubet, et tactu dolorem excitat, testieulique intumescunt: si in ipsam vesicam, ani dolor sequitur, coxae durae sunt, non facile crura extendi possunt: at si in alterutrum latus, oculis id expositum est, paresque utrimque easdem notas, sed minores, habet. Primum autem ad rem pertinet corpus reete jacere, ut superior pars semper ea sit, in quam vitium fertur. Ita, si ad colem it, 20 supinus is colloari debet; si ad vesicam, in ventrem; si in latus, in id quod integrius est. Deinde, ubi ventum fuerit ad eurationem, homo in aquam demittetur in qua marrubium decoctum sit, aut cupressus, aut myrtus; idemque humor clystere intus adigetur: tum superponetur lenticula cum malicorio mixta; quae utraque ex vino decocta sint; vel rubus, aut oleae folia eodem modo decocta; aliave medicamenta, quae ad eohibendos purgandosque caneros proposuimus (ef. V, 28, 2). Ex quibus, si qua erunt arida, per scriptorium ealamum inspirabuntur. Ubi stare coeperit caneer, mulso vulnus 30 eluetur: vitabiturque eo tempore ceratum, quod, ad recipiendum id malum, corpus emollit: potius plumbum elotum cum vino inungetur; superque idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perveniri ad sanitatem potest: cum eo tamen, quod non ignoremus, orto canero saepe affici stomachum, cui cum ve- 35

sica quaedam consortio est: exque eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque, si quis retentus est, concoquatur, neque corpus alatur; ideoque ne vulnus quidem aut purgari, aut ali possit: quae necessario mortem maturant. Sed ut his succurri nullo modo potest, sic a primo tamen die tenenda ratio curationis est. In qua quaedam observatio, ad cibum quoque potionemque pertinens, necessaria est. Nam cibus inter principia non nisi humidus dari debet: ubi vulnus purgatum est, ex media materia: olera et salsamenta semper aliena sunt. Potione opus est modica. Nam, si parum bibitur, accenditur vulnus, et vigilia urget, et vis corporis minuitur: si plus aequo assumitur, subinde vesica impletur, eoque irritatur. Non nisi aquam autem bibendam esse manifestius est, quam ut subinde dicendum sit. Solet vero sub ejusmodi victu evenire, ut alvus non reddatur. Haec aqua ducenda est, in qua vel foenum graecum, vel malva decocta sit. Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est, ubi id rodit urina, neque purgari patitur. Fere vero primo per vulnus exit haec: deinde, eo sanescente, dividitur, et pars per colem descendere incipit, donec ex toto plaga claudatur. Quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnumquam exacto quoque anno fit. Neque desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi ubi aut vehementer rupta cervix est, aut ex cancro multae magnaeque carunculae, simulque nervosa aliqua exciderunt. Sed, ut vel nulla ibi fistula, vel exigua admodum relinquatur, summa cura providendum est. Ergo, quum jam ad cicatricem vulnus tendit, extentis jacere feminibus et cruribus oportet: nisi tamen molles arenosive calculi fuerunt. Sub his enim tardius vesica purgatur: ideoque diutius plagam patere necessarium est; et tum demum, ubi jam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perducitur. Quod si, antequam vesica purgata est, orae se glutinarunt, dolorque et inflammatio redierunt, vulnus digitis vel averso specillo diducendum est; ut torquentibus exitus detur: hisque effusis, quum diutius pura urina descendit, tum demum, quae cicatricem inducant, imponenda sunt; extendendique, ut supra docui, pedes quam maxime juncti. Quod si fistulae metus ex his causis, quas proposui, subesse vide-

bitur, quo facilius claudatur ea, vel certe coangustetur, in anum quoque danda plumbca fistula est, extentisque cruribus femina talique inter se deligandi sunt, donec, qualis futura est, cicatrix sit.

### CAPUT XXVIII.

De naturalium feminarum concubitum non admittentium curatione.

Et hoc quidem commune esse maribus et feminis potest. Proprie vero quaedam ad feminas pertinent: ut in primis, quod carum naturalia nonnumquam, inter se glutinatis oris, concubitum non admittunt (P. Aeg. VI, 72). Idque interdum evenit protinus in utero matris: interdum exulceratione<sup>10</sup> in his partibus facta, et per malam curationem his oris sanescendo junctis. Si ex utero est, membrana ori vulvae opposita est: si ex ulcere, caro id replet. Oportet autem membranam duabus lineis inter se transversis incidere ad similitudinem litterae X, magna cura habita, ne urinae iter<sup>15</sup> violetur: deinde undique eam membranam excidere. At si caro inerevit, necessarium est recta linea patefacere: tum ab ora vel vulsella, vel hamo apprehensa, tamquam habentulam excidere; et intus implicitum in longitudinem linamentum; *ληνίσκον* Graeci vocant; in aceto tinctum demittere,<sup>20</sup> supraque suecidam lanam aceto madentem deligare: tertio die solvere, et ulcus, sicut alia ulcera, curare. Quumque jam ad sanitatem tendet, plumbeam fistulam medicamento cicatricem inducente illinere, eamque intus dare: supraque idem medicamentum injicere, donec ad cicatricem plaga<sup>25</sup> perveniat.

### CAPUT XXIX.

Qua ratione partus emortuus ex utero excutiatur.

Ubi concepit autem aliqua, si jam prope maturus partus intus emortuus est, neque excidere per se potest, adhibenda curatio est: quae numerari inter difficillimas potest<sup>30</sup>

(P. Aeg. VI, 74, 75). Nam et summam prudentiam moderationemque desiderat, et maximum periculum allert. Sed vulvae natura mirabilis, quum in multis aliis, tum in hac re quoque facile cognoscitur. Oportet autem ante omnia resu-  
 5 pinam mulierem transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus ipsius ilia comprimantur: quo fit, ut et imus venter in conspectu medici sit, et infans ad os vulvae compellatur: quae, emortuo partu, id comprimit: ex intervållo vero paulum dehiscit. Hac occasione usus medicus, unctae manus  
 10 indicem digitorum primum debet inserere, atque ibi continere, donec iterum id os aperiatur, rursusque alterum digitorum demittere, et per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit. Ad cujus rei facultatem multum confert et magnitudo vulvae, et vis nervorum ejus, et corporis to-  
 15 tius habitus, et mentis etiam robur: quum praesertim intus nonnumquam etiam duae manus dari debeant. Pertinet etiam ad rem, quam calidissimum esse inum ventrem, et extrema corporis; nequedum inflammationem coepisse, sed recenti re protinus adhiberi medicinam. Nam, si corpus jam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans nisi aegerime potest: sequiturque saepe cum vomitu, et cum tremore mortifera nervorum distentio. Verum intus emortuo corpori manus injecta protinus habitum ejus sentit: nam aut in caput, aut in pedes conversum est; aut transversum jacet;  
 2 fere tamen sic, ut vel manus ejus, vel pes in propinquo sit. Medici vero propositum est, ut eum manu dirigat vel in caput, vel etiam in pedes, si forte aliter compositus est. Ac, si nihil aliud est, manus vel pes apprehensus, corpus rectius reddit: nam manus in caput, pes in pedes eum convertit.  
 30 Tum, si caput proximum est, demitti debet uncus undique laevis, acuminis brevis qui vel oculo, vel auri, vel ori, interdum etiam fronti recte injicitur; deinde attractus infantem educit. Neque tamen quolibet is tempore extrahi debet. Nam, si compresso vulvae ore id tentatum est, non emit-  
 35 tente eo, infans abrumpitur, et nuci acumen in ipsum os vulvae delabitur; sequiturque nervorum distentio, et ingens periculum mortis. Igitur, compressa vulva, conquiescere; hiantem, leniter trahere oportet; et per has occasiones pau-

latim eum educere. Trahere autem dextra manus uncum; sinistra intus posita infantem ipsum, simulque dirigere eum debet. Solet etiam evenire, ut is infans humore distendatur, exque eo profluat foedi odoris sanies. Quod si tale est, indice digito corpus illud forandum est, ut effuso humore extenuetur; 5 tum id leniter per ipsas manus recipiendum est; nam uncus injectus hebeti corpusculo facile elabitur: in quo, quid periculi sit, supra positum est. In pedes quoque conversus infans non difficulter extrahitur; quibus apprehensis per ipsas manus commode educitur. Si vero transversus est, neque dirigi potuit, uncus alae injiciendus, paulatimque attrahendus est. Sub quo fere cervix replicatur, retroque caput ad reliquum corpus spectat. Remedio est, cervix praecisa; ut separatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui, priori similis, in interiore tantum parte per totam aciem exacuitur. Tum id 15 agendum est, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur: quia fere, majore parte extracta, caput in vacuum vulvam prolabitur, extrahique sine summo periculo non potest. Si tamen id incidit, super ventrem mulieris duplici panniculo injecto, valens homo, non imperitus, a sinistro latere ejus 20 debet assistere, et super anum ventrem ejus duas manus imponere, alteraque alteram premere: quo fit, ut illud caput ad os vulvae compellatur; idque eadem ratione, quae supra posita est, unco extrahitur. At si pes alter juxta repertus est, alter retro cum corpore est, quidquid protractum est, 25 paulatim abscindendum est: et, si clunes os vulvae urgere coeperunt, iterum retro repellendae sunt, conquisitusque pes ejus adducendus. Aliaeque etiamnum difficultates faciunt, ut, qui solidus non exit, concisus eximi debeat. Quoties autem infans protractus est, tradendus ministro est. Is eum supinis 30 manibus sustinere; medicus deinde sinistra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat, dextraque eum sequi usque ad eas, quas secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit; hisque ultimis apprehensis, venulas membranulasque omnes eadem ratione manu diducere a 35 vulva, totumque illud extrahere, et si quid intus praeterea concreti sanguinis remanet. Tum compressis in unum feminibus, illa conclavi collocanda est, modicum calorem, sine



ullo perflatu, habente; et super imum ventrem ejus imponenda lana succida in aceto et rosa tincta. Reliqua curatio talis esse debet, qualis in inflammationibus, et in iis vulneribus, quae in nervosis locis sunt, adhibetur.

## CAPUT XXX.

De ani vitiis.

1. Ani quoque vitia, ubi medicamentis non vincuntur, manus auxilium desiderant. Ergo, si qua scissa in eo vetustate induruerunt, jamque callum habent, commodissimum  
 10 est ducere alvum, tum spongiam calidam admovere, ut relaxentur illa, et foras prodeant: ubi in conspectu sunt, scalpello singula excidere et ulcera renovare; deinde imponere linamentum molle, et super linteolum illitum melle; locumque eum molli lana implere, et ita vincire: altero die, deincepsque ceteris, lenibus medicamentis uti, quae ad recentia  
 15 eadem vitia necessaria esse, alias proposui: et utique per primos dies sorbitionibus eum sustinere; paulatim deinde cibis adjicere aliquid, generis tamen ejus, quod eodem loco praeceptum est. Si quando autem ex inflammatione pus in  
 20 his oritur, ubi primum id apparuit, incidendum est; ne anus ipse suppuret. Neque tamen ante properandum est: nam, si crudum incisum est, inflammationis multum accedit, et puris aliquanto amplius concitatur. His quoque vulneribus, lenibus cibis, iisdemque medicamentis opus est.

2. At tubercula, quae *κονδυλώματα* appellantur, ubi induruerunt, hac ratione curantur (P. Aeg. VI, 80): Alvus ante omnia ducitur; tum vulsella tuberculum apprehensum juxta radices praeciditur. Quod ubi factum est, eadem sequuntur, quae supra post curationem adhibenda esse proposui: tantummodo, si quid increscit, squama aeris coercendum est.

3. Ora etiam venarum, fundentia sanguinem, sic tolluntur. Ubi sanguini, qui effluit, sanies adjicitur, alvus acribus ducitur; quo magis ora promoveantur: eoque fit, ut omnia  
 5 venarum quasi capitula conspicua sint. Tum si capitulum exiguum est, basimque tenuem habet, adstringendum lino

paulum supra est, quam ubi cum ano committitur: imponenda spongia ex aqua calida est, donec id liveat: deinde aut ungue, aut scalpello supra nodum id exulcerandum est. Quod nisi factum est, magni dolores subsequuntur; interdum etiam urinae difficultas. Si id majus est, et basis latior, hamulo uno aut altero excipiendum est, paulumque supra basim incidendum: neque relinquendum quidquam ex eo capitulo, neque quidquam ex ano demendum est; quod consequitur is, qui neque nimium, neque parum hamos ducit. Qua incisum est, acus debet immitti, infraque eam lino id capitulum alligari. Si duo triave sunt, innum quodque primum curandum est: si plura, non omnia simul; ne tempore eodem undique tenerae cicatrices sint. Si sanguis profluit, excipiendus est spongia: deinde linamentum imponendum, ungenta femina, et inguina, et quidquid juxta ulcus est, ceratumque superdandum, et farina hordeacea calida implendus is locus, et sic deligandus est. Postero die is desiderare in aqua calida debet, eodemque cataplasmate foveri. Ac bis die, et ante curationem, et post eam, coxendices ac femina liquido cerato perungenda sunt; tepidoque is loco continendus. Interpositis quinque aut sex diebus, oriculario specillo linamenta educenda; si capitula simul non exciderunt, digito promovenda: tum lenibus medicamentis, iisdemque, quae alibi posui (V; passim), ulcera ad sanitatem perducenda. Finito vitio, quemadmodum agendum esset, jam alias exposui.

## CAPUT XXXI.

### De varicibus.

Ab his ad cura proximus transitus est; in quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem et earum venarum, quae in capite nocent; et eorum varicum, qui in ventre (cap. 17) sunt, curationem distuli: quoniam ubique eadem est. Igitur vena omnis, quae noxia est, aut adusta tabescit, aut manu eximitur. Si recta; si, quamvis transversa, tamen simplex; si modica est, melius aduritur. Si curva est, et velut in orbem quosdam implicatur, pluresque inter se involvuntur,

utilius eximere est. Adurendi ratio haec est. Cutis superinciditur: tum patefacta vena, tenui et retuso ferramento caudente modice premitur; vitaturque, ne plagae ipsius orae adurantur: quas reducere hamulis facile est. Id interpositis fere quaternis digitis per totum varicem fit: et tum superimponitur medicamentum, quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo: cute eadem ratione super venam incisa, hamulo orae excipiuntur; scalpelloque undique a corpore vena diducitur; caveturque, ne inter haec ipsa laedatur; eique retusus hamulus subjicitur; interpositoque eodem fere spatio, quod supra positum est, in eadem vena idem fit: quae, quo tendat, facile hamulo extento cognoscitur. Ubi jam idem, quacumque varices sunt, factum est, uno loco adducta per hamulum vena praeciditur: deinceps, qua proximus hamus est, attrahitur et evellitur; ibique rursus abscinditur. Ac sic undique varicibus crure liberato, plagarum orae committuntur, et super emplastrum glutinans injicitur.

## CAPUT XXXII.

De digitis cohaerentibus, et curvatis.

At, si digiti vel in utero protinus, vel propter communem exulcerationem postea cohaeserunt, scalpello diducuntur: dein separatim uterque non pingui emplastro circumdatur: atque ita per se uterque sanescit. Si vero fuit ulcus in digito, posteaque male inducta cicatrix curvum eum reddit; primum malagma tentandum est: dein si id nihil prodest, quod et in veteri cicatrice, et ubi nervi laesi sunt, evenire consuevit, videre oportet, nervine id vitium, an cutis sit. Si nervi est, attingi non debet; neque enim sanabile est. Si cutis, tota cicatrix excidenda; quae fere callosa extendi digitem minus patiebatur: tum rectus sic ad novam cicatricem perducendus est.

## CAPUT XXXIII.

De gangraena.

Gangraenam inter ungues alasque aut inguina nasci; et, si quando medicamenta vincuntur, membrum praecidi oportet.

tere (P. Aeg. VI, 84), alio loco mihi dictum est (V, 26, 34). Sed id quoque cum periculo summo lit; nam saepe in ipso opere vel profusione sanguinis, vel animae defectione moriuntur. Verum hic quoque nihil interest, an satis tutum praesidium sit, quod unicum est. Igitur inter sanam vitia-<sup>5</sup> tamque partem incidenda scalpello caro usque ad os est sic, ut neque contra ipsum articulum id fiat, et potius ex sana parte aliquid excidatur, quam ex aegra relinquatur. Ubi ad os ventum est, reducenda ab eo sana caro, et circa os sub-<sup>10</sup>secanda est, ut ea quoque parte aliquid os nudetur: dein id serrula praecidendum est, quam proxime sanae carni etiam inhaerenti: ac tum frons ossis, quam serrula exasperavit, laevanda est, supraque inducenda cutis; quae sub ejusmodi curatione laxa esse debet, ut quam maxime undique os conte-<sup>15</sup>gat. Quo cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendum, et super id spongia ex aceto deliganda. Cetera postea sic facienda, ut in vulneribus, in quibus pus moveri debet <sup>1)</sup>, praeceptum est (V, 26, 16 sqq.).

---

1) Hanc veterum librorum lectionem firmat P. Aeg. p. 338, ed. Briau: Τῆν πυοποιῶν χρησθῆναι θραπέεια.

A. CORNELII CELSI  
ARTIUM LIBER DECIMUS TERTIUS.

IDEM

MEDICINAE OCTAVUS.

---

CAPUT I.

De positu et figura ossium totius humani corporis.

Superest ea pars, quae ad ossa pertinet: quae quo facilius accipi possit, prius positus figurasque eorum indicabo. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrimque laevis, et qua cerebri membranam contegit, et qua cute, capillum gignente, contegitur: eaque simplex ab occipitio et temporibus; duplex usque in verticem a fronte est: ossaque ejus ab exterioribus partibus dura: ab interioribus, quibus inter se connectuntur, molliora sunt: interque ea venae discurrunt, quas his alimentum subministrare, credibile est. Raro autem calvaria solida sine suturis est: locis tamen acstuosis facilius invenitur; et id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est. Ex ceteris, quo suturae pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior est. Neque enim certus earum numerus est, sicut ne locus quidem. Fere tamen duae super aures tempora a superiore capitis parte discernunt (*s. squamosa*): tertia ad aures per verticem tendens, occipitium a summo capite diducit (*s. lambdoides*): quarta ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit (*s. biparietalis*); eaque modo sub imo capillo desinit, modo frontem ipsam secans (*s. frontalis*) inter supercilia finitur. Ex his ceterae quidem suturae in unguem committuntur: eae vero, quae super aures transversae sunt, totis oris paulatim extenuantur; atque ita inferiora ossa superioribus leniter insidunt. Crassissimum vero in



capite os post aurem est, qua capillus, ut verisimile est, ob id ipsum non gignitur. Sub iis quoque musculis, qui tempora connectunt, os medium (cf. Gal. *De ossibus*, et *Oribas. Coll. med. XXIV, 3*), in exteriorem partem inclinatum, positum est (*o. cuneiforme*). At facies suturam habet maximam; quae a tempore ineiciens, per medios oculos naresque transversa pervenit ad alterum tempus. A qua breves duae sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malae quoque in summa parte singulas transversas suturas habent. A mediisque naribus, aut superiorum dentium gingivis per<sup>10</sup> medium palatum una procedit; aliaque transversa idem palatum secat. Et suturae quidem in plurimis hae sunt. Foramina autem intra caput maxima oculorum sunt; deinde narium; tum quae in auribus habemus. Ex his quae oculorum sunt, recta simpliciaque ad cerebrum tendunt. Narium duo foramina<sup>15</sup> osse medio discernuntur: siquidem hae primum a superciliis, angulisque oculorum osse inehoantur ad tertiam fere partem: deinde in cartilaginem versae, quo propius ori descendunt, eo magis earuncula quoque molliuntur. Sed ea foramina, quae a summis ad imas nares simplicia sunt, ibi<sup>20</sup> rursus in bina itinera dividuntur: aliaque ex his ad fauces pervia, spiritum et reddunt et accipiunt; alia, ad cerebrum tendentia, ultima parte in multa et tenuia foramina dissipantur, per quae sensus odoris nobis datur. In aure quoque primo rectum et simplex iter, procedendo flexuosum, juxta<sup>25</sup> cerebrum in multa et tenuia foramina diducitur, per quae facultas audiendi est. Juxtaque ea duo parvuli quasi sinus sunt; superque eos finitur os, quod transversum a genis tendens, ab inferioribus ossibus sustinetur. Jugale appellari potest ab eadem similitudine, a qua id Graeci *ζύγωνα* appellant.<sup>30</sup> Maxilla vero est molle os, eaque una est: ejus eadem et media, et infra mentum est: a quo utrinque proeedit ad tempora; solaque ea movetur. Nam malae cum toto osse, quod superiores dentes exigit, immobiles sunt. Verum ipsius maxillae partes extremae quasi bicornes sunt. Alter<sup>35</sup> processus, infra latior, vertice ipso tenuatur, longiusque procedens sub osse jugali subit, et super id temporum musculis illigatur. Alter brevior et rotundior, et in eo sinu,

qui juxta foramina auris est, cardinis modo fit; ibique huc et illuc se incliuans maxillae facultatem motus praestat. Duriores osse dentes sunt: quorum pars maxillae, pars superiori ossi malarum haeret. Ex his quaterni primi, quia se-  
 5 caut, *τομαῖς* a Graecis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos utrimque fere maxillares quini sunt, praeterquam in iis, in quibus ultimi, qui sero gigni solent, non increverunt. Ex his primores singulis radicibus; maxillares utique binis, quidam etiam  
 10 ternis, quaternisve nituntur. Fereque longior radix breviorrem dentem edit; rectique dentis recta etiam radix, curvi flexa est. Exque eadem radice in pueris novus dens subit, qui multo saepius priorem expellit: interdum tamen supra infrave eum se ostendit.

15 Caput autem spina excipit. Ea constat ex vertebra quatuor et viginti. Septem in cervice sunt, duodecim ad costas, reliquae quinque sunt proximae costis. Eae teretes hrevesque ab utroque latere processus duos exigunt: mediae perforatae, qua spinae medulla cerebro commissa descendit:  
 20 circa quoque per duos processus tenuibus cavis perviae, per quae a membrana cerebri similes membranulae deducuntur. Omnesque vertebrae, exceptis tribus summis, a superiore parte in ipsis processibus paulum desidentes sinus habent: ah inferiore alios deorsum versus processus exigunt<sup>1)</sup>. Summa igitur  
 25 protinus caput sustinet, per duos sinus receptis exiguus ejus processibus; quo fit, ut caput sursum deorsum versum tuerihus exasperetur; secunda superiori parti inferiori. Quod ad circuitum pertinet, pars summa angustiore orbe finitur: ita superior ei summae circumdata in latera  
 30 quoque caput moveri sinit. Tertia eodem modo secundam excipit: ex quo facilis cervici mobilitas est. Ac ne sustineri quidem caput posset, nisi utrimque recti valentesque nervi collum continerent, quos *τένοντας* Graeci appellant: siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus ultra  
 35 prolahi superiora non patitur. Jamque vertebra tertia tuber-

1) Locus hic maxime vexatus, mihi videtur integerrimus si ad simias specto.

cula, quae inferiori inserantur, exigit. Ceterae processibus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrimque habent, superiores accipiunt; multisque nervis et multa cartilagine continentur. Ac sic uno flexu modico in pronum dato, ceteris negatis, homo et rectus insistit, et aliquid ad necessaria opera curvatur. Infra cervicem vero summa costa contra humerum sita est. Inde sex inferiores usque ad imum pectus proveniunt: eaeque, primis partibus rotundae, et leniter quasi capitulatae, vertebrarum transversis processibus ibi quoque paulum sinuatis, inhaerent: inde latescunt, et in exteriorem partem recurvatae paulatim in cartilaginem degenerant; eaque parte rursus in interiora leniter flexae committuntur cum osse pectoris. Quod valens et durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, et a praecordiis, jam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur. Sub costis vero prioribus quinque, quas *νόθας* Graeci nominant, breves tenuioresque, atque ipsae quoque paulatim in cartilaginem versae, extremis abdominis partibus inhaerescunt; imaque ex his, majore jam parte nihil, nisi cartilago est. Rursus a cervice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta, *ώμοπλάτας* Graeci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia ad spinam tendunt; et quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Atque ipsa quoque, in imo cartilaginosa, posteriore parte velut innatant; quoniam, nisi in summo, nulli ossi inhaerescunt. Ibi vero validis musculis nervisque constricta sunt. At a summa costa paulo interius, quam ubi ea media est, os excrescit (*acromion spinaque scapulae*), ibi quidem tenue, procedens vero, quo propius lato scapularum ossi sit, eo plenius latiusque et paulum in exteriora curvatum, quod altera verticis parte modice intumescens, sustinet jugulum. Id autem ipsum recurvum, ac neque inter durissima ossa numerandum, altero capite in eo, quod posui, altero in exiguo sinu pectoralis ossis insidit, paulumque motu brachii movetur, et cum lato osse scapularum infra caput ejus nervis et cartilagine connectitur.

Hinc humerus incipit, extremis utrimque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, cartilaginosus: medius teres, du-

rus, medullus leniter gibbus in priorem et posteriorem  
 et interiorem; cavus in exteriorem partem. Prior autem  
 pars est, quae a pectore est; posterior, quae ab scapulis;  
 interior, quae ad latus tendit; exterior, quae ab eo rece-  
 5 dit: quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus pate-  
 bit. Superius autem humeri caput rotundius, quam cetera  
 ossa, de quibus adhuc dixi, parvo excessu vertici lati sca-  
 pularum ossis inseritur, ac majore parte extra situm nervis  
 deligatur. At inferius duos processus habet: inter quos,  
 10 quod medium est, magis etiam extremis partibus sinuatur.  
 Quae res sedem brachio praestat: quod constat ex ossibus  
 duobus. Radius, quem *κερκίδα* Graeci appellant, superior  
 breviorque, et primo tenuior, rotundo et leniter cavo ca-  
 pite exiguum humeri tuberculum recipit; idque ibi nervis et  
 15 cartilagine continetur. Cubitus inferior longiorque, et pri-  
 mo plenior, in summo capite duobus quasi verticibus ex-  
 stantibus in sinum humeri, quem inter duos processus ejus  
 esse proposui, se inserit. Primo vero duo brachii ossa jun-  
 cta paulatim, dirimuntur, rursusque ad manum coeunt, modo  
 20 crassitudinis mutato: siquidem ibi radius plenior, cubitus ad-  
 modum tenuis est. Dein radius, in caput cartilagosum con-  
 surgens, in vertice sinuatur: cubitus rotundus in extremo,  
 parte altera paulum procedit. Ac, ne saepius dicendum sit,  
 illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem de-  
 25 sinere, nullum articulum non sic finire. Neque enim aut mo-  
 veri posset, nisi laevi inniteretur; aut cum carne nervisque  
 conjungi, nisi ea media quaedam materia committeret. In  
 manu vero prima palmae pars ex multis minutisque ossibus  
 constat, quorum numerus incertus est. Sed oblonga omnia  
 30 et triangula, structura quadam inter se connectuntur, quum  
 invicem superior alterius angulus alterius planities sit: eoque  
 fit ex his unius ossis paulum in interiora concavi species. Ve-  
 rum ex manu duo exigui processus in sinum radii conjiciuntur.  
 Tum ex altera parte recta quinque ossa, ad digitos tendentia,  
 35 palmam explent. A quibus ipsi digiti oriuntur; qui ex ossibus  
 ternis constant: omniumque eadem ratio est. Interius os  
 in vertice sinuatur, recipitque exterioris exiguum tuber-  
 culum; nervisque ea continent. A quibus orti ungues indu-



rescunt: ideoque non ossi, sed carni magis radicibus suis inhaerent.

Ac superiores quidem partes sic ordinatae sunt. Ima vero spina in coxarum osse desidit; quod transversum longeque valentissimum, vulvam, vesicam, rectum intestinum 5 tuetur. Idque ab exteriori parte gibbum; ad spinam resupinatum; a lateribus, id est in ipsis coxis, sinus rotundos habet. A quibus oritur os, quod pectinem vocant; idque super intestina sub pube transversum, ventrem firmat: rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in feminis, ut partum 10 prohibeat. Inde femina ordiuntur, quorum capita rotundiora etiam quam humerorum sunt; quum illa ex ceteris rotundissima sint. Infra vero duos processus a priore et a posteriore parte habent. Dein dura et medullosa et ab exteriori parte gibba, rursus ab inferioribus quoque capitibus intumescunt. Superiora in sinus coxae, sicut humeri in ea ossa, quae scapularum sunt, conjiciuntur: tum infra introrsus leniter tendunt, quo aequalius superiora membra sustineant. Atque inferiora quoque capita media sinuantur, quo facilius excipi a cruribus possint. Quae commissura osse parvo, 20 molli, cartilaginosa tegitur: patellam vocant. Haec super innatans, neque ulli ossi inhaerens, sed carne et nervis deligata, pauloque magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus juncturam tuetur. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus brachio simile est: adeo ut habitus quoque et decor alterius ex altero cognoscatur: quod ab ossibus iucipiens, etiam in carne respondet. Verum alterum os ab exteriori parte surae positum est; quod ipsum quoque sura nominatur. Id brevius, supraque tenuius, ad ipsos talos intumescit. Alterum a 30 priore parte positum, cui tibiae nomen est, longius et in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite committitur; sicut cum humero cubitus. Atque ea quoque ossa, infra supraque conjuncta, media, ut in brachio, dehiscunt. Excipitur autem crus infra osse transverso talorum; 35 idque ipsum super os calcis situm est, quod quadam parte sinuatum, quadam excessus habens, et procedentia ex talo recipit, et in sinum ejus inseritur. Idque sine medulla du-



rum, magisque in posteriorem partem projectum, teretem ibi figuram repraesentat. Cetera pedis ossa ad eorum, quae in manu sunt, similitudinem structa sunt: planta palmae, digiti digitis, ungues unguibus respondent.

5

## CAPUT II.

Ossa vitiata et corrupta quibus signis cognoscantur, et qua ratione curentur.

Omne autem os, ubi injuria accessit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco  
 10 movetur. Id, quod vitiatum est, primo fere pingue fit; deinde vel nigrum, vel cariosum: quae, supernatis gravibus ulceribus aut fistulis, hisque vel longa vetustate, vel etiam cancro oecipatis, eveniunt. Oportet autem ante omnia os nudare, ulcere exciso; et, si latius est ejus vitium, quam  
 15 ulcus fuit, carnem subsecare, donec undique os integrum pateat; tum id, quod pingue est, semel iterumve satis est admoto ferramento adurere, ut ex eo squama secedat; aut radere, donec jam aliquid cruoris ostendatur, quae integri ossis nota est. Nam necesse est aridum sit id, quod vitiatum est. Idem in cartilagine quoque laesa faciendum est:  
 20 siquidem ea quoque scalpello radenda est, donec integrum id sit, quod relinquitur. Deinde, sive os sive cartilago rasa est, nitro bene trito respargenda est. Neque alia facienda sunt, ubi caries, nigritiesve in summo osse est: siquidem  
 25 id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel radendum est. Qui radit haec, audacter imprimere ferramentum debet, ut et agat aliquid, et maturius desinat. Finis est, quum vel ad album os, vel ad solidum ventum est. Albo finiri ex nigritie vitium, soliditate quadam ex carie, manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid integro supra dictum est. Si quando autem an altius descenderit utrumlibet dubium est, in carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue in foramina demittitur: quod magis minusve intrando, vel in summo cariem esse, vel altius descendisse,  
 35 testatur. Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore et

ex febre, quae ubi mediocria sunt, illa alte descendisse non potest. Manifestior tamen adacta terebra fit: nam finis vitii est, ubi seobis nigra esse desiit. Igitur, si caries alte descendit, per terebram urgenda crebris foraminibus est, quae altitudine vitium aequent: tum in ea foramina demittenda <sup>5</sup> caudentia ferramenta sunt, donec siccum os ex toto fiat. Simul enim post haec et resolvetur ab inferiore osse, quodcumque vitiatum est; et is sinus carne replebitur; et humor aut nullus postea feretur, aut mediocris. Sin autem nigrities, ad alteram quoque partem ossis transiit, oportet excidi. <sup>10</sup> Atque idem quoque in carie, ad alteram partem ossis penetrante fieri potest. Sed, quod totum vitiatum totum eximendum est: si inferior pars integra est, eatenus, quod corruptum est, exeidi debet. Item sive capitis, sive pectoris os, sive eosta cariosa est, inutilis ustio est, et excidendi necessitas est. Neque audiendi sunt qui, osse nudato, diem tertium exspectant, ut tunc excidant: ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaque, quantum fieri potest, eodem momento et eutis incidenda est, et os detegendum, et omni vitio liberandum est. Longeque perniciosissimum <sup>20</sup> est, quod in osse pectoris est: quia vix, etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit.

### CAPUT III.

Quomodo os excidatur.

Exciditur vero os duobus modis; si parvulum est, quod <sup>25</sup> laesum est, modiololo, quam *χοιρικήδα* Graeci voeant: si spatiosius, terebris. Utriusque rationem proponam. Modiolus ferramentum concavum, teres est, imis oris serratum; per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Terebrarum autem duo genera <sup>30</sup> sunt: alterum simile ei, quo fabri utuntur: alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit; atque iterum ab alio principio paulo minus quam aequaliter sursum proeedit. Si vitium in angusto est, quod comprehendere modiolus possit, ille po- <sup>35</sup>

tius aptatur: et, si caries subest, medius clavus in foramen demittitur; si nigrities, angulo scalpri sinus exiguus fit, qui clavum recipiat, ut eo insistente, circumactus modiolus delabi non possit: deinde is habena, quasi terebra, convertitur. Estque quidam premendi modus, ut et foret, et circumagatur: quia, si leviter imprimitur, parum proficit; si graviter, non movetur. Neque alienum est instillare paulum rosae vel lactis, quo magis lubrico circumagatur; quod ipsum tamen, si copiosius est, aciem ferramenti hebetat.

5 Ubi jam iter modiolis impressum est, medius clavus educitur, et ille per se agitur: deinde, quum sanitas inferioris partis scobe cognita est, modiolus removetur. At si latius vitium est, quam ut illo comprehendatur, terebra res agenda est. Ea foramen fit in ipso fine vitiosi ossis atque integri;

15 deinde alterum non ita longe, tertiumque, donec totus is locus, qui excidendus est, his cavis cinctus sit. Atque ibi quoque, quatenus terebra agenda sit, scobis significat. Tum excisarius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id, quod inter utrumque medium est, excidit; ac sic ambitus similis ei fit, qui in angustiore orbem modiolis imprimitur. Utro modo vero id circumductum est, idem excisarius scalper in osse corrupto planus summam quamque testam laevet, donec integrum os relinquatur. Vix umquam nigrities caries, interdum totum os perrumpit; maximeque ubi

20 vitiosa calvaria est. Id quoque specillo significatur: quod depressum in id foramen, quod infra solidam sedem habet, et ob id renitens aliquid invenit, et madens exit: si pervium invenit, altius descendens inter os et membranam, nihil oppositum invenit, educiturque siccum: non quo non subsit

30 aliqua vitiosa sanies; sed quoniam ibi, ut in latiore sede, diffusa sit. Sive autem nigrities, quam terebra detexit, sive caries, quam specillum ostendit, os transiit, modioli quidem usus fere supervacuus est; quia latius pateat necesse est, quod jam alte processit. Terebra vero ea quam secundo

35 loco posui, utendum; eaque, ne nimis incalescat, subinde in aquam frigidam demittenda est. Sed tunc majore cura agendum est, quum jam aut simplex os dimidium perforatum est; aut in duplici superius: illud spatium ipsum; hoc san-

guis significat. Ergo tum lentius ducenda habena, suspen-  
 dendaque magis sinistra manus est, et saepius attollenda, et  
 foraminis altitudo consideranda; ut quandocumque os per-  
 rumpatur, sentiamus, neque periclitemur, ne mucrone ce-  
 rebri membrana laedatur: ex quo graves inflammationes 5  
 cum periculo mortis oriuntur. Factis foraminibus, eodem modo  
 media septa, sed multo circumspicius, excidenda sunt, ne  
 forte angulus scalpri eandem membranam violet; donec fiat  
 aditus, per quem membranae custos immittatur; *μηνιγγο-  
 φύλακα* Graeci vocant. Lamina aenea est, firma, paulum 10  
 resima, ab exteriori parte laevis; quae demissa sic, ut ex-  
 terior pars ejus cerebro propior sit, subinde ei subjicitur,  
 quod scalpro discutiendum est: ac, si excipit ejus angulum,  
 ultra transire non patitur: eoque et audacius, et tutius, scal-  
 prum malleolo medicus subinde ferit, donec undique exci- 15  
 sum os eadem lamina levetur, tollique sine ulla noxa cere-  
 bri possit. Ubi totum os ejectum est, circumradendae lae-  
 vandaeque orae sunt, et, si quid scobis membranae inse-  
 dit, colligendum. Ubi, superiore parte sublata, inferior re-  
 lecta est, non orae tantum, sed os quoque totum laevandum 20  
 est; ut siue noxa postea cutis increseat, quae aspero ossi  
 innascens protinus non sanitatem, sed novos dolores movet.  
 Patefacto cerebro, qua ratione agendum sit, dicam, quum  
 ad fracta ossa venero. Si basis aliqua servata est, super-  
 imponenda sunt medicamenta non pingua, quae recentibus 25  
 vulneribus accommodantur: supraque imponenda lana succida,  
 oleo atque aceto madens. Ubi tempus processit, ab ipso  
 osse caro increscit, eaque factum manu sinum complet. Si  
 quod etiam os adustum est, a parte sana recedit; subitque  
 inter integram atque emortuam partem caruncula, quae, quod 30  
 abscessit, expellit. Potest etiam evenire, ut ex ictu neque  
 findatur os, neque perfringatur; sed summum tamen colli-  
 datur, exaspereturque. Quod ubi incidit, radi et lacvari sa-  
 tis est. Haec quamvis maxime fiunt in capite, tamen ceteris  
 quoque ossibus communia sunt: ut, ubicumque idem in- 35  
 cidit, eodem remedio sit utendum. At quae fracta, fis-  
 sa, forata, collisa sunt, quasdam proprias in singulis ge-  
 neribus, quasdam communes in pluribus curationes requi-

runt: de quibus protinus dicam, initio ab eadem calvaria accepto.

## CAPUT IV.

## De calvaria fracta.

5 Igitur, ubi ea percussa est, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit; num oculi ejus obcaecati sint; num obmutuerit; num per nares auresve sanguis ei effluerit; num coniderit; num sine sensu quasi dormiens jacuerit. Haec enim non nisi osse fracto eveniunt: atque, ubi incide-  
 10 runt, scire licet, necessariam, sed difficilem curationem esse. Si vero etiam torpor accessit; si mens non constat; si nervorum vel resolutio vel distentio sequuta est; verisimile est, etiam cerebri membranam esse violatam: eoque in angusto magis spes est. At si nihil horum sequutum est, pot-  
 15 est etiam dubitari, an os fractum sit: et protinus considerandum est, lapide, an ligno, an ferro, an alio telo percussum sit, et hoc ipso laevi an aspero, mediocri an vastiore, vehementer an leviter; quia quo mitior ictus fuit, eo facilius os ei restitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est,  
 20 quam certiore id nota explorare. Ergo, qua plaga est, demitti specillum oportet neque nimis tenue, neque acutum; ne, quum in quosdam naturales sinus inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat: neque nimis plenum; ne parvulae rimae fallant. Ubi specillum ad os venit, si nihil nisi laeve et lu-  
 25 bricum occurrit, integrum id videri potest: si quid asperi est, utique qua suturae non sint, fractum os esse testatur. A suturis se deceptum esse, Hippocrates memoriae prodidit (*Epid. V. § 27. cf. De vuln. cap. § 12 init. et fine*); more scilicet magnorum virorum, et fiduciam magnarum re-  
 30 rum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt: magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam simplex veri erroris confessio; praecipueque in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur; ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante dece-  
 35 ptus est. Sed haec quidem alioquin memoria magni professoris, uti interponeremus, effecit. Potest autem sutura eo



nomine fallere, quia aequae aspera est; ut aliquis hanc esse, etiamsi rima est, existimet eo loco, quo subesse hanc verisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet: sed os aperire tutissimum est. Nam neque utique certa sedes, ut supra posui (cap. 1, *init.*), suturarum est; et potest idem et naturaliter commissum et ictu fissum esse, juxtave aliquid fissum habere. Quin etiam, ubi ictus fuit vehementior, quamvis specillo nihil invenitur, tamen aperire commodius est. Ac si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est (cf. Hipp. *De vuln. cap.* § 10 14), deinde scalpro id deradendum: nigritiem enim continet, si quid fissum est. Solet etiam evenire, ut altera parte fuerit ictus, et os altera fiderit (*Ib.* § 8). Itaque, si graviter aliquis percussus est, si mala indicia subsequuta sunt, neque ea parte, qua cutis discissa est, rima reperitur; non 15 incommodum est, parte altera considerare, num quis locus mollior sit, et tumeat; eumque aperire: siquidem ibi fissum os reperietur. Nec tamen magno negotio cutis sanescit, etiamsi frustra secta est. Os fractum, nisi si succursum est, gravibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur. Raro, sed aliquando tamen, evenit, ut os quidem totum 20 integrum maneat, intus vero ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat; isque ibi concretus magnos dolores moveat, oculosque obcaecet. Sed fere contra id dolor est, et, eo loco ante incisa pallidum os reperitur: ideoque id quoque os excidendum est. 25

Quaecumque autem de causa curatio haec necessaria est, si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, donec, quidquid laesum est, in conspectu sit. In quo ipso videndum est, ne quid ex ipsa membranula, quae sub cute calvariam cingit, super os relinquatur: siquidem haec scalpro terebrisve lacerata vehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaque eam commodius est ex toto ab osse diduci. Plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem acceperimus: si manu facienda est, ea fere commodissima est, quae duabus transversis lineis litterae X figuram accipit: tum deinde a singulis procedentibus lingulis cutis subsecatur. Inter quae, si sanguis fertur, spongia subinde in 35

aceto tincta cohibendus est, occupandusque objectis linamentis, et caput altius excitandum. Neque id ullum metum, nisi inter musculos, qui tempora continent, affert: sed ibi quoque nihil tutius fit (*Ib.*, § 13, *fine*). In omni vero fisso  
 5 fractove osse protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius est ante emplastra experiri, quae calvariae causa componuntur: cornuque aliquod oportet ex aceto mollitum per se super fissum fractumve os imponere: deinde super id aliquanto la-  
 10 tius, quam vulnus est, eodem medicamento illitum linteolum, et praeterea succidam lanam aceto tinctam: tum vulnus deligare, et quotidie resolvere; similiterque curare usque ad diem quintum. A sexto die etiam vapore aquae calidae per spongiam fovere: ceteraque eadem facere. Quod si caruncula inerescere coeperit, et febricula aut soluta erit, aut  
 15 levior, et cupiditas cibi reverterit, satisque somni accedet, in eodem medicamento erit perseverandum. Proecedente deinde tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosa facto; quo facilius carnem producat: nam per se reprimendi vim habet. Hae ratione saepe rimae callo quodam implentur; estque ea ossis velut cicatrix: et latius fracta ossa, si qua inter se non cohaerebunt, eodem callo glutinantur; estque id aliquanto melius velamentum cerebri, quam caro, quae exciso osse inrescit. Si vero sub prima curatione fe-  
 25 bris intenditur, brevesque somni, et iidem per somnia tumultuosi sunt, uleus madet, neque alitur, et in cervicibus glandulae oriuntur, magni dolores sunt, eibique super haec fastidium inrescit; tum demum ad manum scalprumque veniendum est.

30 Duo vero sub ictu calvariae pericula sunt; ne vel findatur, vel medium desinat. Si fissum est, possunt orae esse compressae, vel quia altera super alteram excessit; vel etiam quia vehementer se rursus commiserunt. Ex quo evenit, ut humor ad membranam quidem descendat, exitum vero  
 35 non habeat; ac sic eam irriter, et graves inflammationes moveat. At ubi medium desedit, eandem cerebri membranam os urget: interdum etiam ex fractura quibusdam velut aculeis pungentibus. His ita succurrendum est, ut tamen quam

minimum ex osse dematur. Ergo, si ora alteri insedit, satis est id, quod eminent, plano scalpro excidere: quo sublato, jam rima hiat quantum curationi satis est. At si orae inter se comprimuntur, a latere ejus, interposito digiti spatio, terebra foramen faciendum est: ab eoque scalper duabus lineis ad rimam agendus, ad similitudinem litterae V sic, ut vertex ejus a foramine, basis a rima sit. Quod si rima longius patet, ab altero foramine rursus similis sinus fieri debet: ita nihil latens in eo osse cavum est, abundeque exitus datur intus laedentibus. Ne si fractum quidem os desedit, totum excidi necesse est: sed, sive totum perfractum est, et ab alio ex toto recessit, sive circumpositae calvariae inhaeret exigua parte, ab eo, quod naturaliter se habet, scalpro dividendum est. Deinde in eo, quod desedit, juxta rimam, quam fecimus, foramina addenda sunt, si in angusto noxa est, duo; si latius patet, tria; septaque eorum excidenda; et tum scalper utrimque ad rimam agendus sic, ut lunatum sinum faciat, imaque pars ejus intus ad fracturam, cornua ad os integrum spectent. Deinde, si qua labant, et ex facili removeri possunt, forcepe ad id facto colligenda sunt, maximeque ea, quae acuta membranam infestant: si id ex facili fieri non potest, subjicienda lamina est, quam custodem ejus membranae esse proposui (p. 332, l. 9—10); et super eam, quidquid spinosum est, et intus eminent, excidendum est: eademque lamina, quidquid deorsum insedit, attollendum. Hoc genus curationis efficit, ut, qua parte fracta ossa tamen inhaerent, solidentur: qua parte abrupta sunt, sine ullo tormento sub medicamentis tempore excidant; spatiumque inter haec satis illis magnum ad extrahendam saniem relinquatur; plusque in osse propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit, eo exciso. His factis, ea membrana acri aceto respersenda est; ut, sive aliquid sanguinis ex ea profluit, cohibeatur, sive intus concretus cruor remanet, discentiatur: tum idem medicamentum eodem modo, qui supra positus est, mollitum, ipsi membranae imponendum est: ceteraque eodem modo facienda sunt quae ad linteolum illitum, et lanam succidam pertinent: collocandusque is loco tepido; et curandum quotidie vulnus; bis etiam aestate. Quod si membrana per in-

inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida: si  
 usque eo tumebit ut super ossa quoque emineat, coercebit  
 eam bene trita lenticula, vel folia vitis contrita et eum re-  
 eenti vel butyro vel adipe anserina mixta; cervixque mol-  
 5 liri debet liquido eerato ex irino facto. Ac si parum pura  
 membranavidebitur, par modus ejus emplastri et mellis miseen-  
 dus erit: idque superinfundendum: ejusque continendi causa  
 unum aut alterum linamentum iujiciendum, et super linteolo,  
 cui emplastrum illitum sit, contegendum. Ubi pura mem-  
 10 brana est, eadem ratione adjiciendum emplastro ceratum, ut  
 eam producat. Quod ad abstinentiam vero, et primos ul-  
 terioresque cibos potionesque pertinet, eadem, quae in vulne-  
 ribus praecepi, servanda sunt, eo magis, quo periculosius  
 haec pars afficitur. Quin etiam, quum jam non solum susti-  
 15 neri, sed ali quoque eibus oportebit, tamen erunt vitanda  
 quaecumque mandenda sunt: item fumus, et quidquid exci-  
 tat sternutamentum. Spem vero certam faciunt membrana  
 mobilis ac sui coloris, caro increseens rubicunda, facilis  
 motus maxillae atque cervicis. Mala signa sunt, membrana  
 20 immobilis, nigra, vel livida, vel aliter coloris corrupti, de-  
 mentia, aeris vomitus, nervorum vel resolutio vel distentio,  
 caro livida, maxillarum rigor, atque cervicis. Cetera, quae  
 ad somnum, eibi desiderium, febrem, puris colorem atti-  
 nent, eadem quae in ceteris vulneribus vel salutaria, vel  
 25 mortifera sunt. Ubi bene res cedit, ineipit ab ipsa mem-  
 brana; vel si os eo loco duplex est, inde quoque caro in-  
 creseere; eaque id, quod inter ossa vacuum est, replet:  
 nonnumquam etiam super calvariam excreseit. Quod si in-  
 eidit, inspergenda squama aeris est, ut id reprimat et eobi-  
 30 beat: eaque superdanda, quae ad cicatriem perduant.  
 omnibusque ea locis commode inducitur, excepta frontis ea  
 parte, quae paulum super id est, quod inter supereilia est.  
 Ibi enim vix fieri potest, ut non per omnem aetatem sit ex-  
 uleeratio: quae linteolo medicamentum habente contegenda  
 35 est. Illa utique, eapite fracto, servanda sunt, ut, donec jam  
 valida cicatrix sit, vitentur sol, venus, frequens balneum,  
 major vini modus.



## CAPUT V.

## De naso fracto.

In naribus vero et os, et cartilago frangi solet; et quidem modo adversa, modo a latere. Si adversa fracta sunt, alterumve ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. Si a latere os fractum est, is locus cavus est: si cartilago, in alteram partem nares declinantur. Quidquid in cartilagine incidit, excitanda ea leniter est, aut subiecto specillo, aut duobus digitis utrimque compressis; deinde in longitudinem implicata linamenta, et molli pellicula eincta circumsumtaque intus adigenda sunt; aut eodem modo compositum aliquid ex arido penicillo; aut grandis pinna, gummi, vel fabrili glutine illita, et molli pellicula circumdata, quae desiderare cartilaginem non sinat (Hipp. *De artic.* § 36 sq.). Sed, si adversa ea fracta est, aequaliter utraque naris implenda est: si a latere, crassius esse debet ab ea parte, in quam nasus jacet, ab altera tenuius id, quod inseritur. Extrinsecus autem circumdanda habena est mollis, media illita mixtis inter se similia et turis fuligine: eaque ultra aures duenda, et fronti duobus capitibus agglutinanda est (*Ib.* § 38). Id enim corpori quasi gluten inhaerescit, et quum induruit, nares commode continet. Sin quod intus inditum est laedit, sicut maxime fit, ubi interior cartilago perfracta est, excitatae nares eadem tantummodo habena continendae sunt: deinde post quatuordecim dies id ipsum demendum est. Resolvitur autem aqua calida; eaque tum is locus quotidie fovendus est. Sin os fractum est, id quoque digitis in suam sedem reponendum est, atque ubi adversum id ictum est, utraque naris implenda est; ubi a latere, ea in quam os impulsus est: imponendumque ceratum, et paulo vehementius deligandum est; quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorem inerescit; a tertio die fovendum id aqua calida est tantoque magis, quanto propius esse sanitati debet. Quod si plura erunt fragmenta, nihilo minus singula in suas sedes digitis erunt compellenda; imponendaque extrinsecus eadem habena, et super eam ceratum; neque ultra fascia adhibenda est. At si quod fragmentum undique resolutum cum ceteris



non glutinabitur, intelligetur quidem ex humore, qui multus ex vulnere feretur; vulsella vero extrahetur: finitisque inflammationibus, imponetur aliquid medicamentum ex iis, quae leniter reprimunt. Pejus est ubi aut ossi aut cartilagini fractae cutis quoque vulnus accessit. Id admodum raro fit. Si incidit, illa quidem nihilo minus eadem ratione in suas sedes excitanda sunt: cuti vero superimponendum emplastrum aliquod ex iis, quae recentibus vulneribus accommodata sunt (cf. V, 2: 19, § 20): sed insuper nullo vinculo deligandum est (*Ib.* § 39).

## CAPUT VI.

De auribus fractis.

In aure quoque interdum rumpitur cartilago. Quod si incidit, antequam pus oriatur, imponendum glutinans medicamentum est (*Ibid.* § 40): saepe enim suppurationem prohibet, et aurem confirmat. Illud et in hac et in naribus ignorari non oportet; non quidem cartilaginem ipsam glutinari, circa tamen carnem increescere, solidarique eum locum. Itaque, si cum cute cartilago rupta est, cutis utrimque sutur. Nunc autem de ea dico, quae, cute integra, frangitur. In ea vero si jam pus natum est, aperienda altera parte cutis, et ipsa cartilago contra lunata plaga excidenda est <sup>1)</sup>: deinde utendum est medicamento leniter supprime, quale lycium est aqua dilutum, donec sanguis fluere desinat: tum imponendum linteolum cum emplastro sic, ut pingue omne vitetur; et a parte posteriore lana mollis auri subjicienda est, quae, quod est inter hanc et caput, compleat: tum ea leniter deliganda est; et a tertio die vapore, ut in naribus posui (cap. 5), fovenda. Atque in his quoque generibus abstinentia primi temporis necessaria est, donec inflammatio finiatur.

1) Τάχιστα μὲν ὕγιες γίνεται, ἣν τις περὴν διακάνση... Ἦν δὲ μὴ πέρην καίηται, τάμνειν χρὴ τὸ μετέωρον μὴ πάνυ σφιζοῦν τομήν. Hipp. *De artic.* § 40.

## CAPUT VII.

De maxilla fracta, et quibusdam ad omnia ossa pertinentibus.

Ab his ad maxillam venturus, indicanda quaedam puto communiter ad omnia ossa pertinentia, ne saepius eadem dicenda sint. Omne igitur os modo rectum, ut lignum in longitudinem finditur; modo frangitur transversum; interdum obliquum; atque id ipsum nonnumquam retusa habet capita, nonnumquam acuta; quod genus pessimum est; quia neque facile committuntur, quae nulli retuso innituntur, et carnem vulnerant, interdum nervum quoque, aut muscolum. Quin etiam aliquando plura fragmenta fiunt. Sed in aliis quidem ossibus ex toto saepe fragmentum a fragmento recedit: maxillae vero semper aliqua parte, etiam vexata ossa inter se cohaerent. Igitur inprimis digitis duobus utrimque prementibus, et ab ore et ab cute, omnia ossa in suam sedem compellenda sunt. Deinde, si maxilla transversa fracta est; sub quo casu fere dens super proximum dentem excedit; ubi ea in suam sedem collocata est, duo proximi dentes, aut, si hi labant, posteriores inter se seta deligandi sunt. Id in alio genere fracturae supervacuum est: cetera eadem faciendae sunt (cf. Hipp. *De artic.* § 32). Nam linteolum duplex, madens vino et oleo, superinjiciendum cum eadem similia et eadem turis fuligine est (vid. cap. 5); deinde aut fascia, aut mollis habena, media in longitudinem incisa, ut utrimque mentum complectatur, et inde capita ejus super caput adducta ibi deligentur. Illud quoque ad omnia ossa pertinens dictum erit; famem primum esse necessariam: deinde a die tertio humidum cibum: sublata inflammatione, paulo plenior, eumque, qui carnem alat: vinum per omne tempus esse alienum; deinde tertio die resolvi debere; foveri per spongiam vapore aquae calidae; eademque, quae primo fuerunt, superdari; idem die quinto fieri, et donec inflammatio finiatur; quae vel nono die, vel septimo fere solvitur (*Ib.* § 33): ea sublata, rursus ossa esse tractanda, ut, si quod fragmentum loco suo non est, reponatur: neque id esse solvendum, nisi duae partes ejus temporis, intra quod quaeque ossa confervent transierint. Fere vero inter quartumdecimum et

unum et vicesimum diem sanescunt maxilla, malae, jugulum, pectus, latum os scapularum, costae, spina, coxarum os, tali, calx, manus, planta: inter vicesimum et tricesimum crura, brachiaque (cf. 8, § 2): inter septimum et vicesimum et  
 5 quadragesimum humeri et femina. Sed de maxilla illud quoque adjiciendum est, quod humidus cibus diu assumendus est: atque etiam, quum tempus processit, in lagano similibusque aliis perseverandum est, donec ex toto maxillam callus firmarit. Itemque, utique primis diebus, habendum si-  
 10 lentium.

## CAPUT VIII.

## De jugulo fracto.

1. Jugulum vero, si transversum fractum est, nonnumquam per se rursus recte coit, et, nisi movetur, sanari sine  
 15 vinctura potest: nonnumquam vero, maximeque ubi motum est, elabitur; fereque id, quod a pectore est, super id, quod ab humero est, in posteriorem partem inclinatur (Hipp. *De artic.* § 14) <sup>1)</sup>. Cujus ea ratio est, quod per se non movetur, sed cum humeri motu consentit; itaque, eo subsistente,  
 20 subit humerus agitated. Raro vero admodum in priorem partem jugulum inclinatur <sup>2)</sup>; adeo ut magni professores numquam se vidisse memoriae mandarint. Sed locuples tamen ejus rei auctor Hippocrates est (*De artic.* § 15). Verum, ut dissimilis uterque casus est, sic quaedam dissimilia  
 25 requirit. Ubi ad scapulas jugulum tendit, simul dextra manu plana propellendus in posteriorem partem humerus est, et illud in priorem attrahendum. Ubi ad pectus conversum est, ipsum quidem retro dandum, humerus autem in priorem par-

1) Τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ στήθεος πεφυκὸς ὀστέον ἐς τὸ ἄνω μέρος ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίας . . . ἐν τῷ κάτω μέρει εἶναι. *De artic.* § 14.

2) Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίας ὀστέον ὑπερέχειν καὶ ἐποχέεσθαι ἐπὶ τοῦ ἑτέρου. *Ibid.* Hoc capitulum aut male ex Hippocrate a Celso excerptum, aut ineptè a librario depravatum.

tem adducendus est: ac, si is inferior est, non id, quod a pectore est, deprimendum est, quia immobile est, sed humerus ipse attollendus (*Ibid.* § 14, *medio*): si casu superior est, id, quod a pectore est, implendum lana, et humerus ad pectus deligandus est. Si acuta fragmenta sunt, incidi contra cutis debet (Paul. Aeg. VI, 93, ed. Briau); ex ossibus ea, quae carnem vulnerant, praecidenda; tum retusa ossa committenda sunt; si quod ab aliqua parte eminent, opponendum ei triplex linteolum est, in vino et oleo tinctum. Si plura fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato, ne fascia diducatur. Quae jugulo composito circumdanda est saepius potius quam valentius: quod ipsum quoque in omnibus ossibus fractis perpetuum est. A dextro vero jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram; a sinistro ad dextram, rursusque sub ala sana fascia dari debet: post haec, si jugulum ad scapulas inclinatum est, brachium ad latus; si in partem priorem, ad cervicem deligandum est: supinusque homo collocandus. Cetera eadem facienda, quae supra comprehensa sunt.

2. Sunt vero plura ossa fere immobilia, vel dura, vel cartilaginosa, quae vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel finduntur; ut malae, pectus, latum os scapularum, costae, spina, coxarum os, tali, calx, manus, planta (cf. 7, p. 341). Horum omnium eadem curatio est. Si supra vulnus est, id suis medicamentis nutriendum est: quo sanescente, rimas quoque ossis, aut, si quod foramen est, callus implet. Si cutis integra est, et os laesum esse ex dolore colligimus, nihil aliud, quam quiescendum; imponendumque ceratum est, et leniter deligandum, donec sanitate ossis dolor finiatur.

## CAPUT IX.

30

### De costis fractis.

1. Proprie tamen quaedam de costa dicenda sunt; quia juxta viscera est, gravioribusque periculis is locus expositus est. Haec quoque igitur interdum sic finditur, ut ne summum quidem os, sed interior pars ejus, quae rara est, lae-

datur: interdum sic, ut eam totam is casus perruperit. Si tota fracta non est, nec sanguis expuitur, nec febricula sequitur, nec quidquam suppurat, nisi admodum raro, nec dolor magnus est; tactu tamen is locus leviter indolescit (Hipp. *De artic.* § 49). Sed abunde est eadem, quae supra scripta sunt (cap. 8), facere; et a media fascia incipere deligare, ne in alterutram partem haec cutem inclinet: ab uno vero et vicesimo die, quo utique os esse debet glutinatum, id agendum cibis uberioribus est, ut corpus quam plenissimum fiat, quo melius os vestiat; quod illo loco tenerum adhuc injuriae sub tenui cute expositum est. Per omne autem tempus curationis vitandus clamor, sermo quoque multus, ira, motus vehementior corporis, fumus, pulvis, et quidquid vel tussim vel sternutamentum movet: ne spiritum quidem magnopere continere expedit. At si tota costa perfracta est, casus asperior est: nam et graves inflammationes, et febris, et suppuratio, et saepe vitae periculum sequitur. Ergo, si vires patiuntur, ab eo brachio, quod super eam costam est, sanguis mittendus est: si non patiuntur, alvus tamen sine ullo acri ducenda est; diutiusque inedia pugnandum. Panis vero ante septimum diem non assumendus; sed una sorbitione vivendum: imponendumque ei loco ceratum ex irino (cf. cap. 4, et IV, 4, 2) factum, cui cocta quoque resina adjecta sit; aut Polyarchi (cf. V, 18, 8) malagma; aut panni ex vino et rosa et oleo; superque imponenda lana succida mollis, et duae fasciae a mediis orsae, minimeque adstrictae: multo vero magis omnia vitanda, quae supra posui; adeo ut ne spiritus quidem saepius movendus sit. Quod si tussis infestabit, potio sumenda erit vel ex trixagine, vel ex ruta, vel ex stoechade, vel ex cumino et pipere. Gravioribus vero doloribus urgentibus, cataplasma imponi quoque conveniet vel ex lolio, vel ex hordeo, cui pinguis sici tertia pars sit adjecta. Et id quidem interdiu superjacebit: noctu vero idem aut ceratum, aut malagma, aut panni; quia potest cataplasma decidere. Ergo quotidie quoque resolvetur, donec jam cerato aut malagmate possimus esse contenti. Et decem quidem diebus extenuabitur fame corpus: ab undecimo vero ali incipiet; ideoque etiam laxior, quam primo, fascia circumligabitur. Fereque



ea curatio ad quadragesimum diem perveniet. Quod si metus erit suppurationis, plus malagma, quam ceratum ad digerendum proficiet. Si suppuratio vicerit, neque per quae supra scripta sunt, discuti potuerit; omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur: sed, qua parte maxime tumebit, demittendum erit candens ferramentum, donec ad pus perveniat; idque effundendum. Si nusquam caput se ostendet, ubi maxime pus subsit sic intelligemus: creta cimolia totum locum illinemus, et siccati patiemur: quo loco maxime humor in ea perseverabit, ibi pus proximum erit; eoque uri debet. Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandum; demittendumque linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod summum lino sit devinctum, ut facile educatur. Reliqua eadem, quae in ceteris adustis, facienda sunt. Ubi purum erit ulcus, ali corpus debet, ne tabes, perniciose futura, id malum subsequatur. Nonnumquam etiam, levius ipso osse affecto, et inter initia neglecto, non pus, sed humor quidam mucis similis intus coit; mollescitque contra cutis: in qua simili ustione utendum est (cf. Hipp. *loc. laud.* § 50).

2. In spina quoque est, quod proprie notemus. Nam si id, quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est, locus quidem concavus fit; punctiones autem in eo sentiuntur; quia necesse est ea fragmenta spinosa esse, quo fit, ut homo in anteriorem partem subinde nitatur. Haec noscendae rei causa sunt. Medicamentis vero iisdem opus est, quae prima parte hujus capitis exposita sunt.

## CAPUT X.

De humerorum, brachiorum, femorum, crurum, digitorum fractorum curatione.

1. Similes rursus ex magna parte casus curationesque sunt humeri et femoris: communia etiam quaedam humeris, brachiis, feminibus, cruribus, digitis. Siquidem ea minime periculose media franguntur: quo propior fractura capiti vel superiori vel inferiori est, eo pejor est: nam et majores dolores adfert, et difficiliter curatur. Ea maxime tolerabilis est

simplex, transversa: peior ubi obliqua, atque ubi multa frag-  
 menta: pessima, ubi eadem acuta sunt. Nonnumquam autem  
 fracta in his ossa in suis sedibus remanent: multo saepius  
 excidunt, aliudque super aliud effertur: idque ante omnia  
 5 considerari debet; et sunt notae certae. Si suis sedibus sunt,  
 mota resonant, punctionisque sensum repraesentant; tactu  
 inaequalia sunt. Si vero non adversa, sed obliqua jungun-  
 tur, quod sit ubi loco suo non sunt, membrum id altero bre-  
 vius est, et musculi ejus tument. Ergo, si hoc deprehen-  
 10 sum est, protinus id membrum oportet extendere: nam nervi  
 musculique, intenti per ossa, contrahuntur; neque in suum  
 locum veniunt, nisi illos per vim aliquis intendit. Rursus, si  
 primis diebus id omissum est, inflammatio oritur; sub qua et  
 difficile et periculose vis nervis adhibetur: nam distentio  
 15 nervorum, vel cancer sequitur; vel certe, ut mitissime aga-  
 tur, pus. Itaque, si ante reposita ossa non sunt, postea re-  
 ponenda sunt. Intendere autem digitum, vel aliud quoque  
 membrum, si adhuc tenerum est, etiam unus homo potest;  
 quum alteram partem dextra, alteram sinistraprehendit. Va-  
 20 lentius membrum duobus eget, qui in diversa contendant.  
 Si firmiores nervi sunt, ut in viris robustis, maximeque eo-  
 rum feminibus et cruribus, habenis quoque, vel linteis fasciis  
 utrimque capita articularum deliganda, et per plures in  
 diversa ducenda sunt. Ubi paulo longius quam naturaliter  
 25 esse debet, membrum vis fecit, tum demum ossa manibus  
 in suam sedem compellenda sunt: indiciumque ossis repo-  
 siti est dolor sublatus, et membrum alteri aequatum. Invol-  
 vendum duplicibus triplicibusve pannis in vino et oleo tin-  
 ctis; quos linteos esse, commodius est. Fere vero fasciis  
 30 sex opus est: prima brevissima, quae circa fracturam ter vo-  
 luta sursum versum feratur, et quasi in cochleam serpat;  
 satisque est eam ter hoc quoque modo circuire (Hipp. *De  
 fract.* § 4): altera dimidio longiore; eaque, si qua parte os  
 35 eminet, ab ea; si totum aequale est, undelibet super fra-  
 cturam debet incipere, priori adversa, deorsumque tendere;  
 atque iterum ad fracturam reversa, in superiore parte ultra  
 priorem fasciam desinere. Super has injiciendum latiore lin-  
 teo ceratum est, quod eas contineat. Ac, si qua parte os

eminent, triplex ea pannus objiciendus, eodem vino et oleo  
 madens. Haec tertia fascia comprehendenda sunt, quartaque  
 sic, ut semper insequens priori adversa sit, et tertia tantum  
 in inferiore parte, tres in superiore liniantur: quia satius est  
 saepius circumire, quam adstringi: siquidem id, quod adstri- 5  
 ctum est, alienatur, et cancro opportunum est. Articulum  
 autem quam minime vincire opus est: sed, si juxta hunc os  
 fractum est, necesse est. Deligatum vero membrum in diem  
 tertium continendum est: eaque vinctura talis esse debet, ut  
 primo die nihil offenderit, non tamen laxa visa sit; secundo 10  
 laxior; tertio jam paene resoluta. Ergo tum rursum id mem-  
 brum deligandum, adjiciendaque prioribus quinta fascia est:  
 iterumque quinto die resolvendum est, et sex fasciis invol-  
 vendum sic, ut tertia et quinta infra, ceterae supra liniantur.  
 Quotiescumque autem solvitur membrum, calida aqua fovendi- 15  
 dum est. Sed, si juxta articulum fractura est, diu instillan-  
 dum vinum est, exigua parte olei adjecta; eademque omnia  
 facienda, donec adeo inflammatio solvatur; et tenuius quo-  
 que, quam ex consuetudine, id membrum fiat: quod si septim- 5  
 us dies non dedit, certe nonus exhibet: tum facillime ossa 20  
 tractantur. Rursus ergo, si parum commissa sunt, committi  
 debent: si qua fragmenta eminent, in suas sedes reponenda  
 sunt: deinde eodem modo membrum deligandum, ferulaeque  
 super accommodandae sunt, quae fissae circumpositaeque  
 ossa in sua sede contineant: et in quam partem fractura in- 25  
 clinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda est. Eas-  
 que omnes circa articulum esse oportet resimas, ne hunc  
 laedant; nec ultra adstringi, quam ut ossa contineant: et  
 quum spatium laxentur, tertio quoque die paulum habenis suis  
 coarctari: ac, si nulla prurigo, nullus dolor est, sic ma- 30  
 nere, donec duae partes ejus temporis, quo quodque os  
 confervet, compleantur: postea levius aqua calida fovere,  
 quia primo digeri materiam opus est, tum evocari. Ergo ce-  
 rato quoque liquido id leniter est unguendum, perfricanda-  
 que summa cutis est; laxiusque id deligandum, et tertio quo- 35  
 que die solvendum sic, ut, remota calida aqua, cetera ead-  
 em fiant; tantummodo singulae fasciae, quoties resolutae  
 fuerint, subtrahantur.

2. Haec communia sunt: illa propria. Siquidem humerus fractus non sic, ut membrum aliud, intenditur<sup>1)</sup>: sed homo collocatur alto sedili, medicus autem humiliore adversus.



Una fascia (a), brachium amplexa, ex cervice ipsius, id sustinet: altera (b), ab altera parte super caput data, ibi accipit nodum: tertia (c) vincto imo humero deorsum demittitur, ibi quoque capitibus ejus inter se vinctis. Deinde ab occipitio ipsius minister sub ea fascia, quam secundo loco posui, porrecto, si dexter humerus ducendus est, dextro, si sinister, sinistro brachio, demissum inter femina ejus baculum (A) tenet: medicus super eam fasciam, de qua tertio loco dixi, plantam injicit dextram, si sinister; sinistram, si dexter humerus curatur; simulque alteram fasciam minister attollit, alteram premit medicus: quo fit, ut leniter humerus extendatur. Fasciis vero, si medium aut imum os fractum est, brevioribus opus est; si summum, longioribus: ut ab eo sub altera quoque ala per pectus et scapulas porrigantur. Protinus vero brachium, quum deligatur, sic inclinandum est; idque efficit, ut ante fascias quo-

1) Cf. *Gazette médicale de Paris*; 1817, p. 126.

que sic figurandum sit; ne postea suspensum aliter atque quum deligabatur, humerum inclinet (cf. Hipp. *De fract.* 8). Brachioque suspenso, ipse quoque humerus ad latus leniter deligandus est: per quae fit, ut minime moveatur: ideoque ossa sic se habeant, ut aliquis composuit. Quum ad ferulas 5 ventum est, extrinsecus esse earum longissimae debent; a lacerto breviores: sub ala brevissimae: saepiusque eae resolvendae sunt, ubi in vicinia cubiti humerus fractus est; ne ibi nervi rigescant, et inutile brachium efficiant. Quoties solutae sunt, fractura manu continenda; cubitus aqua calida 10 fovendus, et molli cerato perfricandus; ferulaeque vel omnino non imponendae contra eminentia cubiti, vel aliquanto breviores sunt.

3. At si brachium fractum est, in primis considerandum est, alterum os, an utrumque comminutum sit (*Ibid.* § 4): 15 non quo alia in ejusmodi casu curatio sit admovenda; sed primum, ut valentius extendatur, si utrumque os fractum est; quia necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente; deinde, ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam, 20 ubi alterum integrum est, plus opis in eo, quam in fasciis ferulisque est. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato; siquidem is maxime brachii naturalis habitus est: idque involutum mitella commodissime excipitur; quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo injici- 25 tur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est. Idque paulum supra cubiti alterius regionem pendere oportet.

4. Quod si ex summo cubito quid fractum sit, glutinare id vinciendo alienum est: fit enim brachium immobile. At si nihil aliud quam dolori occursum est, idem, qui fuit, ejus usus est. 30

5. In crure aequae ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei femorique est, quod, ubi deligatum est, in canalem conjiciendum est. Is canalis et inferiore parte foramina habere debet, per quae, si quis humor excesserit, descendat: et a planta moram, quae si- 35 mul et sustineat eam, et delabi non patiatur; et a lateribus cava, per quae loris datis, morae quaedam crus femurque, ut collocatum est, detineant. Esse etiam is debet a planta,



si crus fractum est, circa poplitem; si femur, usque ad coxam; si juxta superius caput femoris sic, ut ipsa quoque ei coxa insit. Neque tamen ignorari oportet, si femur fractum est, fieri brevius; quia nunquam in antiquum statum revertitur; 5 summisque digitis postea cruris ejus insisti: sed multo tamen foedior debilitas est, ubi fortunae negligentia quoque accessit.

6. Digitum satis est ad unum surculum post inflammationem deligari.

7. His proprie ad singula membra pertinentibus, rursus 10 illa communia sunt: primis diebus fames; deinde tum, quum jam increscere callum oportet, liberalius alimentum; longa a vino abstinentia; fomentum aquae calidae, dum inflammatio est, liberale; quum ea desiit, modicum: tum etiam longior ulterioribus e liquido cerato membris, et mollis tamen 15 unctio. Neque protinus exercendum id membrum, sed paulatim ad antiquos usus reducendum est. Gravius aliquanto est, quum ossis fracturae carnis quoque vulnus accessit; maximeque si id musculi femoris aut humeri senserunt: nam et inflammationes multo graviores, et promptiores cancos habent. 20 Ac femur quidem, si ossa inter se recesserunt, fere praecidi necesse est. Humerus quoque in periculum venit; sed facilius conservatur. Quibus periculis etiam magis id expositum, quod juxta ipsos articulos ictum est. Curiosius igitur agendum est; et musculus quidem per mediam 25 plagam transversus praecidendus: sanguis vero, si parum fluxit, mittendus: corpus inedia extenuandum. Ac reliqua quidem membra lentius intendenda, et lenius in iis ossa in suam sedem reponenda sunt: in his vero neque intendi nervos, neque ossa tractari, satis expedit: ipsique homini permittendum est, ut sic ea collocata haheat, quemadmodum 30 minime laedunt. Omnibus autem his vulneribus imponendum primo linamentum est, vino madens, cui rosae paulum admodum adjectum sit. Deligandaque fasciis sunt aliquanto laxioribus quam si ea plaga non esset (cf. V, 26, 24); quanto 35 facilius et alienari et occupari cancro vulnus potest: numero potius fasciarum id agendum est, ut laxae quoque aequae contineant. Quod in femore humeroque sic fiet, si ossa forte recte concurrerint: sin aliter se habebunt, eatenus circum-

dari fascia debebit, ut impositum medicamentum contineat. Cetera eadem, quae supra scripsi, facienda sunt: praeterquam quod neque ferulis, neque canalibus, inter quae vulnus sanescere non potest, sed pluribus tantummodo et laxioribus fasciis opus est: ingerendumque subinde in eas est 5 calidum oleum, et vinum; magisque in primo fame utendum; vulnus calida aqua fovendum; frigusque omni ratione vitandum; et transeundum ad medicamenta, quae puri movendo sunt: majorque vulneri, quam ossi cura adhibenda. Ergo quotidie solvendum nutriendumque est. Inter quae si quod 10 parvulum fragmentum ossis eminent, id, si retusum est, in suam sedem dandum: si acutum, ante acumen ejus; si longius est, praecidendum; si brevius, limandum, et utrumque scalpro laevandum: tum ipsum recondendum est: ac, si id manus facere non potest, vulsella, quali fabri utuntur, inji- 15 cienda est recte se habenti capiti ab ea parte, qua sima est; ut ea parte qua gibba est, eminent os in suam sedem compellat. Si id majus est, membranulisque cingitur, sinere oportet eas sub medicamentis resolvi, idque os, ubi jam nudatum est, abscindere; quod maturius scilicet faciendum est: 20 potestque ea ratione et os coire, et vulnus sanescere: illud suo tempore; hoc, prout se habet. Nonnumquam etiam in magno vulnere evenit, ut fragmenta quaedam velut emorian- tur, neque cum ceteris cocant: quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur. Quo magis necessarium est, sae- 25 pius vulnus resolvere, atque nutrire. Sequitur vero, ut id os per se post aliquot dies excidat. Quum tam misera antea conditio vulneris sit, tamen id interdum manus diutiusque facit; saepe enim integra cute os abrumpitur, protinusque prurigo et dolor oritur. Quod solvere, si accidit, maturius oportet, et fovere aqua; per aestatem, frigida; per hiemem, ege- 30 lida: deinde ceratum murteum imponere. Interdum fractura quibusdam velut aculeis carnem vexat. Quo a prurigine et punctationibus cognito, aperire id medicus, eosque aculeos praecidere necesse habet. Reliqua vero curatio in utroque 35 hoc casu eadem est, quae ubi plagam ictus protinus intulit. Puro jam ulcere, cibus hic quoque utendum est carnem producentibus. Si brevius adhuc membrum est, et ossa loco

suo non sunt, paxillus tenuis quam laevisissimi generis inter ea demitti debet sic, ut capite paulum supra ulcus emineat; isque quotidie plenior adigendus est, donec par id membrum alteri fiat. Tum paxillus removendus; vulnus sanandum est; 5 cicatrix inducta fovenda frigida aqua est, in qua myrtus, hederæ, aliaeve similes verbenæ decoctæ sint, illinendumque medicamentum est, quod siccat: et magis etiam hic quiescendum, donec id membrum confirmetur. Si quando vero ossa non conferbuerunt, quia saepe soluta, saepe mota sunt, 10 in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Si vetustas occupavit, membrum extendendum est; ossa inter se manu dividenda, ut concurrente exasperentur, et si, quid pingue est, eradatur, totumque id quasi recens fiat: magna tamen cura habita, ne nervi musculive laedantur. Tum vino 15 fovendum est, in quo malicorium decoctum sit; imponendumque id ipsum ovi albo mixtum: tertio die resolvendum, fovendumque aqua in qua verbenæ, de quibus supra dixi (l. 6), decoctæ sint: quinto die idem faciendum, ferulaeque circumdandæ: cetera, et ante, et post, eadem faciendæ, quæ supra scripsi. Solent tamen interdum transversa inter se ossa 20 confervere: eoque et brevius membrum, et indecorum fit; et, si capita acutiora sunt, assiduæ punctiones sentiuntur. Ob quam causam frangi rursus ossa et dirigi debent. Id hoc modo fit. Calida aqua multa membrum id fovetur, et ex 25 cerato liquido perfricatur, intenditurque: inter hæc medicus pertractans ossa, ut adhuc tenero callo, manibus ea diducit, compellitque id quod eminent in suam sedem: et, si parum valet, ab ea parte, in quam os se inclinat, involutam lana regulam objicit; atque ita deligando, assuescere iterum vetustæ sedi cogit. Nonnumquam autem recte quidem ossa coi- 30 erunt, superincrevit vero nimius callus; ideoque locus is intumuit. Quod ubi incidit, diu leniterque id membrum perfricandum est ex oleo et sale et nitro; multaue aqua calida salsa fovendum; et imponendum malagma, quod digerat; ad- 35 strictiusque alligandum; oleribusque, et præterea vomitu utendum: per quæ cum carne callus quoque extennatur. Confertque aliquid sinapi cum licu in alterum membrum impositum, donec id paulum erodat, eoque evocet materiam.

Ubi is tumor extenuatus est, rursus ad ordinem vitae revertendum est.

## CAPUT XI.

### De ossibus luxatis.

Ac de fractis quidem ossibus haec dictum sit. Mo-  
 ventur autem ea sedibus suis duobus modis; nam modo, quae  
 juncta sunt inter se dehiscunt; ut quum latum scapularum os  
 ab humero recedit; et in brachio radius a cubito; et in crure  
 tibia a sura; et interdum a saltu calcis os a talo, quod raro  
 tamen fit; modo articuli suis sedibus excidunt. Ante de prio-  
 ribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus ca-  
 vus est, depressusque digitus sinum invenit: deinde gravis in-  
 flammatio oritur; atque in talis praecipue: siquidem febres  
 quoque, et caneros, et nervorum vel distentiones, vel ri-  
 gores, qui caput scapulis annectunt, movere consuevit. Quo-  
 rum vitandorum causa facienda eadem sunt, quae in ossibus  
 mobilibus laesis proposita sunt; ut dolor tumorque per ea  
 tollantur. Nam diducta ossa numquam rursus inter se jun-  
 guntur; et, ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amit-  
 titur. Maxilla vero, et vertebra, omnesque articuli, quum  
 validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulsi, aut  
 aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in  
 pueris et adolescentulis, quam in robustioribus. Hicque ela-  
 buntur in priorem [et in posteriorem, in anteriorem] et in ex-  
 teriorem partem; quidam omnibus modis, quidam certis: 25  
 suntque quaedam communia omnium signa, quaedam propria  
 cujusque. Siquidem semper ea parte tumor est, in quam os  
 prorumpit; ea sinus, a qua recessit. Et haec quidem in om-  
 nibus deprehenduntur: alia vero in singulis; quae simul at-  
 que de quoque dicam, proponenda erunt. Sed ut excidere 30  
 omnes articuli possunt, sic non omnes reponuntur. Caput  
 enim numquam compellitur, neque in spina vertebra, neque  
 ea maxilla, quae, utraque parte prolapsa, antequam repone-  
 retur, inflammationem movet. Rursum, qui nervorum vitio  
 prolapsi sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt. 35

Ac quibus in pueritia exciderunt, neque repositi sunt, minus quam ceteri crescunt. Omniumque, quae loco suo non sunt, caro emacrescit, magisque in proximo membro, quam in ulteriore: ut, puta, si humerus loco suo non est, major in eo ipso sit, quam in brachio; major in hoc, quam in manu, macies. Tum pro sedibus, et pro casibus, qui inciderunt, aut major aut minor usus ejus membri relinquatur: quoque in eo plus usus superest, eo minus id extenuatur. Quidquid autem loco suo motum est, ante inflammationem reponendum est. Si illa occupavit, dum conquiescat, non lacerandum est: ubi finita est, tentandum est in iis membris, quae id patiuntur. Multum autem eo confert et corporis et nervorum habitus; nam, si corpus tenue, si humidum est, si nervi infirmi, expeditius os reponitur: sed et primo facilius excidit, et postea minus fideliter continetur. Quae contraria his sunt, melius continent: sed id, quod expulsus est, difficulter admittunt. Oportet autem ipsam inflammationem levare, super succida lana ex aceto imposita: a cibo, si valentioris articuli casus est, triduo: interdum etiam quinque diebus abstinere: bibere aquam calidam, dum sitim finiat: curiosiusque haec facere, iis ossibus motis, quae validis plenisque musculis continentur: si vero etiam febris accessit, multo magis; deinde ex die quinto fovere aqua calida, remotaque lana, ceratum imponere ex cyprino factum, nitro quoque adjecto, donec omnis inflammatio finiatur: tunc frictionem ei membro adhibere; cibus uti bonis; vino modice: jamque ad usus quoque suos id membrum promovere; quia motus, ut in dolore pestifer, sic alius saluberrimus corpori est. Haec communia sunt; nunc de singulis dicam.

## CAPUT XII.

De maxilla luxata.

Maxilla in priorem partem propellitur; sed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur: dentes paribus non respondent; sed sub iis, qui secant, canini sunt (cf. Hipp. *De artic.* § 30). At si utraque, totum mentum in exteriorem partem promo-



vetur; inferioresque dentes longius quam superiores excedunt; intentique super muscoli apparent. Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est sic, ut minister a posteriore parte caput ejus contineat, vel sic, ut juxta parietem is se-  
deat, subjecto inter parietem et caput ejus scorteo pulvino <sup>5</sup>  
duro; eoque caput per ministrum urgeatur, quo sit immobi-  
lius: tum digiti pollices linteolis vel fasciis, ne delabantur,  
involuti in os ejus conjiciendi, ceteri extrinsecus admovendi  
sunt. Ubi vehementer maxilla apprehensa est, si una parte  
procidit, concutiendum mentum, et ad guttur adducendum <sup>10</sup>  
est: tum simul et caput apprehendendum, et, excitato mento,  
maxilla in suam sedem compellenda, et os ejus comprimen-  
dum est sic, ut omnia paene uno momento fiant. Sin utraque  
parte prolapsa est, eadem omnia facienda; sed aequaliter  
retro maxilla agenda est. Reposito osse, si cum dolore <sup>15</sup>  
oculorum et cervicis iste casus incidit, ex brachio sanguis  
mittendus est. Quum omnibus vero, quorum ossa mota sunt,  
primo liquidior cibus conveniat, tum his praecipue: adeo ut  
sermo quoque frequens, motu oris per nervos, laedat.

## CAPUT XIII.

20

De capite luxato.

Caput duobus processibus in duos sinus summae verte-  
brae demissis super cervicem contineri, in prima parte pro-  
posui (cap. 1). Hi processus interdum in posteriorem par-  
tem excidunt: quo fit, ut nervi sub occipitio extendantur, <sup>25</sup>  
mentum pectori agglutinetur, neque bibere is, neque loqui  
possit, interdum sine voluntate semen emittat: quibus celer-  
rime mors supervenit. Ponendum autem hoc esse credidi,  
non quo curatio ejus rei ulla sit; sed ut res indicium cogno-  
sceretur, et non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic <sup>30</sup>  
aliquem perdidissent.

## CAPUT XIV.

De spina luxata.

Idem casus manet eos, quorum in spina vertebrae exci-  
derunt. Id enim non potest fieri, nisi et medulla, quae per <sup>35</sup>

medium, et duabus membranulis, quae per duos a lateribus  
 processus feruntur, et nervis, qui continent, ruptis. Excidunt  
 autem et in posteriorem partem, et in priorem; et supra septum  
 transversum, et infra. In utram partem exciderint, a posteriore  
 parte vel tumor, vel sinus oritur. Si super septum id incidit,  
 manus resolvuntur, vomitus, aut distentio nervorum insequitur,  
 spiritus difficulter movetur, dolor urget, et aures obtusae sunt.  
 Si sub septo, femina resolvuntur, urina supprimitur, interdum  
 etiam sine voluntate prorumpit. Ex ejusmodi casibus, ut tardius,  
 quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. Nam quod Hippocrates  
 (*De artic.* § 47; T. IV p. 208) dixit, vertebra in posteriorem  
 partem prolapsa, pronum hominem collocandum esse, et extendendum,  
 tum calce aliquem super ipsum os debere consistere, et id intus  
 impellere: in iis accipiendum est, quae paulum excesserunt;  
 non in iis, quae totae loco motae sunt. Nonnumquam enim  
 nervorum imbecillitas efficit, ut, quamvis non exciderit vertebra,  
 paulum tamen aut in posteriorem, aut in priorem partem  
 promineat. Id non jugulat: sed ab interiore parte ne contingi  
 quidem potest: ab exteriori si propulsum est, plerumque iterum  
 redit; nisi, quod admodum rarum est, vis nervis restituta est.

## CAPUT XV.

De humero luxato.

Humerus autem modo in alam excidit, modo in partem  
 priorem. Si in alam delapsus est, cubitus recedit ab latere;  
 sursum juxta ejusdem partis aurem cum humero porrigi non  
 potest; longiusque altero id brachium est. Si in priorem partem,  
 summum quidem brachium extenditur, minus tamen quam  
 naturaliter; difficiliusque in priorem partem, quam in posteriorem  
 cubitus porrigitur. Igitur, si in alam humerus excidit, et vel  
 puerile adhuc est corpus, vel molle certe, et imbecillis nervis  
 intentum est, satis est collocare id in sedili; et ex duobus ministris  
 alteri imperare, ut caput lati scapularum ossis leniter reducat<sup>1)</sup>;  
 alteri, ut brachium

1) Hipp. l. l. § 2: ἐμβάλλων τὴν ἐσωτοῦ κεφαλὴν ἐς τὸ ἀκρόμιον ἀντιρροίσιος ἔνεκα. Quod verisimilius videtur.

extendat: ipsum posteriore parte residentem, manum sub alam ejus conijcere, simulque et illa os, et altera manu brachium ejus ad latus impellere. At si vastius corpus, nervive robustiores sunt, necessaria est spatha lignea, quae et crassitudinem duorum digitorum habet, et longitudine ab ala 5 usque ad digitos pervenit: in qua summa capitulum est rotundum et leniter cavum, ut recipere particulam aliquam ex capite humeri possit. In ea bina foramina tribus locis sunt, inter se spatio distantibus; in quae lora mollia conjiciuntur. 10 Eaque spatha, fascia involuta, quo minus tactu laedat, ad alam brachio dirigitur sic, ut caput ejus summae alae subjiciatur: deinde loris suis ad brachium deligatur; uno loco paulum infra humeri caput; altero paulum supra cubitum; tertio supra manum; cui rei prolinus intervalla quoque foraminum aptata sunt. Sic brachium deligatum super scalae gal- 15 linariae gradum trajicitur ita alte, ut consistere homo ipse non possit; simulque in alteram partem corpus demittitur, in alteram brachium intenditur: eoque fit, ut capite ligni caput humeri impulsus in suam sedem, modo cum sono, modo sine hoc compellatur. Multas alias esse rationes scire facile est 20 uno Hippocrate lecto; sed non alia magis usu comprobata est (*Ibid.* § 6—7). At si in partem priorem humerus excidit, supinus homo collocandus est; fasciaque, aut habena media alae circumdanda est, capitaque ejus post caput hominis ministro tradenda, brachium alteri; praecipendumque, ut 25 ille habenam, hic brachium extendat: deinde medicus caput quidem humeri sinistra debet repellere: dextra vero cubitum cum humero attollere, et os in suam sedem compellere: faciliusque id in hoc casu, quam in priore revertitur. Reposito humero, lana alae subjicienda est; si in interiore 30 parte os fuit, ut ei opponatur; si in priore, ut tamen commodius deligetur. Tum fascia, primum sub ala obvoluta, caput ejus debet comprehendere, deinde per pectus ad alteram alam, ab eaque ad scapulas, rursusque ad ejusdem humeri caput tendere, saepinsque eadem ratione circumagi, donec 35 bene id teneat. Vincitur, hac ratione humerus commodius continetur, si adductus ad latus, ad id quoque fascia deligatur.

## CAPUT XVI.

## De cubito luxato.

In cubito autem tria coire ossa, humeri, radii, et cubiti ipsius, ex iis, quae prima parte hujus voluminis posita sunt, intelligi potuit. Si cubitus, qui annexus humero est, ab hoc excidit, radius, qui adjunctus est, interdum trahitur, interdum subsistit. In omnes vero quatuor partes excidere cubitus potest (cf. Hipp. *De artic.* § 17 sqq.): sed, si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur: si in posteriorem, brachium curvum est, neque extenditur, breviusque altero est; interdum febrem, vomitumque bilis movet: si in anteriorem, interioremve, brachium porrectum est, sed paulum in eam partem, a qua os recessit, recurvatum. Quidquid incidit, reponendi ratio una est; neque in cubito tantum, sed in omnibus quoque membris longis, quae per articulum longa testa junguntur: utrumque membrum in diversas partes extendere, donec spatium inter ossa liberum sit; tum id os, quod excidit, ab ea parte, in quam prolapsus est, in contrariam impellere. Extendendi tamen alia atque alia genera sunt, prout aut nervi valent, aut ossa huc illuc se dederunt. Ac modo manibus solis utendum est, modo quaedam alia adhibenda. Ergo, si in priorem partem cubitus prolapsus est, extendi per duos manus, interdum etiam habenis adjectis, satis est: deinde rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est, et super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in aliis casibus commodissimum est eadem ratione brachium extendere, quae fracto humero supra posita est, et tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est, quae in omnibus. Celerius tantum, et saepius id resolvendum est; multo magis aqua calida fovendum; diutius ex oleo et nitro ac sale perfricandum. In cubito enim celerius, quam in ullo alio articulo, sive extra remansit, sive intus revertit, callus circumdatur; isque, si per quietem increvit, flexus illius postea prohibet.

## CAPUT XVII.

De manu luxata.

Manus quoque in omnes quatuor partes prolabitur (Hipp. *De artic.* § 26 sqq.). Si in posteriorem partem excidit, porrigi digiti non possunt: si in priorem, non inclinantur: si in alterutrum latus, manus in contrarium, id est aut ad pollicem, aut ad minimum digitum convertitur. Reponi non difficillime potest. Super durum locum et renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachium debet sic, ut prona sit, si in posteriorem partem os excidit; supina, si in priorem: si in interiorem exterioremve, in latus. Ubi satis nervi diducti sunt, si in alterutrum latus procidit, manibus in contrarium repellendum est. At iis, quae in priorem posterioremve partem prolapsa sunt, superimponendum durum aliquid, idque supra prominens os manu urgendum est; per quod vis ad-  
15  
jecta facilius id in suam sedem compellit.

## CAPUT XVIII.

De palma luxata.

In palma quoque ossa interdum suis sedibus promoventur, modo id priorem partem, modo in posteriorem: in latus enim moveri, paribus ossibus oppositis, non possunt. Signum id solum est, quod omnium commune est: tumor ab ea parte, in quam os venit; sinus ab ea, a qua recessit. Sed sine intentione, digito tantummodo bene pressum os in suam sedem revertitur.  
25

## CAPUT XIX.

De digitis luxatis.

At in digitis totidem fere casus, eademque signa sunt, quae in manibus (Hipp. *De artic.* §§ 29 et 80). Sed in his extendendis non aequè vi opus est; quum et articuli breviores, et 30 nervi minus validi sint. Super mensam tantummodo intendi



debent, qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt; tum jam palma compelli; at id, quod in latus elapsum est, digitis restitui. Potest tamen conditus articulus medius, aut summus canaliculo aliquo contineri.

## CAPUT XX.

De femore luxato.

Quum de his dixerim, de iis quoque, quae in cruribus sunt, videri possum dixisse: siquidem etiam in hoc casu quaedam similitudo est femori et humero, tibiae et cubito, 10  
pedi et manui. Quaedam tamen separatim quoque de his dicenda sunt. Femur in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem; deinde in exteriorem; raro admodum in priorem, aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero, et vatium est: extra 15  
enim pes ultimus speetat; si in exteriorem, brevius, varumque fit, pes intus inelinatur; ealx in gressu terram non eontingit, sed planta ima; meliusque id erus superius corpus, quam in priore easu, fert, minusque baeculo eget; si in priorem, crus extensum est, complicarique non potest; alteri cruri ad ealcem par est, sed ima planta minus in priorem partem inelinatur: dolorque in hoc easu praecipuus est, et maxime urina supprimitur. Ubi eum dolore inflammatio quievit, eommode ingrediuntur, reetusque eorum pes est. Si in posteriorem, extendi non potest crus, breviusque est; 25  
ubi consistit, ealx hie quoque terram non eontingit. Magnum autem femori perieulum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus exeidat. Quidam semper iterum exeidere contendunt: sed Hippocrates (*De artic.* §. 70; *Gal. Comm. in h. loc.* T. XVIII<sup>a</sup> p. 731), et Dioeles, et Philotimus, et 30  
Nileus, et Heraelides Tarentinus, elari admodum auctores, ex toto se restituisse memoriae prodiderunt. Neque tot genera maehinamentorum quoque, ad extendendum in hoc easu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Pro-tarchus, Heraelides, aliique quidam reperissent, si id frustra 35  
esset. Sed ut haec falsa opinio est, sic illud verum est:

quum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, vix admittere; si non habent, postea non continere. Tentandum igitur est, et, si tenerum membrum est, satis est habena altera ab inguine, altera a genu intendi: si validius, melius adducent, qui easdem habenas ad valida bacula de-<sup>5</sup> ligarint; quinque eorum fustium imas partes oppositae morae objecerint, superiores ad se utraque manu traxerint. Etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, cui ab utraque parte axes sunt, ad quos habenae illae deligan-<sup>10</sup> tur: qui, ut in torcularibus, conversi, rumpere quoque, si quis perseveraverit, non solum extendere nervos et musculos possunt. Collocandus autem homo super id scamnum<sup>1)</sup> est aut pronus, aut supinus, aut in latus sic, ut semper ea pars superior sit, in quam os prolapsum est; ea inferior, a qua recessit. Nervis extentis, si in priorem partem<sup>15</sup> os venit, rotundum aliquid super inguen ponendum; subitoque super id genu adducendum est eodem modo, eademque de causa, qua idem in brachio fit; protinusque, si complicari femur potest, intus est. In ceteris vero casibus, ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt, medicus debet id,<sup>20</sup> quod eminent, retro cogere; minister contra inde coxam propellere. Reposito osse, nihil aliud novi curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur; ne, si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

## CAPUT XXI.

25

## De genu luxato.

Genu vero et in exteriorem, et in interiorem, et in posteriorem partem excidere, notissimum est. In priorem non prolabi plerique scripserunt: potestque id vero proximum esse, quum inde opposita patella, ipsa quoque caput tibiae<sup>30</sup> contineat. Meges tamen eum, cui in priorem partem excidisset, a se curatum esse, memoriae prodidit. In his casibus intendi nervi rationibus iisdem, quas in femore retuli, pos-

1) Cf. Hipp. ed. Littré; T. IV, p. 40, 297 — 301, 305, 311.

sunt. Et id quidem, quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure, reconditur; cetera vero manibus simul dum ossa in diversas partes compelluntur.

### CAPUT XXII.

De talo luxato.

Talus in omnes partes prolabitur. Ubi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem convertitur: ubi huic contrarius casus, contrarium etiam signum est. At si in priorem partem erumpit, a posteriore latus nervus durus et intentus est; simusque his pes est; si in posteriorem, calx paene conditur, planta major fit. Reponitur autem is quoque per manus; prius in diversa pede et crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseverandum est: ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat, rursusque prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus primo tempore utendum; ne vinctura talum ipsum laedat.

### CAPUT XXIII.

De planta luxata.

Plantae ossa iisdem modis, quibus in manu, prodeunt; iisdemque conduntur. Fascia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne, quum mediam plantam, inumque ejus vinciri necesse est, liber talus in medio relictus, materiam plenioris recipiat, ideoque suppuret.

### CAPUT XXIV.

De digitis luxatis.

In digitis nihil ultra fieri debet, quam quod in iis, qui sunt in manu, positum est (cap. 19.)

## CAPUT XXV.

De his, quae cum vulnere loco moventur.

Haec facienda sunt in iis casibus, ubi sine vulnere ossa exciderunt <sup>1)</sup>. . . Hic quoque et ingens periculum est, et eo gravius, quo majus membrum est, quove validioribus nervis aut musculis continetur. Ideoque in humeris, femoribusque metus mortis est: ac, si reposita ossa sunt, spes nulla est; non repositis tamen, nonnullum periculum est: eoque major in utroque timor est, quo propius vulnus articulo est. Hippocrates nihil tuto reponi posse, praeter digitos, et plantas, et manus, dixit (*De artic.* § 67 — cf. § 63—66): atque in his quoque diligenter esse agendum, ne praecipitent. Quidam brachia quoque et crura reposuerunt; et, ne cancri, distentionesque nervorum orirentur, sub quibus in ejusmodi casu fieret mors matura, sanguinem ex brachio miserunt. Verum ne digitus quidem; in quo minimum, ut malum, sic etiam periculum est: reponi debet aut ante inflammationem, aut postea, quum jam vetus res est. Si quoque reposito osse nervi distenduntur, rursus id protinus expellendum est. Omne autem membrum, quod cum vulnere loco motum, neque repositum est, sic jacere convenit, ut maxime cubantem juvat; tantum ne moveatur, neve dependeat. In omnique tali morbo magnum ex longa fame praesidium est: deinde ex curatione eadem, quae proposita est ubi ossibus fractis vulnus accessit. Si nudum os eminent, impedimento semper futurum est: ideo, quod excedit, abscindendum est; imponendaque super arida linamenta sunt, et medicamenta non pingua; donec, quae sola esse in ejusmodi re sanitas potest, veniat. Nam et debilitas sequitur, et tenuis cicatrix inducitur; quae necesse est facile noxae postea pateat.

---

1) In libris antiquis deest altera periodi pars, quae huic opponeretur. Lindenius ita supplet: *saepe tamen cum vulnere loco moventur*. Forte melius: *nonnunquam cum vulnere loco moventur*. Id enim non saepe, sed raro fit.

---

# INDEX

## LIBRORUM ET CAPITUM.

<p>LIBER PRIMUS. . . . . 1</p> <p>Prooemium. Conspectus historiae medicinae. Quae ratio medicinae potissima sit . . . . . ibd.</p> <p>Cap. I. Qualiter se sanus agere debeat . . . . . 13</p> <p>II. Qualiter se agere debeant qui imbecilles sunt . . . . . 14</p> <p>III. Observationes circa corporum genera, aetates et tempora anni . . . . . 15</p> <p>IV. De his quibus caput infirmum est . . . . . 22</p> <p>V. De his qui lippitudine, gravedine, destillatione, tonsillisque laborant . . . . . 23</p> <p>VI. De alvo soluta . . . . . ibd.</p> <p>VII. Remedia ad eoli dolorem . . . . . 24</p> <p>VIII. Stomacho laborantibus quae agenda sint . . . . . ibd.</p> <p>IX. De dolore nervorum, et de affectibus caloris, frigorisque . . . . . 25</p> <p>X. Regimen contra pestem . . . . . 26</p> <p>LIBER SECUNDUS . . . . . 27</p> <p>Prooemium. De signis adversae valetudinis, et de communibus auxiliis . . . . . ibd.</p> <p>Cap. I. Quae anni tempora, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia corpora</p>	<p>vel tuta, vel morbis et qualibus opportuna sint . . . . . 27</p> <p>Cap. II. De notis adversae valetudinis futurae . . . . . 31</p> <p>III. Incipiente febre signa mala vel bona . . . . . 32</p> <p>IV. Mala signa aegrotorum . . . . . 33</p> <p>V. De signis longimorbi . . . . . 35</p> <p>VI. De indicibus mortis . . . . . 36</p> <p>VII. Ex quibus notis singula morborum genera cognoscuntur . . . . . 38</p> <p>VIII. Quae notae spem salutis, quae pericula ostendunt . . . . . 44</p> <p>IX. De morborum curationibus . . . . . 51</p> <p>X. De sanguinis missione per venam . . . . . 52</p> <p>XI. De eueurbitulis medicinalibus . . . . . 55</p> <p>XII. De deiectione . . . . . 56</p> <p style="padding-left: 2em;">2. De alvi ductione . . . . . ibd.</p> <p>XIII. De vomitu . . . . . 58</p> <p>XIV. De frietione . . . . . ibd.</p> <p>XV. De gestatione . . . . . 60</p> <p>XVI. De abstinentia . . . . . 61</p> <p>XVII. De sudore eliciendo . . . . . 62</p> <p>XVIII. De cibis et potionibus . . . . . 64</p> <p>XIX. Quae natura aequa proprietates ejusque rei sit qua vescimur . . . . . 67</p> <p>XX. De his quae boni succi sunt . . . . . ibd.</p>
--	--



- Cap. XXI. De his quae mali  
succi sunt . . . . . 67
- XXII. Quae res lenes,  
quaeve aeres sint . . . . . 68
- XXIII. De his quae eras-  
siohem, quaeve ten-  
nuiorem pituitam fa-  
ciunt . . . . . ibd.
- XXIV. De his quae sto-  
maeha idonea sunt . . . . . ibd.
- XXV. De his quae sto-  
maeha aliena sunt . . . . . 69
- XXVI. De his quae in-  
flant, aut non . . . . . ibd.
- XXVII. De his quae ca-  
lefaeiunt aut refrige-  
rant . . . . . 70
- XXVIII. De his quae in-  
tus faeile aut difficil-  
lime eorruptuntur . . . . . ibd.
- XXIX. De his quae al-  
vum movent . . . . . 71
- XXX. De his quae alvum  
adstringunt . . . . . ibd.
- XXXI. De his quae uri-  
nam movent . . . . . 72
- XXXII. De his quae ad  
somnum apta sunt, et  
sensum exeitant . . . . . ibd.
- XXXIII. De his quae ma-  
teriam evocant, reprimunt,  
molliaunt, calefaeiunt,  
durant aut emolliaunt . . . . . ibd.
- LIBER TERTIUS . . . . . 74
- Cap. I. De morborum generi-  
bus . . . . . ibd.
- II. Quomodo morbi cog-  
noseantur, et an ere-  
seant, aut consistant,  
aut miuantur . . . . . 75
- III. De febrium generi-  
bus . . . . . 77
- IV. De febrium eura-  
tionum diversis generi-  
bus . . . . . 78
- V. De febrium speciebus,  
et singularum eura-  
tionibus; et primo  
quando eibus febrici-  
tantibus daudus . . . . . 82
- Cap. VI. Quando potiones fe-  
brietantibus dari ex-  
pediat . . . . . 85
- VII. Quomodo pestilen-  
tes febres eura-ri de-  
beant . . . . . 88
2. Curatio ardentis febris . . . . . 89
- VIII. Curatio semiter-  
tiana febris . . . . . 90
- IX. Curatio lentarum fe-  
brium . . . . . ibd.
- X. Curatio symptoma-  
tum febrium . . . . . 91
- XI. Curatio frigoris quod  
febrem praecedat . . . . . 92
- XII. Curatio horro-  
ris in febribus . . . . . 93
- XIII. Curatio quod-  
tidiana febris . . . . . 94
- XIV. Curatio tertiana  
febris . . . . . 95
- XV. Curatio quartana  
febris . . . . . ibd.
- XVI. Curatio duarum  
quartanarum . . . . . 97
- XVII. Curatio quod-  
tidiana febris, quae ex  
quartana facta sit . . . . . ibd.
- XVIII. De tribus insa-  
niae generibus . . . . . 98
- XIX. De cardiacis . . . . . 102
- XX. De lethargicis . . . . . 104
- XXI. De hydropicis . . . . . 105
- XXII. De tabe ejusque  
speciebus . . . . . 109
- XXIII. De comitiali mor-  
bo . . . . . 113
- XXIV. De regio morbo . . . . . 115
- XXV. De elephantia . . . . . 116
- XXVI. De attonitis . . . . . 117
- XXVII. De resolutione  
nervorum . . . . . ibd.
- 2 De dolore nervorum . . . . . 118

3. De tremore nervorum	119	Cap. XXVI. De ventris fluxu	151
4. De suppurationibus internis . . . . .	ibd.	XXVII. De vulvae morbo	153
LIBER QUARTUS . . . . .	120	2. De urinae nimia profusione . . . . .	154
Cap I. De humani corporis interioribus sedibus .	ibd.	XXVIII. De seminis nimia ex naturalibus profusione . . . . .	155
II. De curationibus morborum capitis . . . . .	123	XXIX. De coxarum morbis . . . . .	ibd.
III. De morbo qui circa faciem nascitur . . . . .	125	XXX. De genuum dolore	156
IV. De resolutione linguac . . . . .	ibd.	XXXI. De manuum, pedum, articularumque vitiiis . . . . .	il d.
V. De destillatione ac gravedine . . . . .	126	XXXII. De refectione convalescentium a morbo . . . . .	158
VI. De cervicis morbis	127	LIBER QUINTUS . . . . .	160
VII. De faucium morbis; et primum de angina	129	Prooemium. De medicamentorum facultatibus .	ibd.
VIII. De difficultate spirandi . . . . .	130	Cap. I. De remediis quae sanguinem supprimunt . . . . .	161
IX. De faucium exulceratione . . . . .	131	II. Quae vulnus glutinant . . . . .	ibd.
X. De tussi . . . . .	132	III. Quae concoquant et moveant pus . . . . .	ibd.
XI. De sanguinis sputo	133	IV. Quae aperiant ora in corporibus . . . . .	ibd.
XII. De stomachi morbis	135	V. Quae purgent . . . . .	162
XIII. De laterum doloribus . . . . .	138	VI. Quae rodunt . . . . .	ibd.
XIV. De viscerum morbis et primo de pulmone . . . . .	139	VII. Quae exedant corpus . . . . .	163
XV. De hepaticis . . . . .	140	VIII. Quae adurant . . . . .	ibd.
XVI. De lienosis . . . . .	142	IX. Quae crustas ulceribus inducant . . . . .	ibd.
XVI. De renum morbis	143	X. Quae crustas ulceribus resolvant . . . . .	ibd.
XVIII. De intestinorum morbis, et primo de Cholera . . . . .	ibd.	XI. Quae discutiant ea, quae in aliqua parte corporis coierunt . . . . .	164
XIX. De coeliaco ventriculi morbo . . . . .	145	XII. Quae evocent et educant . . . . .	ibd.
XX. De tenuioris intestini morbo . . . . .	146	XIII. Quae exasperata laevent . . . . .	ibd.
XXI. De morbo intestini plenioris . . . . .	147	XIV. Quae carnem nutriant ut ulcus impleant . . . . .	ibd.
XXII. De torminibus . . . . .	ibd.		
XXIII. De laevitate intestinorum . . . . .	149		
XXIV. De lumbricis alvum occupantibus . . . . .	ibd.		
XXV. De tenesmo . . . . .	150		

Cap. XV. Quae molliant . . . 165

XVI. Quae cutem purgent . . . . . ibd.

XVII. De mixturis simplicium rerum et de ratione ponderum . ibd.

2. Quid malagma et emplastrum, et pastillus inter se differant . . . 166

XVIII. De malagmatis . ibd.

1. Mal. adversus odagras . . . . . ibd.

2. M. ad materiam extrahendam . . . . . 167

3. M. ad jecur dolens . . . . . ibd.

4. M. ad lienem . . . . . ibd.

5. M. Lysiae commune pluribus . . . . . ibd.

6. M. Apollonhanis ad laterum dolores. . . . . ibd.

7. M. Andreae ad idem . . . . . 168

8. M. Polyarchi ad resolvendum, molliendum et digerendum . . . . . ibd.

9. M. Nilei ad eadem . . . . . ibd.

10. M. Moschi ad emolliendum . . . . . ibd.

11. M. Medii ad digerendum . . . . . ibd.

12. M. Panthemii ad eadem . . . . . 169

13. 14. M. Andreae ad strumam . . . . . ibd.

15. M. aliud ad idem . . . . . ibd.

16. M. Arabis ad strumam et tubercula . . . . . ibd.

17. M. aliud ad strumam et tubera . . . . . ibd.

18. M. Protarchi ad parotidas . . . . . ibd.

19. M. adversum panum et phlymata . . . . . ibd.

20. M. adv. ad omne tuberc. . . . . 170

21. M. ad suppressendum quod abscedit . . . . . ibd.

22. M. ad sanguinem suppressendum . . . . . ibd.

23. M. ad *καρχινώδη* lenienda . . . . . ibd.

24. M. ad livorem faciei contusae . . . . . ibd.

25. M. *ἀναστομωτικά* ad aperiendum . . . . . ibd.

26. M. Niconis ad resolvendum . . . . . ibd.

27. M. Aristogenis ad ossa . . . . . 171

28. M. Euthylei ad articulos et ad omnem dolorem . . . . . ibd.

29. M. Sosagorae ad dolorem articularum . . . . . 171

30. M. Chryssippi ad idem . . . . . ibd.

31. M. Ctesiphontis ad idem . . . . . ibd.

32. M. ad articulos . . . . . ibd.

33. M. Aristonis adversus podagram . . . . . ibd.

34. M. Theoxeni ad pedum dolores . . . . . ibd.

35. M. Numenii ad podagram . . . . . 172

36. M. Dexii ad callum in articulis . . . . . ibd.

Cap. XIX. De Emplastris . . . . . ibd.

1. E. barbarum nigrum, quod cruentis vulneribus injicitur . . . . . ibd.

2. E. coacon ad idem . . . . . ibd.

3. E. basilicon nigrum ad idem . . . . . ibd.

4. E. smaragdinum ad idem . . . . . 173

5. E. rufum ad idem . . . . . ibd.

6. E. quod glutinat ad idem . . . . . ibd.

7. E. Philotae cephalicum . . . . . ibd.

8. E. viride ad idem . . . . . ibd.

9. E. tetrapharmacum ad pus movendum . . . . . ibd.

10. E. enneapharmacum ad idem . . . . . ibd.

11. E. alia ad movendum pus et ad purgandum . . . . . ibd.

12. E. *ἐπισπαστικά* . . . . . 174

13. E. aliud ad idem . . . . . ibd.

14. E. Philocratis ad extrahendum . . . . . ibd.

15. E. *ὑπώδες* ad extrahendum . . . . . ibd.

16. E. Hecatei ad idem . . . . . 175

17. E. Alexandrinum viride ad idem . . . . . ibd.

18. E. exedentia . . . . . ibd.

19. E. quod exest corpus, et ossa resolvit . . . . . ibd.

20. E. adversus morsum et vulnera, Diogenis nigrum . . . . . ibd.

21. E. ephesium rubrum . . . . . ibd.

22. E. ad id valens . . . . . 176

23. E. lenia . . . . . ibd.

24. E. elephantinum . . . . . ibd.

25. E. alia lenia . . . . . ibd.

26. E. aliud ad idem . . . . . ibd.

27. E. Archagathi ad idem . . . . . ibd.

28. E. ad leniendum apta . . . . . ibd.

Cap. XX. De pastillis . . 177

1. P. ad recentia vulnera . . . . . ibd.
2. P. *σφογγίς* Polyidae . . . . . ibd.
3. P. ad ulcera sordida . . . . . ibd.
4. P. Andronis ad uvam inflammata . . . . . ibd.
5. P. ad aui fissa . . . . . ibd.
6. P. ad expellendum calculum . . . . . 178

Cap. XXI. De pessis . . . . . ibd.

1. P. ad evocandum sanguinem . . . . . ibd.
2. P. ad vulvam molliendam . . . . . ibd.
3. P. Boethi ad idem . . . . . ibd.
4. P. Numenii ad vulvae inflammationes . . . . . ibd.
5. P. ad ejiciendum infantem mortuum . . . . . ibd.
6. P. ad mulierem, quae vitio locorum concidit . . . . . ibd.
7. P. ad mulierem, quae non comprehendit . . . . . ibd.

Cap. XXII. De medicamentis quibus aridis utimur 179

1. Mixture aridae ad carnem supercrescentem . . . . . ibd.
2. M. a. ad carnem putrem . . . . . ibd.
3. Compositio Herae . . . . . ibd.
4. C. Judaei . . . . . 180
5. C. Jollae . . . . . ibd.
6. C. ad sanguinis profluvia . . . . . ibd.
7. C. Timaei ad ignem sacrum . . . . . ibd.
8. C. ad sternumenta excitanda . . . . . ibd.
9. Gargarizationes quibus fieri debeant . . . . . ibd.

Cap. XXIII. De antidotis . . . . . ibd.

1. Compositio antidoti . . . . . 181
2. Antidotum ambrosiae . . . . . ibd.
3. Antidotum Mithridatis . . . . . ibd.

Cap. XXIV. De Acopis . . . . . 182

1. Acopum utile nervis . . . . . ibd.
2. A. *εὐώδες* iisdem utile . . . . . ibd.
3. A. *ἔγχροστα* . . . . . ibd.
4. A. ad ignem sacrum . . . . . ibd.

Cap. XXV. De catapotiiis . . . . . 183

1. C. *ἀνώδυνα* . . . . . ibd.
2. C. valens ad somnum . . . . . ibd.
3. C. ad dolores leniendos . . . . . ibd.
4. C. aliud ad multa valens . . . . . ibd.

5. C. ad inducendum somnum, quem vulva dolens prohibuit . . . . . 184
6. C. ad jecur sanandum . . . . . ibd.
7. C. ad finiendos dolores lateris . . . . . ibd.
8. C. ad dolores thoracis . . . . . ibd.
9. C. Athenionis ad tus-sim . . . . . ibd.
10. C. Heraclidis ad tus-sim . . . . . ibd.
11. C. ad purganda ulcera in faucibus . . . . . ibd.
12. C. colice Cassii . . . . . ibd.
13. C. ad ejiciendum infantem mortuum . . . . . 185
14. Laborantibus ex partu quid dari debeat . . . . . ibd.
15. Ad adjuvandam vocem . . . . . ibd.
16. Adversus urinae difficultatem . . . . . ibd.
17. Arteriae . . . . . ibd.

Cap. XXVI. De quinque generibus noxarum corporis . . . . . 185

1. De vulneribus, in genere . . . . . 186
2. Quae vulnera insana-bilia sint . . . . . ibd.
3. Quae vulnera difficilem curationem habeant . . . . . ibd.
4. Quae vulnera tutiorem curationem habeant . . . . . ibd.
5. Observationes in vulneris genere et figura . . . . . 187
6. Aetatis observatio, et corporis, et vitae et temporis . . . . . ibd.
7. Signa eorum quae intus laesa sunt . . . . . ibd.
8. Signa percussi cordis . . . . . ibd.
9. „ pulmonis icti . . . . . ibd.
10. „ jecinoris vulnerati . . . . . ibd.
11. Signa percussorum renum . . . . . 188
12. Signa lienis vulnerati . . . . . ibd.
13. „ percussae vulvae . . . . . ibd.
14. Signa cerebri percussi . . . . . ibd.
15. „ percussi stomachi . . . . . ibd.
16. Signa ventriculi et intestinorum vulnerati . . . . . ibd.
17. Signa percussae medullae spinalis . . . . . ibd.
18. Signa septi transversi percussi . . . . . ibd.
19. Signa vesicae vulneratae . . . . . 189

20. De sanguine, sanie, pure et eorum speciebus . . . . . 199
21. Curatio adversus profusionem sanguinis in vulneribus . . . . . 190
22. Curatio adversus vulnenum inflammationem . . . . . 191
23. De glutinatione vulnenum . . . . . ibd.
24. Quomodo vulnus deligari conveniat . . . . . 192
25. Quomodo vulnerato agendum sit . . . . . 193
26. De notis vulnerum . . . . . ibd.
27. De curationibus vulnerum . . . . . 194
28. Curationes propriae articularum . . . . . ibd.
29. Vulnus quomodo purgandum est . . . . . 195
30. Quomodo vulnus implendum est . . . . . ibd.
31. De ulceribus, quae extrinsecus per vulnera incidunt . . . . . 196
32. Curatio veteris ulceris . . . . . 197
33. „ erysipelatum . . . . . ibd.
34. „ gangraenae . . . . . 198
35. „ vulnenum, ubi quid collisum est, aut detritum aut infixum . . . . . 199
36. Quomodo cicatrix vulneri inducenda sit . . . . . ibd.

Cap. XXVII. De curatione vulnerum, quae per

- morsus inferuntur . . . . . 200
1. De morsu, in genere . . . . . ibd.
2. Curatio adversus rabiosi canis morsus . . . . . ibd.
3. Curationes communes adversus omnes morsus serpentium . . . . . 201
4. Curationes speciales adversus ictus serpentium, et primo aspidis . . . . . 202
5. Adversus ictum scorpionis . . . . . 203
6. Adversus aranei et scorpionis ictum . . . . . ibd.
7. Adversus cerastis, et dipsadis, et haemorrhoidis ictum . . . . . ibd.
8. Adversus chelydri ictum . . . . . ibd.
9. Adversus phalangii ictum . . . . . ibd.
10. Adversus serpentium Italorum ictum . . . . . ibd.
11. Remedium generale adversus omnia venena vel in cibo, vel in potu assumpta . . . . . 204.

12. Specialia remedia adversus quaedam venena . . . . . 204
13. De adustis corporis locis, et quomodo curari debeant . . . . . ibd.

Cap. XXVIII. De interioribus ulceribus, quae aliqua corporum parte corrupta nascuntur . . . . . 205

1. De carbunculo . . . . . ibd.
2. De carcinomate . . . . . 206
3. De thieriomate . . . . . 207
4. De sacro igne . . . . . 208
5. De chironio ulcere . . . . . 209
6. De ulceribus, quae ex frigore in pedibus et manibus oriuntur . . . . . 210
7. De stuma . . . . . ibd.
8. De furunculo . . . . . ibd.
9. De phymate . . . . . 211
10. De phlygethlo . . . . . ibd.
11. De abscessibus . . . . . ibd.
12. De fistulis . . . . . 213
13. De ulcere quod *κηρίον* Graeci vocant . . . . . 216
14. De arcochordone et thymio, et myrmecis et clavo . . . . . ibd.
15. De pustularum generibus . . . . . 218
16. De scabie . . . . . 219
17. De impetiginis speciebus . . . . . 218
18. De papulis . . . . . 220
19. De vitiliginis speciebus . . . . . 221

LIBER SEXTUS . . . . . 222

- Cap. I. De vitis singularum corporis partium . . . . . ibd.
- II. De porrigine . . . . . ibd.
- III. De Sycosi . . . . . 223
- IV. De Areis . . . . . ibd.
- V. De varis, lenticulis et ephelidis . . . . . 224
- VI. De oculorum morbis . . . . . 225
1. De oculi morbis, in genera . . . . . ibd.
2. De diversis oculorum collyriis . . . . . 227
3. Collyrium Philonis . . . . . 228
4. „ Dionysii . . . . . ibd.
5. „ Cleonis . . . . . ibd.
6. „ Theodoli . . . . . ibd.
7. „ Cythion vel tephrium . . . . . ibd.
8. Collyrium Enelpidis trygodes . . . . . 229
9. Collyrium Nilaei, omnium optimum . . . . . 230



10. De carbunculis oculorum	231	3. Compositiones ad omnia aurium vitia . . .	241
11. De pusulis oculorum	ibid.	4. De ulcere sordido aurium . . . . .	242
12. Collyrium Philalethes ad pusulas oculorum	ibid.	5. Adversus aurium vermes . . . . .	ibid.
13. De ulceribus oculorum, et de collyrio <i>διὰ λιβάνου</i> . . . . .	ibid.	6. Ad compressa aurium foramina . . . . .	ibid.
14. De imminutione oculorum . . . . .	232	7. Ad gravem auditum .	ibid.
15. De pediculis palpebrarum . . . . .	ibid.	8. Ad sonitum aurium intra se ipsas . . . . .	243
16. De oculorum gravioribus morbis . . . . .	ibid.	9. Ad ea, quae in aurem inciderunt, extrahenda	ibid.
17. Collyrium Euelpidis <i>μειμιγμένον</i> nominatum . . . . .	233	Cap. VIII. De narium morbis	244
18. De oculorum ulceribus supererescensibus, sordidis, cavis, veteribus	ibid.	1. De naribus exulceratis .	ibid.
19. Collyrium smilii . . . . .	ibid.	2. De carnositas caruncularum . . . . .	245
20. C. Euelpidis chiron. . . . .	ibid.	Cap. IX. De dentium dolore	ibid.
21. C. ejusdem sphaerion . . . . .	ibid.	X. De tonsillarum inflammatione . . . . .	247
22. C. ejusdem liquidum . . . . .	234	XI. De oris ulceribus . . . . .	248
23. De cavis oculorum ulceribus . . . . .	ibid.	XII. De linguae ulceribus . . . . .	250
24. Collyrium Hermonis . . . . .	ibid.	XIII. De parulidibus et ulceribus gingivarum . . . . .	ibid.
25. De cicatricibus oculorum; de collyriis asclepio, et canopite et pyxino . . . . .	ibid.	XIV. De uvae morbo . . . . .	251
26. 27. De alio genere inflammationis oculorum. Collyrium caesarianum . . . . .	235	XV. De eanero oris . . . . .	252
28. Collyrium Hieracis . . . . .	ibid.	XVI. De parotidibus . . . . .	253
29. De arida lippitudine . . . . .	ibid.	XVII. De umbilico prominente . . . . .	ibid.
30. Collyrium rhinion . . . . .	236	XVIII. De obscoenarum partium vitiis . . . . .	ibid.
31. Collyria ad oculos scabros . . . . .	ibid.	1. De obscoenis vocabulis	ibid.
32. De caligine oculorum . . . . .	237	2. De colis morbis . . . . .	254
33. Collyrium <i>διὰ κρόκου</i> . . . . .	ibid.	3. De cancro colis . . . . .	256
34. De caligine, quae propter senectutem aut aliam imbecillitatem fit . . . . .	ibid.	4. De phagedaena colis . . . . .	ibid.
35. De suffusione oculorum	ibid.	5. De carbunculo colis . . . . .	257
36. De resolutione oculorum	ibid.	6. De testiculorum morbis	ibid.
37. De mydriasi oculorum . . . . .	238	7. De ani morbis. De rhagadiis . . . . .	ibid.
38. De imbecillitate oculorum . . . . .	ibid.	8. De condylomate . . . . .	258
39. Ad oculos, qui quin sanguine suffusi sunt, extrinsecus offenduntur . . . . .	ibid.	9. De haemorrhoidibus . . . . .	259
Cap. VII. De aurium morbis	239	10. Si anus, vel os vulvae procidit, qua curatione utendum sit . . . . .	ibid.
1. De inflammat. et dolore aurium . . . . .	ibid.	11. De fungo ani, aut vulvae	260
2. De pure et malo odore aurium . . . . .	240	Cap. XIX. De digitorum ulceribus . . . . .	ibid.
		LIBER SEPTIMUS . . . . .	262
		Praef. De chirurgia, ejusque historia, et de optimi Chirugi qualitatibus . . . . .	ibid.

- Cap. I. De luxatis . . . . 263
- II. De his quae per se intumescunt, quomodo incidenda et curanda sint . . . . 264
- III. De bonis malisve signis suppurationum 266
- IV. De fistulis . . . . ibd.
1. De fistulis, in genere . . . . ibd.
2. De costarum fistulis . . . . 267
3. De ventris fistulis . . . . ibd.
4. De ani fistulis . . . . 268
- V. De telis e corpore extrahendis . . . . 269
1. De telis, in genere . . . . ibd.
2. De sagittis recipiendis . . . . 270
3. De latis telis educendis . . . . ibd.
4. De alio telorum genere . . . . ibd.
5. De venenato telo evellendo . . . . . 271
- VI. De gangliis, de meliceride, et atheromate, et steatomate, et capitis tubereulis . . . . ibd.
- VII. De oculorum vitiis, quae scalpello et manu curantur . . . . 272
1. De vesicis palpebrarum . . . . . ibd.
2. De crithae . . . . . 273
3. De chalaziis . . . . . ibd.
4. De ungue oculorum . . . . . ibd.
5. De encanthide . . . . . 275
6. De ancyloblepharo . . . . . ibd.
7. De aegilope . . . . . 276
8. De pilis palpebrarum oculum irritantibus . . . . . ibd.
9. De lagophthalmo . . . . . 278
10. De ectropio . . . . . ibd.
11. De staphylomate . . . . . ibd.
12. De clavis oculorum . . . . . 279
13. De oculorum natura . . . . . ibd.
14. De suffusione oculorum . . . . . 280
15. De pituita oculorum . . . . . 281
- Cap. VIII. De aurium morbis, qui manu et scalpello curantur . . . . 283
- IX. Curta in auribus, labrisque aë naribus, quomodo sarciri et curari possint . . . . 284
- X. De polypo . . . . . 286
- XI. De ozaena . . . . . ibd.
- Cap. XII. De oris vitiis, quae manu et ferro curantur . . . . . 287
1. Si dentes moventur . . . . . ibd.
2. De tonsillis induratis . . . . . 288
3. De inflammat. uvulae . . . . . ibd.
4. De lingua frenata . . . . . ibd.
5. De abscessu sub lingua . . . . . 289
6. De labris fissis . . . . . ibd.
- XIII. De cervicis vitio 289
- XIV. De umbilici vitiis 290
- XV. Quomodo aqua hydropicis emittatur . 292
- XVI. De ventre ictu perforato, et intestinis vulneratis . . . . 293
- XVII. De interiore membrana abdominis rupta . . . . . 294
2. De varicibus ventris . . . . . 295
- XVIII. De testiculorum morbis . . . . . ibd.
- XIX. De testiculorum curationibus, et primo de incisione, et curatione inguinis vel seroti . . . . . 297
- XX. De intestini in serotum devoluti curatione . . . . . 300
- XXI. De omenti in serotum prolapsi curatione . . . . . 302
2. De herniae aquosae curatione . . . . . ibd.
- XXII. De ramieis curatione . . . . . 303
- XXIII. De carne quae inter tunicas testiculorum increvit, et de nervo indurato . . . . 304
- XXIV. De ramiee inguinis . . . . . ibd.
- XXV. Ad tegendam glandem colicis, si nuda est 305
2. Quomodo glans colicis contacta aperiri possit . . . . . ibd.
3. Infibulandi ratio . . . . . 306
- XXVI. De mingendi difficultate et curatione . . . . . ibd.

2. Calculosis quae curatio  
adhibenda . . . . . 307  
3. Signa calculorum vel  
arenosorum, vel mol-  
lium . . . . . 311  
4. De calculis mulierum . . . . . ibd.  
5. Quae curatio calculo  
evulso habenda sit . . . . . 312

Cap. XXVII. De cancro qui,  
excisa vesica, naseit-  
tur . . . . . 314

XXVIII. De naturalium  
feminarum coneubi-  
tum non admitten-  
tium curatione . . . . . 316

XXIX. Qua ratione par-  
tus emortuus ex utero  
excutiatur . . . . . ibd.

XXX. De ani vitiis . . . . . 319  
1. De callis in ano . . . . . ibd.  
2. De condylomat. . . . . ibd.  
3. De haemorrhoidibus . . . . . ibd.

XXXI. De varieibus . . . . . 320

XXXII. De digitis eo-  
haerentibus et eur-  
vatis . . . . . 321

XXXIII. De gangraena . . . . . ibd.

LIBER OCTAVUS . . . . . 323

(Cap. I. De positu et figura  
ossium totius humani  
eorporis . . . . . ibd.

II. Ossa vitiata et eor-  
rupta quibus signis  
cognoscantur, et qua  
ratione curentur . . . . . 329

III. Quomodo os exei-  
datur . . . . . 330

IV. De calvaria fracta . . . . . 333

V. De naso fracto . . . . . 338

VI. De auribus fractis . . . . . 339

VII. De maxilla fracta,  
et quibusdam ad on-

nia ossa pertinenti-  
bus . . . . . 340

Cap. VIII. De jugulo fracto . . . . . 341  
2. De diversis ossium cu-  
ris . . . . . 342

IX. De costis fractis . . . . . ibd.  
2. De spina fracta . . . . . 344

X. De humerorum, bra-  
chiorum, femorum,  
crurum, digitorum  
fractorum curatione . . . . . ibd.

1. De membris fractis, in  
genere . . . . . ibd.

2. De humero fracto . . . . . 347

3. De brachio fracto . . . . . 348

4. De cubito fracto . . . . . ibd.

5. De cruribus, femori-  
busque fractis . . . . . ibd.

6. De digito fracto . . . . . 349

7. Communes curationes  
ad humeros, brachia,  
femora, crura, digitos-  
que contractos perti-  
nentes . . . . . ibd.

XI. De ossibus luxatis . . . . . 352

XII. De maxilla luxata . . . . . 353

XIII. De capite luxato . . . . . 354

XIV. De spina luxata . . . . . ibd.

XV. De humero luxato . . . . . 355

XVI. De cubito luxato . . . . . 357

XVII. De manu luxata . . . . . 358

XVIII. De palma luxata . . . . . ibd.

XIX. De digitis luxatis . . . . . ibd.

XX. De femore luxato . . . . . 359

XXI. De genu luxato . . . . . 360

XXII. De talo luxato . . . . . 361

XXIII. De planta lu-  
xata . . . . . ibd.

XXIV. De digitis lu-  
xatis . . . . . ibd.

XXV. De his, quae cum  
vulnere loco moven-  
tur . . . . . 362

# INDEX

## NOMINUM PROPRIORUM.

---

Prior numerus paginam, posterior versum indicat.

- Aesculapius 1, 10.  
 Agamemnon 1, 13.  
 Ajax 101, 33.  
 Ammonius 262, 24. 311, 26.  
 Andreas 160, 9. 168, 3. 169, 7.  
 232, 38. 359, 23.  
 Andron 177, 26. 251, 25 (*medicam.*  
*andronium*). 255, 12, 16.  
 Antigoni Regis Medicus, Chry-  
 sippi discipulus 106, 15.  
 Apollonius empiricus 2, 30.  
 Apollonii duo 262, 24.  
 Apollonius Mys 160, 9.  
 Apollophanes 167, 34.  
 Arabs medicus (?) 169, 22.  
 Arehagathus 176, 26.  
 Aristogenes 171, 3.  
 Ariston 171, 33.  
 Asclepiades 2, 36. 3, 28. 4, 20.  
 5, 26. 17, 3. 18, 25. 38, 15.  
 56, 34. 58, 23, 31. 60, 30.  
 62, 25. 78, 21. 31. 79, 24. 80,  
 35. 81, 28. 87, 13. 95, 11. 99,  
 4, 15. 100, 26. 107, 27. 115,  
 28. 128, 8. 132, 7. 135, 3.  
 151, 29. 160, 11. 241, 26.  
 Athenion 184, 21.  
 \* Attalum (*medicam.*) 174, 3. 228,  
 16.  
 Boëthus 178, 21.  
 Cassius 11, 38. 147, 20. 184, 35.  
 Chrysippus 2, 18. 106, 14. 171, 21.  
 Clcon 228, 11. 230, 17. 231, 27.  
 Cleopphantus 95, 8.  
 Craton 241, 13. 254, 37.  
 Ctesiphon 171, 23.  
 Democritus 2, 13. 38, 10.  
 Dexius 172, 10.  
 Dioeles Carystius 2, 17. 115, 16.  
 146, 6. 270, 26. 359, 29.  
 Diogenes 175, 26. 200, 26.  
 Dionysius 228, 8. 259, 29.  
 Empedocles 2, 13.  
 Epieurus 106, 25.  
 Erasistratus 2, 18. 3, 27. 4, 17.  
 4, 37. 8, 29. 9, 28. 10, 13, 27.  
 79, 16. 80, 9. 91, 4, 17. 92,  
 19. 109, 7. 135, 1. 144, 21.  
 146, 20. 158, 27. 160, 5. 240,  
 38. 254, 36.  
 Euelpides 229, 1. 233, 14, 32.  
 234, 36. 236, 22.  
 Euelpistus 263, 3.  
 Euthyeleus 171, 10.  
 Glaucias 2, 30.  
 Gorgias 262, 23. 290, 20.  
 Hecataeus 175, 4. 199, 32.  
 Heraclides Tarentinus 2, 31. 85,  
 17. 96, 18. 184, 26. 275, 31.  
 359, 30, 31.  
 Heras 179, 37. 209, 24. 240, 36.  
 Hermon 234, 18.  
 Heron 262, 24. 290, 22.  
 Hephophilus 2, 18. 3, 22. 4, 37.  
 5, 26. 91, 4, 17. 160, 6. 279, 33.  
 Hierax 235, 31.  
 Hippocrates 2, 14. 3, 22. 4, 19.  
 5, 25. 8, 29. 11, 18. 27, 5.  
 59, 2. 80, 27. 81, 10. 91, 5, 15.  
 115, 13. 126, 16. 149, 26. 226,

7. 262, 19. 333, 27. 341, 23. Philippus Epirotes 106, 17.  
 355, 11. 356, 21. 359, 28, 33. Philon 228, 1.  
 362, 10. Philocrates 174, 28. 199, 31.  
 Homerus 1, 15. Philotas 173, 16.  
 Iollas 180, 8. Philotimus 359, 29.  
 Irenaeus 221, 24. Philoxenus 262, 21.  
 Judaeus 174, 8. 180, 4. Plistonicus 4, 18.  
 Lysias 167, 29. Podalirius 1, 12.  
 Machaon 1, 13. Polyarchus 168, 23. 343, 24.  
 Medius 168, 35. Polyides 177, 15. 192, 21.  
 Meges 210, 26. 215, 10. 263, 4. Praxagoras 2, 17. 4, 18.  
 264, 16. 276, 2. 290, 16. 310, Protarchus 169, 32. 219, 23. 220,  
 20. 360, 31. 20, 35. 359, 33.  
 Menemachus 247, 1. Ptolemaeus Rex 181, 18.  
 Menophilus 241, 7. Ptolemaeus 241, 5.  
 Metrodorus 106, 25. Pythagoras 2, 13.  
 Mithridates 181, 27. Serapion 2, 27. 220, 20.  
 Mosehus 168, 30. Sosagoras 171, 18.  
 Myron 220, 36. 221, 28. Sostratus 262, 23. 267, 28. 290,  
 \*Nicon 169, 12 (ef. *Adn. critt.*). 17.  
 170, 37. Tharrias 104, 25. 109, 2.  
 Nilens 168, 26. 230, 19. 231, 16, Themison 2, 38. 9, 31. 10, 33.  
 27. 359, 30, 33. 79, 26. 81, 34. 148, 20. 240, 19.  
 Numenius 172, 4. 178, 24. Theodotus 228, 21, 25.  
 Nymphodorus 359, 33. Theoxenus 171, 38.  
 Orestes 101, 34. Timaeus 180, 18.  
 Panthemus 169, 1. Tryphon pater 225, 1. 263, 2.  
 Petron 91, 5. Zenon 160, 9.  
 \*Philalethes 231, 23. 234, 13. Zopyrus 181 18.
-



# INDEX VERBORUM

## NOTATU DIGNORUM\*).

### A.

- Abdomen. IV 1 (122, 37). abdominis membrana *ibid.* et VII, 17. inum abdomen VII, 26, 2 (308, 23).
- Abellana seu avellana. III, 27, 4.
- Abortus. II, 1 (30, 2); II, 8 (51, 4).
- Abrotonum (*Artemisia abrot.*). urinam movet III, 21 (107, 14). purgat V, 5. discutit V, 11.
- Abscedo. II, 7; V, 21; VII, 2, 1; VII, 7, 7; VII, 12, 5.
- Abscessus. II, 8 (49, 4); V, 28, 11.
- Absinthium (*Artemisia abs.*). stomacho aptum II, 24. urinam movet II, 31. incoetum IV, 16.
- Abstinencia. abstinentiae duo genera II, 16. saepe inutilis nimia abstinentia I, 2 (15, 14).
- Abstineo *absolute*. III, 4 (80, 2); III, 12; III, 13; III, 15.
- Acacia (*Mimosa arabica*). sanguinem supprimit V, 1. acaciae succus corpus exedit V, 7.
- Acanthium gummi (*Gummi acaciae arabicae*). vulnera glutinat V, 2.
- Accessio. *accessio febris* II, 12, 2. *acc. morbi comitialis* II, 8 (46, 5).
- Accipio *intelligo*. VIII, 14.
- Accr. acria mali succi sunt II, 21. nimis austera etc. II, 22. abstinere ab acribus IV, 17. acrioribus utendum est IV, 5. manducare quae sunt accerrima IV, 4. acria medicamenta, et acres cibi VI, 6, 14. curatio acer VI, 6, 1 (226, 21).
- Acerbus. mali succi sunt acerba II, 21. acerbum olcum II, 33.
- Accesco. res in stomacho accescunt II, 19. cibus accescit cet. I, 8.
- Acetabulum. V, 24, 2; V, 18, 15.
- Acetum. in media materia est II, 18 (66, 14). acetum acre IV, 16. ac. ex scilla VI, 15. ac. scilliticum V, 19, 19. ac. acerrimum IV, 9.
- Acia. V, 26, 23.
- Acida. stomacho apta sunt II, 24. pituitam extenuant II, 23. acida adv. licnem IV, 16.
- Acies *oculorum*. VI, 6, 37.
- Acinus. v. *Σταφύλωμα*.
- Acopum. acopa utilia nervis V 24. acopo articuli perfricentur IV, 31 (158, 21).
- Acorum (*Ac. calamus*). urinam movet III, 21 (107, 15).
- Actio naturalis. I, *prooem.* 4, 9.

\*) Numeri romani libros indicant, arabici vero capita, vel si duo deinceps leguntur, caput et paragrahium. Quum vero interdum nimia capitum vel paragrahium prolixitas faciem cuiusvis loci Celsiani inventionem impediret, passim numeris nostris inclusis designavi paginam et lineam. — Quod ad nomina attinet quibus nostri aevi botanici plantas designant, duces secutus sum vel Fraas (*Synopsis plantarum florae classicae*) vel Lenz (*Botanik der alten Griechen und Römer*).

- Aculeus. VIII, 10, 7 (350, 33).  
 Acumen. VIII, 10, 7.  
 Acus. VII, 7, 8; VII, 7, 14.  
 Adeps. sensu caret IV, 1 (122, 16).  
 concoquit et movet pus V, 3.  
 purgat V, 5. mollit V, 15. re-  
 cens adeps? III, 7, 2. vetustis-  
 sima IV, 64 (128, 27). anserina  
 V, 21 (178, 26). leonina *ibid.*  
 recens suilla IV, 27, 1. ex fele  
 II, 33.  
 Adglutino. mentum pectori ad-  
 glutinare VIII, 13. agglutinan-  
 da cucurbitula VII, 26, 5 (312,  
 21).  
 Adjuvans. VI, 6, 8.  
 Adolescens. famem facilius quam  
 puer sustinet I, *prooem.* (12, 22).  
 Adolescentia. labor longam ado-  
 lescuntiam reddit I, 1 (13, 14).  
 acutis morbis adolescentia ma-  
 gis patet II, 1 (28, 23).  
 Adolescentulus. articuli facile  
 excidunt in pueris et adole-  
 scentulis VIII, 11 (352, 22).  
 Adstringeus. adstringentes cibi  
 IV, 26 (151, 15).  
 Adstringo. alvum adstringit la-  
 bor cet. I, 3 (20, 22).  
 Adversus medicus. III, 6 (86, 22);  
 VIII, 10, 2.  
 Adurens. medicamenta adurentia  
 V, 28, 2; V, 28, 7.  
 Aegyptius. *vid.* Alumen, Faba.  
 Aegyptus. VII, *prooem.* (262, 21);  
 III, 4 (79, 24).  
 Aerugo. reprimat V, 2. purgat V,  
 5. rodit V. 6. exedit V, 7. cru-  
 stas ulceribus inducit V, 9. acr-  
 rasa V, 18, 2; V, 19, 8.  
 Aes. combustum rodit V, 6. aeris  
 flos exedit V, 7. sanguinem  
 supprimit squama aeris; duae  
 species V, 1. squama aeris pur-  
 gat II, 12, 1; V, 5. exedit V, 7.  
 adurit V, 8. lenissima ex adu-  
 rentibus est V, 28, 2. squama  
 aeris, quod *στόμωμα* appellant  
 VI, 6, 5.  
 Aestas. periculosior est II, 1 (27,  
 22). pueri proximique his..  
 aestate prima tutissimi sunt  
 II, 1 (30, 19). iuimieior seni-  
 bus hiems, aestas adoleseenti-  
 bus est II, 1 (30, 22). aestate  
 et cibo et potione saepius cor-  
 pus eget I, 3 (21, 16). aestate  
 in totum, si fieri potest, *venere*  
 abstinendum est *ibid.* (21, 34).  
 si sicca aestas aquilones ha-  
 buit cet. II, 1 (30, 10). aestas  
 non quidem vacat plerisque his  
 morbis, sed adjicit febres cet.  
 II, 1 (28, 35).  
 Aestuans. III, 19 (104, 5); I, 3  
 (17, 36).  
 Aestus. I, 10; II, 17 (63, 24); II,  
 8 (17, 10); III, 5 (82, 19); V,  
 26, 31.  
 Aetates. *in genere* I, 3 (20, 31).  
 Agito. *exaspero, irrito.* V, 28, 2.  
*tracto.* VII, 26, 3 (311, 22); I,  
*prooem.* (2, 5).  
 Agnus. II, 18 (65, 31).  
 Agricola. I, *prooem.* (6, 5).  
 Agricultura. I, *prooem.* (1, 1).  
 Ala. humerus in alam excidit  
 VIII, 15 (355, 25). avium alae,  
 colla cet. II, 18 (65, 33).  
 Aleyonium. V, 28, 19; rodit V, 6.  
 exedit V, 7.  
 Alexandria. III, 22 (111, 21).  
 Alexandrinus. *v.* Calamus, Em-  
 plastrum.  
 Alica. clota II, 18 (66, 8). alica  
 boni succi est II, 20. crassio-  
 rem pituitam facit II, 23. dan-  
 da est clota alica ex aqua mul-  
 sa IV, 14 (140, 8).  
 Alienatio mentis. IV, 2 (123, 13).  
 Alienatus. V, 26, 23 (191, 27).  
 Alimentum. VIII, 10, 7 (349, 11);  
 IV, 13 (139, 13); II, 18 (64, 18);  
 II, 18 (64, 34); II, 18 (66, 4).

- Allium** (*A. sativum*). II, 18 (65, 5). allium mali sueci II, 21. acre II, 22. inflat II, 26. calefacit II, 27. alvum movet II, 29. allium frietum IV, 8. spica allii IV, 10. allii semen V, 21, 1. contra humbricos IV, 24.
- Allobrogicus**. v. Vinum.
- Aloe**. sanguinem supprimit V, 1. qui dejieere vult .... aloen sumat I, 3 (20, 5).
- Alumen**. sanguinem supprimit V, 1. aperit V, 4. exedit V, 7. alumen rotundum evocat et educit V, 12. alumen liquidum rodit, sed magis rotundum V, 6. alumen seissile adurit V, 8. alumen et seissile, quod *σχιστόν* vocatur, et liquidum reprimunt V, 2. alumen aridum; al. melinum rotundum VI, 19. alumen aegyptium V, 28, 12 (215, 6).
- Alvus**, pro ea capacitate qua ventriculus, intestina, jecur, lienis, renes, vesica, vulva continentur. I, prooem. (7, 16). uterus III, 21 (108, 31) et passim. — pro intestinis II, 12, 2 (56, 33); IV, 19. pro materia quam intestina infra emittunt IV, 26 (151, 4) et passim.
- Amaraeus** (*Origanum majorana*). discutit V, 11.
- Amaritudo**. V, 27, 2.
- Amarus**. amara calefaciunt I, 3 (20, 10). mel quam amarissimum VI, 5.
- Ambrosia**. V, 23, 2.
- Ambubeja** (*Cichorium intybus*). alvum adstringit II, 30.
- Ambulatio**. I, 2 (14, 32); IV, 16; I, 3 (20, 16); III, 23; III, 27, 3; III, 27, 4; IV, 8; IV, 10; IV, 31; V, 26, 28; VII, 12, 1.
- Ammoniacum** (*Gummi ammon.*). purgat V, 5. discutit V, 11. ammoniae. thymiana V, 18, 7 et passim.
- Ammoniacus**. v. Sal.
- Amomum** (*Cissus vitiginea?*). urinam movet III, 21 (107, 11). somnum provocat III, 18 (100, 25).
- Amurca**. VI, 19; V, 28, 16.
- Amylum**. boni sueci est II, 20. lene est II, 22. crassiorem pituitam facit II, 23. contrahere semen videtur IV, 28.
- Anethum** (*A. graveolens*). mali succi est II, 21. inflationes levat II, 26. alvum movet II, 29. urinam movet II, 31.
- Angina**. IV, 7; II, 10 (53, 18); II, 7 (42, 36).
- Anguis**. V, 27, 10.
- Angulus oculorum**. VII, 7, 8. anguli laborum VII, 9.
- Anhelatio**. v. *Ἀσθμα*.
- Anima**. II, 1 (29, 24); VII, 3.
- Anisum** (*Pimpinella anisum*). mali sueci est II, 31. urinam movet II, 21.
- Anser**. generis valentissimi est II, 18 (64, 20).
- Anserinus**. v. Adeps.
- Antidotum**. V, 25, initio; cf. § 1; V, 25, 2; V, 25, 3.
- Anus**. IV, 25; VI, 18, 7; VII, 30, 1.
- Aper**. generis valentissimi II, 18 (64, 20).
- Apium** (*A. graveolens*). urinam movet II, 31. reprimet et refrigerat II, 33. apii semen rodit V, 6.
- Aqua**. aqua omnium imbecillissima II, 18 (66, 16). levissima pluvialis II, 18 (66, 23). quam optima aqua VI, 11. aqua pluvialis II, 30. pluvialis VI, 6, 16. duleis VI, 18, 9. marina II, 12, 2 (57, 26). salsa III, 24. tepida subsalsa III, 12. tenera II, 29. dura, id est quae tarde putescit II, 30. tepida VI, 7, 4. calida VI, 18, 7. bene calida *ibid.* egelida I, 8. bene frigida

- IV, 22. gelida IV, 12 (135, 34).  
 praefrigida II, 30. quam frigidissima IV, 26 (151, 29). decocta III, 23 (114, 34). aqua pura II, 12, 2. aqua mulsa IV, 7 *et passim*. aqua a ferrario fabro IV, 16 (142, 19). prodest interdum aquis frigidis uti I, 3 (13, 15). aquae calidae in morbis oculorum VI, 6, 37.
- Aqua inter cutem. III, 21 (105, 28); II, 8 (45, 26); II, 8 (48, 31); III, 8 (49, 3).
- Aquilo. II, 1 (29, 16); II, 1 (30, 13).
- Aranea. V, 2.
- Aranens. V, 27, 6
- Ardens. *v.* Febris.
- Area. VI, 4.
- Argemonia (*Papaver argemone*). V, 27, 10.
- Argentum. *v.* Spuma.
- Aristolochia (*A. pallida et boetica*?) corpori infixae educit V, 26, 35. cretica V, 18, 7
- Armoracia (*Raphanus rusticanus*?). IV, 16.
- Aroma. III, 21 (107, 18).
- Arquatus morbus. III, 24 II, 4 (34, 27); II, 8 (50, 5).
- Artatus. fasciae artatae VI, 18, 8.
- Arteria. II, 10 (54, 27); I, *prooem.* (10, 26); IV, 1 (120, 10). arteria aspera IV, 11 (133, 35).
- Arteriace. *v.* Catapotium.
- Articulus. IV, 29 *et passim*. articulus dolores vel morbi II, 7 (39, 30); II, 8 (45, 37); II, 8 (49, 6); IV, 31.
- Arundo (*Arundo donax*?). V, 26, 35. VI, 7, 1 (240, 3).
- Asia. III, 4 (79, 23).
- Aspalathus (*Mimosa*? seu *Genista acanthoclada*). V, 27, 1.
- Asparagus (*A. acutifolius* seu *aphyllus*?). mali succi est II, 21. acris est II, 22. alvum movet II, 29. urinam movet II, 31.
- Aspis. V, 27, 4.
- Asphodelus (*A. ramosus seu luteus*). V, 27, 7.
- Aspredo. V, 28, 2 (206, 27) *et passim*.
- Aspritudo. V, 28, 15; VII, 26, 2; VII, 23; VI, 6, 26.
- Assius. *v.* Lapis.
- Assus. II, 18 (66, 5); IV, 26 (151, 25).
- Asteriace. V, 25, 17.
- Athleta. I, 2 (15, 7).
- Atramentum *scriptor.* seu *sutor.* V, 1; V, 6; V, 7. V, 8; V, 19, 15; VI, 8, 1; VIII, 4 (334, 10).
- Aucupium. II, 26.
- Avis. II, 18 (64, 20); II, 18 (64, 26); II, 18 (65, 11); II, 29; II, 30; II, 18 (65, 33); II, 28; IV, 16.
- Aura. I, 2 (14, 14).
- Aurata. *v.* Piscis.
- Auricula. auricularum dolores II, 1 (28, 36).
- Auripigmentum. reprimit V, 2. purgat V, 5. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8. crustas ulceribus inducit V, 10.
- Auris. VIII, 1 (324, 24); VI, 7, 1; VII, 8. aures imac VII, 9; aurium morbi VI, 7, 1. II, 7 (42, 25); VI, 7, 8; II, 8 (47, 13); II, 6 (36, 6); VI, 10.
- Auster. II, 1 (29, 19); I, 5; I, 10.
- Austerus. res austerae corpus extenuant I, 3 (18, 20). austera alvum adstringunt II, 30.
- Autumnus. I, 3; II, 1.

## B.

- Bacca. bacca VI, 9. lauri *ibid.*; III, 20. myrti IV, 26 (152, 15).
- Balanon myrepsicon (*Nux hyperantherae moringae*?) V, 18, 4; II, 17 (62, 12).
- Balneum. I, 1 (13, 15); II, 17 (62,

- 20); V, 27, 12; I, 3 (17, 3); III, 22 (111, 2); III, 22 (111, 12); IV, 11 (135, 17); IV, 12 (137, 2); V, 26, 28; III, 21 (109, 28); I, 6.
- Balsamum (succus *Amyris Gileadensis*). concoquit et movet pus V, 3. aperit V, 4. purgat V, 5. rodit V, 6. mollit V, 15. balsami lacrimae V, 18, 3. balsami seminis *ibid.* et V, 23, 1.
- Barba. v. *Ἀλωπεκία, Σύνκωσις*.
- Barbarus. v. Emplastrum.
- Basis. cerebri V, 26, 2. testiculi VII, 19 (298, 29); ima basis *umbilici* VII, 14 (291, 20). *venae* VII, 30, 3. cutis VII, 25, 2.
- Bdellium (succus *Amyris Kataf?*). aperit V, 4. purgat V, 5. mollit V, 15.
- Bellua marina. II, 18 (64, 21).
- Bes. V, 19, 19.
- Beta (*Beta vulgaris*). mali succi est II, 21. lenis est II, 22. refrigerat II, 27. alvum movet II, 29. beta alba (*Beta cicla*) III, 24.
- Biliosus. vomitus utilis biliosis I, 3 (19, 3). vom. biliosus II, 7 (40, 33); V, 26, 10; V, 26, 26. biliosa in stomacho III, 12 (94, 2).
- Bilis. IV, 18; VII, 18 (296, 19); VII, 23. bilis atra I, 1 (28, 30); II, 7 (41, 32); III, 18 (101, 14); II, 8 (46, 28).
- Bitumen. concoquit et movet pus V, 3. discutit V, 11.
- Botryitis. v. Cadmia.
- Brachium. VIII, 10, 3; VIII, 1 (327, 11).
- Brassica (*Br. oleracea*). inflat II, 21. magisque etiam cyma ejus mali succi est *ibid.* si suberuda est, alvum movet II, 29. bis decocta alvum adstringit II, 30. brassicae folia simul et reprimunt, et refrigerant II, 33. semen brassicae II, 24.
- Bubula. II, 28; IV, 12 (137, 10); bubulus IV, 16 (142, 27).
- Bucca. V, 26, 23.
- Bulbus (in specie *Muscari comosum*). ex media materia II, 18 (64, 25). bulbi mali succi sunt II, 21. bulbi lenes sunt II, 22. bulbi crassiorem pituitam faciunt II, 23. inflant II, 26.
- Bullulae in urina. II, 5.
- Butyrum. carnem alit et ulcus implet V, 14. mollit V, 14; butyrum recens VIII, 4 (337, 4).

## C.

- Cachrys (*C. eretica?*). V, 18, 5.
- Cadmia. exedit V, 7. cadmia curata VI, 6, 5. cadmia elota VI, 6, 21. cadmia botryitidis clota VI, 6, 6.
- Cacsarianus. v. Collyrium.
- Caesius. v. *Γαλοειδής*.
- Calamus. alexandrinus (*C. aromaticus?*) V, 24, 1. scriptorius V, 28, 12 (215, 24); VII, 11 et *passim*.
- Calceamentum. VIII, 22.
- Calculosus. II, 7 (41, 3).
- Calculus. II, 7 (41, 8); VII, 26, 1 (307, 13); VII, 26, 2; VII, 26, 3.
- Calidarium. I, 4 (22, 13).
- Caligare. VI, 6, 32.
- Caligo. I, 3 (19, 38); IV, 2 (123, 12).
- Callus. V, 26, 31 (196, 17); V, 28, 12 (214, 38); V, 28, 12 (215, 33); VIII, 4 (335, 20); VIII, 10, 7.
- Calvaria. VIII, 1 (323, 5).
- Calx, os. VIII, 1 (328, 36).
- Calx. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8.
- Canaliculus. VIII, 8 (342, 10); VIII, 19.
- Canalis. I, 4 (22, 19); IV, 12 (137, 4); VIII, 10, 5.
- Cancer. V, 26, 31; *ibid.* 24; VII, 9; VIII, 10, 1; VI, 15; VI, 18, 3; V, 22, 6; VII, 27.



- Canis. V, 27, 1; V, 27, 2.  
 Canopita. v. Collyrium.  
 Cantabrica herba (*Convolvulus cant.*?). V, 27, 10.  
 Cantharides. adurunt V, 8. cantharides purgatae V, 28, 18. si cantharidas aliquis ebibit V, 27, 12.  
 Capillus. capillis fluentibus VI, 1.  
 Capitulum. capitula venarum VI, 18, 9.  
 Capparis et capparì (*C. spinosa*). IV, 16. alvum movet II, 29. urinam movet II, 31. cortex IV, 29. radix IV, 8.  
 Caprea. valentissimi generis est II, 18 (64, 19).  
 Capreoli. reprimunt et refrigerant II, 33 (73, 9).  
 Caprificus (*Ficus carica*). lac caprifici exedit V, 7. adurit V, 8.  
 Caput. IV, 2 (123, 7).  
 Carbunculus. V, 28, 1; VI, 6, 10; V, 18, 5.  
 Carcinoma. V, 28, 2.  
 Cardamomum (*Amomum c.*). urinam movet III, 21 (107, 13). glutinat vulnus V, 2. rodit V, 6. mollit V, 15.  
 Cardiacus. III, 18 (101, 9).  
 Cardio. VIII, 1 (325, 1).  
 Caries. V, 28, 12; VIII, 2 (329, 24); VIII, 2 (330, 11).  
 Cariosus. VIII, 2 (329, 11); VIII, 2 (330, 15).  
 Carnosus. I, 3 (20, 10); II, 8 (45, 20); IV, 22.  
 Caro. tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat II, 10 (52, 28).  
 Carnes ad victum pertinentes II, 20; II, 21; II, 22; II, 24; II, 27; II, 29; II, 30; V, 28; c. elixa aut assa I, 2 (15, 17); III, 23.  
 Cartilagenosus. IV, 1 (120, 20); VIII, 8, 2.  
 Cartilago. VIII, 1 (326, 4).  
 Caruncula. VII, 7, 4; VIII, 1 (324, 19); VI, 8, 2; VII, 7, 9; V, 26, 31; VII, 27 (314, 9).  
 Caseus. generis valentissimi est II, 18 (64, 24). caseus mollis boni succi est II, 20. vetus mali succi est II, 21. alienus stomacho est II, 25. inflat II, 26. caseus et recens et vetus facile intus corrumpitur II, 28. caseus vetus II, 30.  
 Casia (*Laurus c.*). urinam movet III, 21 (107, 13). potiones ex casia IV, 27, 1 (154, 13). discutit V, 11. cortex V, 18, 3. nigra (*C. nigricans*) V, 23, 1.  
 Castoreum. III, 20 (105, 19); VI, 7, 8.  
 Castratus. cf. VII, 22 (304, 4).  
 Cataplasma. II, 33; IV, 8; III, 10; V, 28, 11; IV, 15; IV, 12 (136, 19); IV, 31 (157, 28).  
 Catapotium. IV, 15; V, 25, 1—17 (*arteriace*).  
 Caulis. II, 18 (64, 29); II, 27.  
 Cauneae. V, 21, 1.  
 Causa pro morbo III, 2; III, 3 (77, 5).  
 Cedrus (?). discutit V, 11. c. oleum V, 18, 35.  
 Centaurion (*Gentiana c.*). V, 27, 10.  
 Cepa (*Allium cepa*). mali succi est II, 21. acris II, 22. inflat II, 26. alvum movet II, 29. urinam movet II, 31. sensus excitat II, 32.  
 Cera. discutit V, 11. carnem alit et ulcus implet V, 14. mollit V, 15. cera cretica V, 18, 31. cera alba IV, 27, 1 (153, 27).  
 Cerastes. V, 27, 7.  
 Cerasum. stomacho aptum II, 24. alvum movet II, 29.  
 Ceratum. VI, 9; V, 18, 1; IV, 6; VIII, 11; IV, 31 (158, 22); VIII, 9 (343, 22); VIII, 10, 2; VIII, 10, 7; V, 28, 2.

- Cerebellum. II, 22.  
 Cerebrum. IV, 1 (122, 17); V, 26, 2; VIII, 1 (324, 22).  
 Cervical. IV, 2 (124, 14).  
 Cervinus. v. Medulla, Cornu.  
 Cervix. IV, 6; IV, 1 (120, 12); VII, 13. *cervix vesicae* IV, 1 (122, 21). *cervix vulvae* IV, 1 (122, 33).  
 Cerussa. rasa V, 19, 20. cocta V, 19, 27. combusta V, 22, 7. clota VI, 6, 12. si cerussam aliquis ebibit V, 27, 12.  
 Chalcitis. sanguinem supprimit V, 1. reprimit V, 6. purgat V, 5. rodit V, 6. excedit V, 7. adurit V, 8. chalcitis crustas ulceribus inducit, magisque si cocta est V, 9.  
 Chamaeleon (*Atractylis gummi-fera?*). V, 18, 33.  
 Chamaepitys (*Ajuga iva*). aperit V, 4.  
 Charta. combusta adurit V, 8.  
 Chelydrus. V, 27, 8.  
 Chiragra. II, 7 (39, 34); VII, 8 (45, 38).  
 Chironium ulcus. V, 28, 5.  
 Chirurgus. VII, *prooem*.  
 Chrysocolla. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8.  
 Cicatricula. II, 10 (55, 12); VII, 7, 1 (273, 12).  
 Cicatrix. quae ad cicatricem perducant VIII, 4 (337, 30). *in oculis*, cicatrices VI, 6, 25.  
 Cicuta (*Conium maculatum*). semen rodit V, 6. mollit V, 15. si cutam aliquis ebibit V, 27, 12.  
 Cinis. rodit V, 6. cinis cyprius exedit V, 7. cinis ex odoribus VI, 6, 22. ex sarmentis VII, 1.  
 Cinnamum, cinnamomum (*Laurus c.*). cinnamum urinam movet III, 21 (107, 11). potiones ex cinnamomo IV, 27, 1. cinnamomum aperit V, 4. rodit V, 6. discutit V, 11.  
 Circuitus febris. II, 17 (62, 29); III, 12; III, 3 (77, 9).  
 Circulator. V, 27, 3.  
 Circumcisis. VII, 25, 1.  
 Circumpurgo. V, 28, 14 (217, 33).  
 Clavus. V, 28, 14; VII, 7, 12.  
 Clibanus. II, 17 (62, 10); III, 21 (107, 1).  
 Clunis. VII, 29 (318, 26).  
 Clyster. VI, 7, 3; VI, 18, 2.  
 Coagulum leporinum purgat V, 5. si lac intus coit, coagulum bibendum est V, 27, 12.  
 Coccum gnidium (*Daphne gnidium*). purgat V, 5. adurit V, 8.  
 Cochleae imbecillissimae materiae sunt II, 18 (64, 31). boni succi sunt II, 20. stomacho aptae sunt II, 24. minime intus vitiantur II, 28. alvum movent II, 29. glutinant vulnus V, 2. cocta mollit V, 15. (*fascia*) VIII, 10, 1 (345, 31).  
 Cochlear. IV, 26 (152, 14).  
 Cohortalis. II, 18 (65, 28).  
 Coitus, *concupitus* II, 1 (31, 34).  
 Coles. VII, 27, 1; VII, 25, 1; VI, 18, 2 (254, 1 et 256, 3).  
 Colice Cassii. V, 25, 12.  
 Coliculus. mentae coliculus VI, 11 (249, 30).  
 Collapsa tempora II, 6 (36, 5); iter *urinae* collapsum VII, 26, 1 (306, 27).  
 Collum. VIII, 1.  
 Collyrium Philonis VI, 6, 3. Dionysii VI, 6, 4. Cleonis VI, 6, 5. aliud *ibid*. Theodoti VI, 6, 6. *cythium* seu *tephrion* VI, 6, 7. Euelpidis trygodes VI, 6, 8. Nilei VI, 6, 9. Philalethes VI, 6, 12 et 23. *διὰ λιβάνου* VI, 6, 13. Andreae VI, 6, 16. *διὰ κέρατος* *ibid*. Euelpidis *μειγμένον* VI, 6, 17. *σιλίον* VI, 6, 18. Euelpidis *χειρῶνα* VI, 6, 20. eiusdem sphaerion VI, 6, 21. liqui-

- dum quoque medicamentum ad id coupouebat VI, 6, 22. Hermonis VI, 6, 24. asclepios VI, 6, 25. Canopitae *ibid.* et 28. Euelpidis pyxinum *ibid.* Caesarianum VI, 6, 26—27. Hieracis VI, 6, 28. rhiniou VI, 6, 30. Euelpidis βασιλικόν VI, 6, 31. ex crocomagmate VI, 6, 32. διὰ κρόκου VI, 6, 33. *collyria in fistulas demittuntur* VII, 4, 4 (269, 4).
- Colubra. V, 27, 3.
- Colum. I, 7.
- Columba. sanguis purgat V, 5. ad oculos VI, 39. stercus adurit V, 8.
- Comitialis morbus. III, 23; II, 8 (46, 3).
- Commissura. IV, 3.
- Compago. IV, 14 (139, 24).
- Compositio nobilissima. V, 17, 1. compositio Apollonophanis V, 18, 6.
- Concha. III, 6 (87, 36).
- Conchula. alvum movet II, 29.
- Conchyliā. imbecillissimae materiae est II, 18 (64, 31). iulant II, 26.
- Concoctio. I, 9; I, 8; III, 22 (110, 29); III, 2 (76, 2); III, 4 (78, 28).
- Concoquo *de materia morbi*. V, 3; V, 18, 17.
- Concubitus. I, 1 (13, 26); VII, 28.
- Conditus. IV, 12 (137, 15); I, 2 (15, 18).
- Conferveo. VIII, 10, 1 (346, 31) et 7 (351, 21).
- Contundo. contunditur cum corticibus seminibusque suis punicum malum IV, 26 (152, 37). quae, *medicamenta*, ex leni vino contunduntur V, 18, 14.
- Contusus. II, 10 (53, 24); V, 28, 14 (217, 21).
- Cor. IV, 1 (121, 5).
- Coriandrum (*C. sativum*). refrigerat II, 27. urinam movet II, 31. folia reprimunt et refrigerant II, 33. semen V, 18, 1.
- Cornu. cervinum purgat V, 5. cervinum combustum et clotum VI, 6, 16. cornu cervini ramentum VI, 9 (246, 13). plagae luatae cornua VII, 26, 2 (309, 13).
- Corpusculum. I, *prooem.* (3, 27).
- Corvus. v. Ferramentum.
- Costa. VIII, 1 (325, 16; 326, 16; 326, 27); VIII, 7 (341, 2); VIII, 9 (342, 31); VIII, 9 (343, 15).
- Costum (*Costus speciosus?*). urinam movet III, 21 (107, 15). concoquit et movet pus V, 5. purgat V, 3.
- Cotoncum (*Pyrus cydonia*). v. Malum.
- Coxa. VIII, 1 (328, 4); IV, 29; II, 8 (46, 19); II, 8 (50, 25); II, 7 (42, 4); II, 6 (37, 1).
- Coxendix. VII, 30, 3.
- Cremor. III, 7, 2; VI, 6, 26; VI, 10; VI, 13.
- Creta. vel cimonia vel figularis V, 1; II, 33 (73, 16); VI, 5; I, 3 (20, 22).
- Crocomagma. V, 18, 9 et 16; VI, 6, 25.
- Crocus (*C. sativus*). urinam movet III, 21 (107, 11). purgat V, 5. discutit V, 11. crocum siculum VI, 6, 25. cilicium VI, 6, 33.
- Cruditas. I, 9; I, 10.
- Crudus. II, 10 (53, 21); V, 28, 11 (212, 21).
- Cruento. V, 28, 14 (217, 9).
- Cruor. IV, 22 (147, 29).
- Cruentus. II, 7 (41, 6).
- Crus. VIII, 1 (328, 20) et *passim*.
- Crusta. V, 9; V, 10; VI, 7, 7.
- Crustominus. II, 24.
- Cubile. I, 3 (17, 15); I, 3 (18, 18).
- Cubitus. VIII, 1 (327, 15); VIII, 10, 3; VIII, 16.
- Cucumis (*C. sativa*). c. agrestis (*Momordica elaterium*) imbecillissimae materiae est II, 18 (64,

- 30); II, 21; II, 22; II, 27; IV, 17; V, 21, 1; V, 26, 36; VI, 7, 7.
- Cueurbita (*C. pepo*). II, 18 (64, 30); II, 20; II, 29; II, 24; II, 27.
- Cueurbitula II, 11; VII, 2; III, 18 (101, 5); IV, 14 (139, 33); IV, 21; IV, 27, 1.
- Cuminum (*C. cyminum*). mali sucei est II, 21.
- Cupressus (*C. sempervirens*). reprimat et refrigerat V, 11. discutit II, 33. c. semen urinam movet III, 21 (107, 13).
- Curtus. V, 26, 1; VII, 9.
- Cutiliae. v. Fons.
- Cutis. I, 9; V, 26, 31; VI, 4; V, 26, 27; VII, 2; II, 6 (36, 6); II, 3 (32, 30); II, 4 (34, 8).
- Cyathus. IV, 12 (137, 27); V, 19, 3; V, 18, 18; VI, 7, 1.
- Cyma. v. Brassica.
- Cymbalum III, 18 (110, 10).
- Cyprinum. calefacit II, 33. IV, 6 (128, 37).
- Cyprius. v. Cinis, Sampsuehus.
- Cyprus (*Lawsonia alba?*). pro otco cyprino, acopum magis emollit, si pro rosa cyprus infunditur V, 24, 3.
- Cytisus (*Medicago arborea*). urinam movet IV, 16 (142, 26).
- D**
- Daucus (*Athamanta cretensis*). dauei cretici semen V, 23, 3.
- Dejectio. II, 12, 1.
- Delirium. II, 7 (43, 7); III, 18 (102, 28); V, 26, 26; II, 8 (46, 38).
- Dementia. II, 8 (51, 9); III, 18 (98, 20).
- Denarius. V, 17, 1.
- Dens. VIII, 1 (325, 3 sq.); VI, 9 (245, 32 sqq.); VII, 12, 1 (287, 4); VI, 12.
- Desipio. III, 18 (89, 25; 101, 34).
- Destillatio. IV, 5; II, 7 (39, 17; 43, 3).
- Dictamnus creticum (*Origanum d.*). V, 25, 13.
- Dies critici. III, 4.
- Digestio. I, *prooem.* (7, 6); II, 14 (59, 14).
- Digitus. VIII, 1 (327, 35); VIII, 10, 6; VIII, 19 *et* 24; VII, 19 (299, 28); VI, 19; VII, 32. *mensura* VII, 26, 1; VIII, 15 (356, 5); VI, 4.
- Diphryges. exedit corpus V, 7; adurit V, 8.
- Dipsas. V, 27, 7.
- Ductio. alvi II, 12, 1; V, 28, 4; IV, 20.
- Duleis radix (*Glicirrhiza glabra*). V, 20, 6 *et passim*.
- Durities. II, 24; VI, 18, 6.
- E**
- Ebrietas. II, 6 (37, 16).
- Ebur. v. Seobs.
- Echinus. alvum movet II, 29.
- Elaterium (suecus *momordicæ e.*). evocat et edueit V, 12.
- Elephantine. v. Emplastrum.
- Elinguis. I, *prooem.* (7, 12)
- Emacresco. II, 2 (31, 33); II, 4 (34, 13); II, 5; VIII, 11.
- Emplastrum. quid V, 17, 2. emplastrorum varia genera V, 19, 1—28.
- Ephelis. VI, 5.
- Eruca (*Eruca sativa*). mali sueci II, 21. aeris II, 22. urinam movet II, 31. adurit V, 7. contrahere semen videtur IV, 28. eruca lienem extenuat IV, 16. semina erucæ corpus erodunt II, 33.
- Ervum (*Ervum ervilia*). purgat V, 5. eutem purgat V, 8. farina ervi II, 33.
- Erysimum (*Sisymbrium polyceratum*). V, 25, 14.
- Exercitatio. I, 2 (14, 29 *et* 15, 4);

- IV, 12 (136, 5); IV, 9; I, 3 (18, 19); III, 18 (101, 18); IV, 27, 2; I, 1 (12, 25).
- Experientia. I, *prooem.* (8, 36).
- Experimentum. I, *prooem.* (6, 13); IV, 11 (135, 5).
- Exulceratio. II, 1 (30, 28); IV, 9; IV, 12 (136, 21); II, 7 (39, 37); V, 28, 4 (208, 35); V, 28, 15 (218, 24); V, 28, 16.
- F.**
- Faba (*Vicia faba*). II, 18 (65, 3); II, 33; IV, 8; V, 18, 21.
- Faba aegyptia (*Arum colacasia?*). VI, 7, 1; VI, 7, 2.
- Faex. II, 33; III, 19 (103, 17).
- Far. II, 33; III, 22 (112, 16).
- Fascia. V, 26, 24; VII, 20 (300, 33); VIII, 10, 1; VIII, 10, 7 (349, 36); VIII, 15 (356, 10).
- Fauces. IV, 7.
- Favus. IV, 26 (152, 26); V, 28, 13.
- Febricula. II, 17 (63, 3); V, 28, 11 (212, 24).
- Febris. II, 3. i. acutae febres II, I (29, 28). febres vel continuuae, vel tertianae, vel ardentes II, 1 (28, 35). f. quartana III, 3 (77, 10). tertiana III, 3 (77, 8); III, 14. febres quae certum habent circuitum III, 12 (93, 20). febres incertae II, 1 (29, 2). febres vagae III, 5 (83, 25). febris interdiu levior II, 7 (44, 6). continuata febris III, 18 (99, 23). febris intenta III, 18 (99, 17). magnae febres IV, 14 (139, 30). continentiae febres III, 5 (84, 12); lentae febres III, 9. longae febres II, 4 (34, 18) nulla acuta febris leviter terrere nos debet II, 4 (34, 29). perniciose quae levi vulnere supervenit V, 26, 26. f. varia genera III, 13 sqq.
- Fel. exedit V, 7. evocat et edu-  
cit V, 12. purgat V, 5. fel tau-  
rinum rodit V, 6. fel caprinum  
VI, 6, 28. fel *pro vesica fellis*  
IV, 1 (121, 16).
- Femur. VIII, 1 (328, 11 sqq.).
- Femur. VIII, 1 (328, 25) *et passim.*
- Fermentum. V, 28, 8; II, 24.
- Ferramentum. VII, 10; VII, 26, 3.  
f. quod corvum vocant VII, 19  
(299, 28).
- Ferula. IV, 17; VIII, 10, 1 (346, 25)  
*et 2* (348, 5).
- Fibra. IV, 1 (121, 4, 15).
- Fibula. V, 26, 23 (191, 23); VII,  
25, 2 (306, 18).
- Ficedula. v. Avis.
- Ficus (*Ficus carica*). arida calefa-  
cit II, 27. purgat V, 5. discuti-  
tit V, 11. mollit V, 15. arida  
decocta evocat et educit V, 12.  
arida, sed magis viridis alvum  
moverit II, 29. ficus aridae in-  
flant II, 26. pinguisssimae ficus  
IV, 10. piper cum ficu contu-  
sum IV, 6 (128, 22).
- Filicula (*Polypodium vulgare*). II,  
12, 1 (56, 18).
- Filix (*Pteris aquilina?*). V, 26, 35.
- Fissura. VII, 12, 1 (287, 35). ad  
ani fissam V, 20, 5.
- Fistula. VII, 11; VII, 15. tenues  
VII, 26, 1. *urinae iter* II, 8 (47,  
17). fistula *ex ulceribus* V, 28,  
12; VII, 4, 2; 3, 4.
- Foeniculum (*Anethum f.*). mali suc-  
ci II, 21. inflationes levat II,  
26. urinam movet II, 31. foen-  
niculi semen reprimat et refri-  
gerat II, 33.
- Foeniculum graecum (*Trigonella f. g.*).  
II, 33.
- Fomentum. II, 17 (63, 26). fomenta  
humida IV, 7 (129, 31). fomenta  
siccata IV, 8 (131, 10).
- Fontes medicati quales Cutillia-  
rum Simbruinarumque sunt IV,  
12 (137, 7).



- Forceps. VIII, 4 (336, 20).  
 Forfex. VII, 16 (293, 26).  
 Fraetura *in genere* VIII, 10, 1; *ib.* 7.  
 Frietio. II, 14 (58, 31); III, 21 (108, 12) *et passim*.  
 Frigus. quibus inimicum et quibus prodest I, 9.  
 Fronus. VIII, 4 (337, 31).  
 Frumentum. II, 18 (66, 8 *et* 17).  
 Fungus. V, 27, 12.  
 Furfur. II, 33 (73, 6).  
 Furor. III, 18 (99, 13).  
 Furunculus. V, 28, 8.
- G.**
- Galbanum (succus *Ferulae ferulag.*). urinam movet III, 21 (107, 12). eonequit et movet pus V, 3. aperit V, 4. rodit V, 6. molli V, 15. galbanum sine surculis V, 18, 28.  
 Galli. V, 27, 3.  
 Ganglion. VII, 6.  
 Gargarizatio. V, 22, 9.  
 Gargarizo. VI, 6, 26; *ibid.* 2; VI, 10.  
 Garum. mali succi est II, 21. alvum movet II, 29.  
 Gentiana (*G. lutea*). V, 23, 3.  
 Genu. VIII, 21; IV, 30; II, 2 (32, 6).  
 Gestatio. II, 15; II, 18 (101, 2).  
 Gingiva. VII, 12, 1; VI, 15 (252, 33).  
 Git (*Nigella sativa*). calefacit II, 33 (73, 29).  
 Gladiator. I, *proem.* (8, 2); III, 23.  
 Glandula. IV, 1 (120, 12).  
 Glans. glandis cortex II, 1 (30, 32); V, 18, 4. *glans colis* VII, 25, 1. summa glans VI, 18, 4.  
 Gluten. glutinat vulnus V, 2. gluten taurinum purgat V, 5  
 Glutinantia medicamenta. VII, 4, 1.  
 Glutinatio. vulneris VII, 27 (315, 23).  
 Gravedo. IV, 5 (126, 17).  
 Grus. II, 18 (64, 21). alvum adstringit II, 30.  
 Gummi. V, 2; V, 13; VI, 6, 3.  
 Gypsum. II, 33 (73, 16).
- H.**
- Habenula. VII, 4, 4.  
 Halieaeceabus (*Physalis somnifera?*). cortex V, 20, 3.  
 Hapsus. IV, 13 (138, 21); VII, 26, 5.  
 Hebenus (*Diospyros eben.?*). urinam movet II, 31. exedit corpus V, 7. evocat et educit V, 12. laevat id quod exasperatum est V, 13.  
 Hedera (*H. helix*). reprimit et refrigerat II, 33. hedera nigra V, 28, 4 (209, 26). baeca hederace VI, 9 (247, 8).  
 Helenium (*Inulah.*). disentit V, 11.  
 Hemina. IV, 5 (127, 21); IV, 26 (152, 32).  
 Hernia. VII, 18 (296, 1).  
 Hibiscus (*Althaea officinalis*). IV, 31 (157, 28).  
 Hirundo. VI, 6, 39; V, 8.  
 Histrio. V, 26, 1.  
 Hoedus. II, 18 (65, 31).  
 Hordeum. mali succi est II, 21. firmitus est milium, quam hordeum II, 18 (64, 35).  
 Horror. III, 12.  
 Humerus. VIII, 1 (326, 37).  
 Humor, qui esse inter sanicem et pus videri potest. V, 28, 4 (208, 32).  
 Hydropicus. VII, 15.  
 Hyoseyanum (*H. album et nigrum*). reprimit et refrigerat II, 33. cortex V, 18, 29. folia VI, 6, 9. radix VI, 9 (246, 8). succus VI, 7, 2. si hyoseyanum aliquis ebibit, fervens mulsum bibendum est V, 27, 12.  
 Hypericum (*H. perforatum*). V, 20, 6.  
 Hypocistis (*Cytisus h.*). exedit corpus V, 7. hypocistidis succus V, 23, 1.

Hyssopum et Hyssopus (*Origanum smyrnaeum?*). mali succi est II, 21. stomacho alienum II, 25. urinam movet II, 31. ante vomitum I, 3 (19, 22). potio hyssopi IV, 12 (136, 2). cum mulsa aqua IV, 8.

## I.

Jactatio. IV, 20 (147, 6); III, 9 (90, 29).

Ichthyocolla. glutinat vulnus V, 2. Jecur. IV, 1 (121, 12). jecinoris portae V, 26, 2. jecinoris crassum V, 26, 3. omne jecur boni succi II, 20. alvum adstringit II, 30. j. morbus IV, 15.

Ignis sacer. V, 28, 4.

Ilia. IV, 1 (122, 33).

Impetigo. V, 28, 17.

Inflammatiō. I, *prooem.* (3, 24); VI, 6, 1 (226, 11); V, 28, 6; V, 26, 27; V, 26, 31; VII, 19 (300, 15); VI, 13; VII, 26, 3; VI, 14.

Inflatio. II, 3 (33, 20); II, 26; IV, 12 (135, 26); IV, 23; IV, 21.

Inguen. III, 5 (82, 18); IV, 28.

Insania. III, 18; II, 1 (30, 6); II, 7 (41, 25; 42, 13).

Intestinum. IV, 1 (121, 24 sqq.). morbus majoris intestini II, 12, 2. tenuius intestinum VII, 16 (203, 6). int. rectum IV, 1 (122, 34).

Intubus (*Cichorium intybus*). acris II, 22. stomacho aptus II, 24. refrigerat II, 27. alvum adstringit II, 30. reprimit et refrigerat II, 33; IV, 16 (142, 16).

Iris. purgat V, 5. discutit V, 11. iris arida III, 10. iris fricta VI, 15. iris illyrica (*I. germanica*) V, 18, 3. iris macedonica (*I. florentina*) V, 18, 27.

Jugale. VIII, 1 (324, 29).

Juglans (*J. regia*). II, 25; V, 27, 12.

CELSUS.

Jugulo. II, 10 (53, 36); III, 20 (104, 19).

Jugulum. VIII, 8, 1 (326, 32).

Juncus quadratus (?). aperit V, 4. discutit V, 11. junci quadrati et rotundi (*Cyperus longus?*) semen III, 21 (107, 16).

Jurulentus. II, 25; II, 26; II, 28; I, 6.

## L.

Labra. VII, 12, 6. labrum pelvis IV, 31 (157, 26).

Lac valentissimi generis II, 18 (66, 12). lac boni succi II, 20. lenis est II, 22. crassiorem pituitam facit II, 23. alienum stomacho est II, 25. inflat II, 26. facile intus corrumpitur II, 28. alvum movet II, 29. laevat id quod exasperatum est V, 13. omnibus longis febriculis recte dari potest III, 22 (112, 5 sqq.).

Laceratio mortuorum. I, *prooem.* (8, 8).

Lacero. II, 10 (54, 31).

Lacertus (*musculus*). VIII, 16 (357, 25). *serpens*, lacertistercus purgat V, 5. adurit V, 8.

Lacouicum. II, 17 (62, 9).

Lactuca (*L. sativa*). boni succi II, 20. acris II, 22. stomacho apta II, 24. refrigerat II, 27. alvum movet II, 29. somno apta II, 32. Lactuca marina (*Euforbia paralias?*) corpus exedit V, 7. adurit V, 8. semen III, 21 (108, 27).

Ladanum (succus *Cisti cretici*). urinam movet III, 21 (107, 12). evocat et educit V, 12; *medic. ex lad.* VI, 1; VI, 2.

Lacvitas intestinorum. IV, 23.

Laganum. II, 22.

Lanula. VI, 9 (247, 14).

Lapathum (*Rumex* seu *Polygonum*). mali succi est II, 21. alienum

- stomacho est II, 25. alvum movet II, 29.
- Lapillus. VII, 6.
- Lapis. lapis haematites, et phrygius, et assius, et scissilis excidunt V, 7. lapis haematites purgat V, 5. l. assius IV, 31 (158, 18). lapis haematites clotus VI, 6, 21. pyrites lapis, aut molaris discutit V, 11. lapis qui carnem excidit IV, 31 (158 15).
- Lapsana (*Sinapis alba*). aliena stomacho II, 25. urinam movet II, 31.
- Laser (suceus *Tapsiae sylphii*) IV, 6 (128, 16); IV, 10.
- Latus. *latus et pectus* II, 1 (29, 18); II, 1 (30, 6); IV, 13 (138, 5).
- Laurus (*L. nobilis*). reprimit et refrigerat II, 33; IV, 2 (124, 20); III, 20 (105, 8).
- Lego. venas legere VII, 7, 15 (282, 36).
- Legumen. I, 18 (64, 16); II, 25 et 26.
- Lenticula reprimit, et refrigerat II, 33. purgat V, 5. excidit V, 7. crustas resolvit V, 10. cutem purgat V, 16. calefacit II, 33. farina V, 27, 12. alvum adstringit II, 30. lent. cremor VI, 18, 2 (255, 7); VI, 13. *mensura* VI, 6, 1 (227, 4). *vitium cutis* VI, 5.
- Lentiscus (*Pistacia l.*). reprimit et refrigerat II, 33. rodit V, 6. in omnibus vesicae doloribus praestat IV, 27, 1 (154, 13). folia VI, 18, 2 (255, 8).
- Lepus. urinam movet II, 31.
- Lethargicus. III, 23 (113, 24).
- Lienis. IV, 1 (121, 16); IV, 16.
- Lienosus. II, 8 (46, 37).
- Ligustrum (*L. vulgare*). reprimit et refrigerat II, 33. succus VI, 13 (251, 4).
- Lilium (*L. candidum*). discutit V, 11. radix VI, 18, 6.
- Linamentum. II, 11; IV, 27, 1; VII, 30, 1; VI, 8, 1; V, 28, 12 (216, 1); VIII, 5 (338, 10); VII, 25; V, 26, 21; V, 26, 29; V, 26, 36.
- Lingua. VII, 12, 4. exigua in *aspera* arteria sub ipsis faucibus est lingua IV, 1 (120, 17).
- Lingua canina (*Cynogl. officin.*). V, 27, 13.
- Lintcolum. VIII, 7 (340, 21).
- Lintheum, linteus. VIII, 10, 1 (315, 37); V, 26, 24.
- Linum (*L. usitatiss.*). II, 33; V, 2; V, 11; V, 12; VII, 4, 4.
- Lippiens. VI, 6, 1 (226, 25).
- Lippitudo. VI, 6, 1 (225, 12); VI, 6, 26—27.
- Lolium (*L. temulentum*). calefacit II, 33; evocat V, 12.
- Lumbricus. IV, 24; II, 3 (33, 18).
- Lupinus (*L. hirsutus*). II, 33.
- Luxatum. VII, 1.
- Lycium (suceus *Rhamni infectorii*). sanguinem supprimit V, 1. eicatriecm inducit VI, 26, 30.

## M.

- Magisterium. V, 27, 2 (201, 6).
- Malabathrum (*Laurus cassia*). V, 23, 1 et 3.
- Malae. VIII, 1 (424, 8).
- Malagma. malagmata mollescunt V, 17, 2. malagmata calefaciendi causa reperta V, 18, 1. mal. varia V, 18, 2 sqq.
- Malicorium (cortex *Punicae granati*). II, 33; VI, 9 (246, 20).
- Malva (*M. silvestris*). boni succi est II, 20; alvum movet II, 29.
- Malum. *pomum* II, 24. mala cotonea et punica II, 30. mala austeria II, 27.
- Mamma. IV, 1 (121, 6).
- Mandragora (*Atropa m.?*). III, 18 (100, 25); VI, 9 (246, 10); VI, 6, 1 (227, 6).

- Manipulus. V, 25, 4.  
 Manubriolum scalpelli. VII, 6 (272, 24).  
 Manus. VIII, 1 (327, 27).  
 Marrubium (*M. vulgare?*). exedit V, 7. M. succus III, 22 (113, 1). Mas. VII, 28.  
 Materia. ciborum et potionum II, 18 (64, 16sq.). infirmissima III, 18 (101, 20). tenuissima III, 6 (86, 38). quam levissima *ibid.* (86, 37). *materia medicamentum* V, 17, 1. *materia quae in corpore est* II, 10 (52, 35).  
 Maxilla. VIII, 1 (324, 31). maxillae fractura VIII, 7. M. luxata VIII, 12.  
 Medicamentum. I, 4; III, 4 (79, 20). omnia fere medicamenta stomachum laedunt, malique succi sunt V, *prooem.*  
 Medicina. I, *prooem.* (1, 4); I, *prooem.* (2, 20); I, *prooem.* (3, 3); V, *prooem.* ars conjecturalis II, 6 (38, 18); I, *prooem.* (8, 33).  
 Medicus. I, *prooem.* (11, 5) et *passim.*  
 Medulla. sensu caret IV, 1 (122, 17). calefacit II, 33. medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula V, 19, 10. medulla, quae in spina est V, 26, 17.  
 Mel. valentissimi generis est II, 18 (64, 22). acre II, 22. alienum stomacho II, 25. facile intus corrumpitur II, 28. alvum movet II, 29. alvum adstringit II, 30. mel exedit V, 7. discutit V, 11. crudum purgat V, 5. despumatum III, 6 (87, 1). accerrimum VI, 6, 34. amarissimum VI, 5.  
 Melampsithium. V, 25, 16.  
 Melinum (*Holcus cernuus*). reprimit et refrigerat II, 33.  
 Membrana. VII, 28; VIII, 4 (337, 17).  
 Membranula. IV, 1 (121, 29); VII, 18 (295, 21); VII, 7, 4.  
 Menstrua. IV, 12 (134, 21) et *passim.*  
 Menta. urinam movet II, 31; IV, 10; VI, 11. mentac succus VI, 18.  
 Mentastrum (*Mentha silvestris*). VI, 9 (247, 17).  
 Merula. alvum adstringit II, 30.  
 Micula. II, 5.  
 Milium (*Panicum miliaceum*). II, 18 (64, 35); II, 21; II, 33.  
 Minister medici. VII, 7, 4 (274, 8); VIII, 15 (355, 34).  
 Minium. purgat V, 5. minium sinopicum rodit V, 6.  
 Misy. sanguinem supprimit V, 1. purgat V, 5. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8. crustas inducit V, 9. crudum VI, 18, 2 (254, 31). combustum VI, 6, 22.  
 Mitella. VIII, 10, 3.  
 Modiolus. VIII, 3 (330, 26).  
 Momentum. IV, 26 (152, 24); IV, 18 (144, 2); VII, 7, 15 (281, 19).  
 Morbus. III, 1 et *passim.*  
 Morsus. V, 27, 1; *ibid.* 3.  
 Mortarium. V, 24, 2.  
 Morum. somno aptum est II, 32. stomacho aptum est II, 24. alvum movet II, 29. medicamentum ex moris VI, 11 (249, 31).  
 Morus (*M. alba*; *m. nigra*). III, 18 (100, 26).  
 Macosus. II, 8 (50, 28); IV, 22 (147, 30).  
 Mucus. IV, 25.  
 Mulsum. valentissimi generis II, 18 (66, 30); alienum stomacho est II, 25. facile intus corrumpitur II, 28. alvum movet II, 29. alvum adstringit mulsum quod inferbuit II, 30. tepidum IV, 20. fervens V, 27, 12.  
 Muralis. herba (*Matricaria parthenion*; *parietaria diffusa?*) II, 3.



- Murex. stomacho aptus II, 24. minime intus vitatur II, 28. album adstringit II, 30.
- Muria. IV, 16; IV, 22.
- Murteus. oleum murteum VI, 8. *absolute*, murteum simul et reprimit, et refrigerat II, 33.
- Musculosus. V, 20, 1.
- Musculus. VIII, 25; V, 26, 22 *et passim*.
- Muscus. reprimit et refrigerat II, 33.
- Mustum. valentissimi generis est II, 18 (66, 13).
- Myrapia. IV, 26 (152, 6).
- Myrmecium. V, 28, 14 (217, 24).
- Myrobalanum. VI, 2.
- Myrrha. glutinat vulnus V, 2. concoquit et movet pus V, 3. rodit V, 6. adurit V, 8. pinguis VI, 7, 3. myrrha, quam *στακτῆν* cognominant VI, 7, 2.
- Myrta. album adstringunt II, 30.
- Myrtus (*M. communis*). reprimit et refrigerat II, 33. baccae IV, 26 (152, 15). folia VI, 6, 9. succus myrti VI, 6, 16.
- N.
- Napi (cf. *sinapi*). II, 18 (65, 4); II, 21.
- Narcissus (*N. orientalis*). discutit V, 11. semen *ibid.* radix V, 6. molli V, 15.
- Nardus et nardum. urinam movet III, 21 (107, 11). concoquit et movet V, 3. discutit V, 11. spica nardi etc. IV, 27, 1 (154, 12). nardum gallicum (*Valeriana celtica*) V, 23, 1. indicum (*Patrinia satamansi*) *ibid.* 2. syriacum (*Patrinia scabiosaeifolia*) VI, 7, 2; V, 23, 2.
- Nares. VIII, 1 (324, 15). nares curtae VII, 9.
- Nasturtium (*Erucaria aleppica*). mali succi II, 21. acris II, 22. stomacho alienum II, 25. album movet II, 29. lienem coerec IV, 16. corpus credit II, 33.
- Nasus. VIII, 5.
- Natatio. IV, 28; III, 24; III, 27.
- Navigatio. IV, 12 (136, 29, 35); III, 22 (111, 26).
- Nausca. I, 3 (17, 29).
- Nepeta (*Cruc. generis incerti*). mali succi II, 21. aliena stomacho II, 25. urinam movet II, 31. sensus excitat II, 32.
- Nervosus. V, 28, 12 (211, 12); VII, 5, 1.
- Nervus. VIII, 22; VIII, 25; VIII, 10, 1 (345, 21); I, *proom.* (9, 22); VIII, 15 (355, 33); II, 17 (62, 15); VIII, 14; III, 27, 1; *ib.* 2; *ib.* 3.
- Nitrum. calefacit II, 33. rodit V, 6. exedit V, 7. evocat et educit V, 12. mollit V, 15. coctum VI, 18, 6. frictum (?) IV, 8. rubrum V, 28, 18; V, 22, 4. ignem non expertum V, 19, 19.
- Nuces. infant II, 26. repriment II, 33. discutunt II, 11. molliunt II, 15. rodunt II, 6.
- Nucleus. nuclei pinci (*Pinus pinea*) lenes II, 22. stomacho apti II, 24. urinam movent II, 31. nuclei pinei ex melle IV, 14. nuclei ex pinu silvestri (*P. silvestris*) IV, 17. nuclei palmarum (*Phoenix dactylifera*) combusti VI, 6, 5. humor ex nucleo mali persici (*Amygdalus persica*) VI, 7, 1.
- Nutrio, curo, foveo. IV, 18 (144, 30); VI, 6, 16.
- Nux graecamora (*Amygdalus communis*). III, 27, 4.
- Nux avellana (*Corylus avellana*). III, 27, 4.



## O.

Obeallescio. IV, 31 (157, 22) *et passim*.

Occipitium. VIII, 1 (323, 8).

Oehra. exedit V, 7. attica carnem alit, et ulcus implet V, 14.

Ocimum (*O. basilicum* et *o. minimum*). acre II, 22. alvum movet II, 29. urinam movet II, 31. simul et reprimit, et refrigerat II, 33.

Oculus. VII, 7, 13; VII, 7, 14. lip-pientes oculi VII, 7, 1. oculi sicci VII, 7, 15. oculi graves, et aut persicci, aut subhumidi III, 6 (86, 18). scabri VI, 6, 31. facti tumidiores II, 6 (36, 17). oculorum caligo, et rubor II, 8 (47, 7). imbecillitas oculorum est VI, 6, 38. resolutio oculorum *ibid.* 36. oculi minores *ibid.* 14.

Oenanthe (*flores Vitis vinif. var. silvestris?*). purgat V, 5. adurit V, 8.

Oesypum recens. VI, 18, 7 et 8.

Olea. reprimit et refrigerat II, 33.

Oleae. boni succi sunt II, 20. stomacho aptae II, 24. alvum astringunt II, 30.

Oleum. mali succi est II, 21. alienum stomacho est II, 25. concoquit et movet pus V, 3. mol-lit V, 15. acerbum reprimit et refrigerat II, 33. vetus calefacit *ibid.* calidum VI, 7, 7. cicinum V, 24, 3. irinum VI, 7, 8. oleum ex amaribus nucibus rodit V, 6. melinum II, 33. murteum II, 33; VI, 8, 1 (244, 23) *et passim*. syriacum IV, 6 (128, 27). acerbum II, 33 (73, 17).

Onager. valentissimi generis II, 18 (64, 20).

Opobalsamum (suecus *Amyris o.*). V, 23, 3.

Opopauax (suecus *Ferulae o.*). V, 23, 3.

Oryza (*O. sativa*). boni succi est II, 20. crassiorem pituitam facit II, 23. stomacho apta est II, 24.

Os. *de positu et figura ossium totius humani corporis* VIII, 1. os medium VIII, 1 (324, 3).

Ostreae. stomacho aptae II, 24. facile intus corrumpuntur II, 28. alvum movent II, 29.

Ovum durum valentissimae materiae est; molle vel sorbibile imbecillissimae II, 18 (66, 6). ovum sorbibile II, 20. molle ovum stomacho aptum II, 24. ova dura alvum astringunt II, 30. ovi et album et vitellus VI, 6, 1 (227, 14). columbina ova cet. VI, 18, 7.

## P.

Palatum. IV, 7.

Palma. VIII, 18.

Palmula (*Phoenix dactylifera*). boni succi II, 20. stomacho apta II, 24. contrita II, 33; I, 2 (15, 22).

Palpebra. VII, 7 *et passim*.

Palumbus. alvum adstringit II, 30. sanguis *palumbi* VI, 6, 39. stercus V, 8.

Panaces (cf. *opopanax*). aperit V, 4. mollit V, 15. radix V, 25, 3.

Panicum (*P. italicum*). mali succi II, 21. calefacit II, 33.

Panificium. II, 18 (66, 8).

Panis. II, 18 (64, 34). panis sine fermento stomacho aptus II, 24. panis fermentatus stomacho alienus II, 25. panis tostus III, 6 (88, 18). panis ex siligine, vel ex similia alvum adstringit II, 30. bis coctus *ibid.* panis hesternus I, 3 (19, 31). panis ex lacte VI, 6, 1 (226, 29). panis ex posca frigida IV, 12 (137, 25).

- Panniculus. VII, 29 (318, 19).  
 Pannus. VIII, 9 (343, 24).  
 Panus. V, 18, 19; V, 28, 10; VII, 2 (265, 10).  
 Papaver (*P. rhoeas*). somno aptum II, 32. papaveris succus IV, 31 (158, 10). papaveris cortices frieti VI, 7, 1. papaveris folia reprimunt et refrigerant II, 33. papaveris lacrimae frictae et combustae VI, 6, 5. album papaver IV, 17. nigrum papaver IV, 27, 1 (154, 9). silvestre papaver V, 25, 4.  
 Papula. V, 28, 18.  
 Papyrus (*P. nilotica*). V, 28, 12 (215, 16).  
 Parotis. VI, 16.  
 Passum. valentissimi generis II, 18 (66, 12); II, 18 (66, 22). boni succi est II, 20. lene est II, 22. alienum stomacho est II, 25. facile intus corrumpitur II, 28. album adstringit II, 30. passum dulcissimum VI, 12.  
 Pastillus. V, 17, 2; V, 20, 1 sqq.  
 Pastinaca (*P. sativa*). II, 18 (65, 5). stomacho apta est II, 24; II, 26. urinam movet, magisque agrestis II, 31.  
 Pastinaca. *piscis* VI, 9 (247, 10).  
 Patella. VIII, 1 (328, 21).  
 Pavo. generis valentissimi est II, 18 (64, 21).  
 Pecten. VIII, 1 (328, 8).  
 Pecten (animal). II, 24.  
 Pectorale os. VIII, 1 (326, 34).  
 Pectus. vomitu pectus purgare III, 7 (88, 29); I, 3 (17). pectus, *os pectoris* VIII, 7 (341, 2) et VIII, 8, 2.  
 Penicillum. II, 10 (55, 6) *et passim*.  
 Pereolo. (IV, 20) VI, 9 (246, 16).  
 Personata (*Arctium lappa*). V, 27, 10.  
 Pes. VIII, 20, 1 (329, 2); VIII, 22.  
 Pestilentia. I, 2 (14, 19).  
 Petiolus. II, 22.  
 Petroselinum (*Apium p.*). V, 23, 3.  
 Peucedanum (*P. officinale*). V, 18, 29.  
 Phalangium. V, 27, 9.  
 Phoenicopterus. valentissimi generis est II, 18 (64, 26).  
 Phreneticus. III, 18 (98, 24).  
 Phthisis. II, 22 (111, 16).  
 Pila. I, 2 (14, 32).  
 Pinna. VII, 8; VII, 5 (338, 10).  
 Piper. calefacit II, 27; II, 33. piper et rotundum et longum urinam movet II, 31. aperit V, 4. rodit V, 6. adurit V, 8. p. album V, 23, 1. piperis semen cortice liberatum ect. VI, 9 (247, 8). pollen piperis IV, 7 (130, 5). piperis grana VI, 6, 22.  
 Piperatum. *medicamentum* IV, 26 (152, 24).  
 Pirum. II, 24; IV, 26 (152, 4).  
 Piri sruculus. V, 27, 12.  
 Piscis. II, 18 (65, 19 sqq.) *et passim*.  
 Pisum (*P. sativum*). II, 18 (65, 3).  
 Pittacium. III, 10.  
 Pituita. IV, 5; II, 23; II, 8 (48, 7); IV, 10; VI, 6, 1 (225, 14) *et passim*.  
 Pix. concoquit et movet pns V, 3. mollit V, 15. pix cruda purgat V, 5. pix arida V, 19, 1. pix liquida V, 22, 2.  
 Plaga ad similitudinem murtei folii VII, 2 (265, 25). resima plaga VII, 26, 2 (309, 14).  
 Plantago (*P. maior*). reprimunt et refrigerant II, 33. corpus tueri videtur III, 25. succus III, 22 (112, 38).  
 Plumbum combustum sanguinem supprimit V, 1. album V, 26, 36. elotum *ibid.* elotum et combustum VI, 6, 5. plumbi recrementum V, 15.  
 Podagra. IV, 24 *et passim*.  
 Podagricus. IV, 24.

- Polenta. III, 19 (103, 28); IV, 18.  
 Polium (*Teucrium p.*). V, 27, 7.  
 Polypus (*morbis*). VI, 8, 2.  
 Pomum. II, 18 (65, 9); II, 20; II, 24; I, 3 (21, 27).  
 Pontica. radix (*Centaurea rhapsontica*) V, 23, 3.  
 Poples. VII, 26, 2 (308, 7); IV, 27, 1.  
 Populus. *arbor* VI, 9.  
 Porrum (*Allium p.*). mali succi II, 21. somno aptum est II, 32. sanguinem supprimit V, 1. purgat V, 5. jus in quo porrus incoctus sit IV, 13 (138, 35).  
 Porta jecinoris. V, 26, 2 *et passim*.  
 Portulaca (*P. oleracea*). boni succi II, 20. alvum movet II, 29. reprimit et refrigerat II, 33. cocta IV, 22. semen VI, 6, 38.  
 Posea. IV, 12 (137, 25); III, 20 (105, 6).  
 Potio. I, 3 (16, 37) *et passim*.  
 Praecordia. II, 3 (32, 31) *et passim*.  
 Professor. I, *prooem.* (2, 12); VII, *prooem.* (262, 20).  
 Pruna. III, 27, 2.  
 Prurigo. II, 7 (42, 7) V, 28, 3.  
 Psoricum. VI, 6, 31.  
 Psylli. V, 27, 3.  
 Psyllium (*Plantago p.*). glutinat V, 2.  
 Ptisana. boni succi II, 20. lenis II, 22. crassiorem pituitam facit II, 23. stomacho apta est II, 24. ptisanæ eremor IV, 20.  
 Pubes. IV, 1 (122, 37).  
 Pulegium (*Menthap.*). sensus exeat II, 32. reprimit et refrigerat II, 33. aperit V, 4. pulegium ex aceto IV, 18 (141, 14).  
 Pulex. VI, 7, 9.  
 Pullus. cohortalis II, 18 (65, 28). gallinaceus V, 27, 3. hirundinis IV, 7 (130, 19).  
 Pulmo. IV, 1 (121, 2).  
 Pulsus. III, 19 (103, 5).  
 Pulticula. II, 18 (66, 9); II, 30; IV, 26 (152, 26); VII, 6.  
 Pulvinus seorteus. VIII, 12.  
 Pumex. purgat V, 5. evocat et educit V, 12.  
 Punetio. VIII, 10, 7 (251, 22); V, 28, 11 (212, 2); VIII, 10, 1 (345, 6).  
 Pupilla. VI, 6, 1 (225, 30); VI, 6, 37.  
 Purgatio. I, *prooem.* (12, 12); I, 3 *passim.* *de ulcere* VII, 2 (265, 30). *pro menstrua* IV, 27, 1.  
 Purpura. stomacho apta II, 21. alvum adstringit II, 29. minime intus vitiatur II, 28.  
 Pus. V, 26, 20 *et passim*.  
 Pusula. II, 1 (28, 29); V, 28, 15; V, 28, 16; V, 26, 31; III, 22 (110, 15).  
 Pyrethrum (*Anthemis p.*). aperit V, 4. adurit V, 8.  
 Pythagoricus. III, 4 (81, 22).  
 Pyxidicula. VI, 6, 5.  
 Quinquefolium (*Potentillareptans*). calefacit II, 33.  
 Radicula (*Raphanus r.*). I, 3 (19, 23). ex oleribus valentior II, 18 (65, 5). mali succi est II, 21. aeris II, 22. alvum movet II, 29. urinam movet II, 32.  
 Radix ea quam duleem (*Glycyrrhiza glabra*) appellant VI, 10. inflant omnes radices II, 26.  
 Radius. VIII, 1 (327, 12).  
 Ramex. VII, 22.  
 Rapa (*Brassica r.*). II, 18 (65, 4); V, 28, 6.  
 Refectio. III, 22 (110, 10); III, 15; IV, 13 (139, 15).  
 Remedium. III, 2 (75, 29) *et passim*.  
 Remissio febris. III, 6 (85, 26) *et passim*.  
 Renes. IV, 1 (121, 20). renum morbi II, 1 (31, 12); II, 7 (40, 27); IV, 17.  
 Resina. concoquit et movet pus

- V, 3. aperiunt.. resina terebinthina et pinca V, 4. purgant.. resina, et pinca et terebinthina liquida V, 5. resina terebinthina humida rodit V, 6. resina arida V, 18, 2. resina pinca arida V, 19, 20. resina eolophonica V, 19, 11. resina ex lentiseo liquida V, 18, 24. resina quam glutinosissima, maximeque terebinthina VI, 7, 9.
- Rhus, quem syriaeum (*R. coriaria*?) vocant VI, 11 (249, 28).
- Rigor. VIII, 4 (337, 22) *et passim*.
- Rima. rima calvariae VIII, 4 (333, 23); VIII, 4 (334, 9); VIII, 4 (336, 7). rima a scalpro VIII, 4 (336, 14).
- Rosa. discutit V, 11. reprimit V, 22, 9. folia rosae VI, 6, 9; VI, 18, 2 (255, 17). rosae succus VI, 6, 5. rosae pulvis IV, 27, 1. rosa, pro oleo rosaceo, sudorem prohibet III, 19 (103, 10); IV, 25. ungere rosa et aceto IV, 2 (124, 9). butyrum cum rosa IV, 25. eeratum ex rosa V, 28, 2 (207, 17); IV, 27, 1.
- Rosio. V, 28, 17; VII, 23.
- Rubus (*R. idaeus*, seu potius *r. tomentosus*). reprimit et refrigerat II, 33; V, 22, 9. rubi caecumina decocta IV, 26 (152, 27).
- Ruta (*R. graveolens*). malisucci II, 21. aeris II, 22. urinam movet II, 31. sensus excitat II, 32. purgat V, 5. mollit V, 15. portio rutae IV, 12 (136, 2). ex aceto ruta IV, 28. ruta silvatica V, 27, 5. rutae semen aperit V, 4. rutae silvestris semen V, 25, 3.
- S.**
- Sagapenum (*Heracleum sphondylium*). V, 23, 3.
- Sal. calefacit II, 33. exedit V, 6. adurit V, 8. evocat et educit V, 12. sal ex aceto coetus VI, 15. frietus *ibid.* fomenta ex sale II, 17 (63, 36). sal fossilis VI, 13. sal ammoniacus VI, 6, 39.
- Salamandra. exedit V, 7. adurit V, 8.
- Salix (*S. alba*). folia salicis VI, 18, 10.
- Salsamentum. mali succi II, 21. calefacit II, 27. alvum movet II, 29. minime intus vitiat II, 28. cibus a salsamentis melius incipit I, 2 (15, 15). edenda sunt salsamenta IV, 16. salsamenta semper aliena sunt VII, 27 (315, 9).
- Sampsuehna egyptius (*Origanum majorana*). discutit V, 11.
- Sandaraeha. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8.
- Sanguis. V, 26, 20. II, 10 (54, 35). sanguis liquidus et mali odoris VI, 4.
- Sanies. V, 26, 20 *et passim*.
- Satureia (*S. hortensis*?). mali succi II, 21. aliena stomacho II, 25. urinam movet II, 31. sensus excitat II, 32.
- Seabies. V, 28, 16.
- Seabo. II, 7 (41, 13).
- Scalpellus. II, 11; II, 10 (54, 25 et 30).
- Scalper. VIII, 3 (331, 18); VIII, 4 (336, 5).
- Seammonia (*Convolvulus s.*). rodit V, 6.
- Seamnum. VIII, 20.
- Seapulae. VIII, 1 (326, 30).
- Seilla (*S. maritima*). cocta V, 28, 12. contrita III, 27, 1.
- Seobs eboris. V, 5; VIII, 2.
- Seorpio. V, 27, 6.
- Scripulum. V, 17, 1.
- Serotum. VII, 19 (298, 4 *et passim*); VII, 21, 2; *ib.* 22 et 23.
- Seutulium. VIII, 1 (326, 21).

- Semen. IV, 28; VIII, 13.  
 Sepiarum atramentum. II, 29.  
 Septenarius dies. III, 4 (81, 5).  
 Septum. IV, 1 (121, 8); VIII, 4 (336, 16).  
 Serpens. V, 27, 10.  
 Serpentina ulcera oris. II, 1 (30, 25).  
 Serpyllum (*Thymus s.*). reprimet et refrigerat II, 33. urinam movet IV, 16.  
 Serrula. VII, 33.  
 Sertula campana (*Melilotus neapolitana?*). discutit V, 11. mollit V, 15. sertulae campanae semen VI, 5.  
 Serum. II, 12, 1.  
 Sesamum (*S. orientale*). mollit V, 15. sesami fricti acetabulum V, 18, 27.  
 Secuncia. V, 18, 28.  
 Sesquicyathus. VI, 7, 2.  
 Sevum. concoquit et movet pus V, 3. purgat V, 5. mollit V, 15. sevim bubulum V, 18, 12. caprinum III, 22 (112, 19). hircinum IV, 16. vitulinum aut caprinum V, 18. taurinum — vitulinum V, 19, 11.  
 Sextans. V, 17, 1.  
 Sextarius. V, 28, 18 *et passim*.  
 Signa bona et mala II, *prooem.*; 1—6; VII, 3.  
 Silis *secundo casu* V, 23, 1.  
 Sinapi (*S. alba et nigra*). mali succi est II, 22. urinam movet II, 31. erodit II, 33 (73, 3).  
 Siser (*Sium sisarum*). mali succi est II, 21. stomacho aptum est II, 24. urinam movet II, 31. reprimet et refrigerat II, 33.  
 Solanum (*S. nigrum*). reprimet et refrigerat II, 33; V, 26, 33. solani folia *ibid.*  
 Solaris herba (*Heliotropium villosum*). V, 27, 5.  
 Somnus. II, 32; I, 3 (18, 17); II, 4 (34, 31) *et passim*.  
 Sorbitio lenis est II, 22. stomacho aliena II, 25.  
 Sorbum. stomacho aptum est II, 24. alvum adstringit II, 30.  
 Sory. VI, 9.  
 Spatha. VIII, 15 (356, 10).  
 Speillum. VIII, 2 (329, 32); VIII, 4 (333, 24). aversum VII, 7, 6.  
 Spina. constat vertebrae quatuor et viginti VIII, 1 (325, 15). ima spina in coxarum osse desidit VIII, 1 (328, 4).  
 Spiritus. in venas I, *prooem.* (3, 22); III, 27, 1; II, 11. spiritus facilis II, 3 (32, 29). aequalis III, 20 (105, 2). frigidus II, 6 (36, 33). gravis II, 2 (32, 11). rarus V, 26, 18. spiritus difficultas IV, 14 (139, 29). spiritus alvi II, 7 (40, 36); II, 8 (46, 11).  
 Spodium. exedit V, 7. clotum VI, 6, 12.  
 Spuma. ex ore spuma III, 23. spuma argenti purgat V, 5. exedit V, 7. discutit V, 11. cocta et elota VI, 6, 16. spuma lycii VI, 7, 1 (240, 1). spuma nitri rodit V, 6.  
 Sputum. II, 8 (44, 26 sqq.); II, 8 (47, 25); *ibid.* (45, 11); *ibid.* (48, 10).  
 Squama et ferri et aeris sanguinem supprimit V, 1. squama acris purgat V, 5. rodit V, 6. exedit V, 7. adurit V, 8. *squama ossis* VII, 7, 7. *ibid.* 15.  
 Squamula. V, 28, 17.  
 Stercus. II, 12, 2; IV, 20; IV, 22; V, 27, 8; V, 5; V, 8; V, 12; VI, 18, 5.  
 Sternumentum. II, 3; II, 8 (47, 33); V, 22, 8.  
 Stibi. mollit V, 15. stibis cocti VI, 6, 12. stibis combusti et eloti VI, 6, 13.  
 Stoechas (*Lavandula s.*). VIII, 9, 1 (343, 19).



- Stomachus. IV, 1 (120, 14); *ibid.* (121, 24); IV, 12 (135, 25); *ibid.* (136, 36, 37); I, 8; IV, 12 (136, 15); *ibid.* (137, 19); IV, 13.
- Strigilis. VI, 7, 1 (239, 35).
- Strigmentum. VI, 6, 39.
- Struma. V, 28, 7.
- Struthium (*Saponaria officinalis?*). struthium album VI, 5.
- Styrax (succus *S. officin.*) concoquit et movet pus V, 3. purgat V, 5. rodit V, 6. discutit V, 11. mollit V, 15.
- Sudatio. III, 21 (107, 2); III, 27, 3.
- Sudo. I, 3 (16, 26); II, 4 (34, 18).
- Sudor. II, 17 *et passim.*
- Suffusio. VI, 6, 35 et 39; VII, 7, 13; VII, 7, 14.
- Sulphur: concoquit et movet pus V, 3. aperit V, 4. purgat V, 5. exedit V, 6. mollit V, 15. sulphur ἄπυρον V, 18, 13.
- Sura. VIII, 1 (328, 28).
- Surditas. II, 8 (47, 16); VI, 7, 7.
- Suspendium. II, 8 (51, 14).
- Sutura. V, 26, 23 *et passim.* suturae calvariae, v. Calvaria VIII, 1 (323, 15).
- Sycaminum (*Ficus sycomorus*). III, 18 (100, 26).
- T.**
- Tabes. III, 22 (109, 34) *et passim.*
- Talus. VIII, 1 (328, 30, 35); VIII, 22; VIII, 23.
- Tamarix (*T. gallica, germanica, africana*). II, 33 (73, 20).
- Tempestas. II, 1 (28, 1 sqq. et 29, 16 sqq.).
- Tempora. pars capitis VIII, 1 (324, 2); VI, 6, 1; VI, 6, 16; VII, 7, 15.
- Tepidarium. I, 3 (16, 26).
- Terebra. VIII, 3 (330, 30); VII, 5, 4.
- Terram cadere II, 7 (39, 13). terra cretria mollit V, 15.
- Testa. III, 12; VI, 13; VII, 12, 1.
- Testiculus. VII, 18.
- Thapsia (*T. gerganica*). VI, 4.
- Thlapsi (*Capsella bursa pastoris*). V, 23, 3.
- Thorax. IV, 5 (127, 6); III, 19 (103, 6).
- Thymum (*Satureia capitata*). mali succi II, 21. alicnum stomacho II, 25. urinam movet II, 31. sensus excitat II, 32.
- Tibia. (328, 31.)
- Tonsillae. VI, 10; VII, 12, 2.
- Tormina. IV, 22 *et passim.*
- Torpor. III, 20 (105, 18).
- Torus. VII, 18 (297, 20).
- Tragacantha, *et* tragacanthum (*Astragalus aristatus*). glutinat vulnus V, 2. laevat id quod exasperatum est V, 13. nuces graecae cum tragacantho contritae IV, 9.
- Tragoriganus (*Thymus graveolens*) *et* tragoriganum. discutit V, 11. urinam movet II, 31.
- Tragum. boni succi est II, 20.
- Transfusio. I, prooem. (10, 31).
- Transfusus. transfuso in arterias sanguine I, prooem. (10, 27).
- Trifolium (*Psoralea bituminosa?*). tr. semen IV, 16.
- Triticum. firminus quam milium II, 18 (64, 35). boni succi II, 20.
- Trixago (*Teucrium flavum*). IV, 13 (138, 30).
- Tuber. V, 18, 17.
- Tuberculum. V, 18, 16; VI, 18, 2 (256, 6); IV, 11 (133, 32); VIII, 1 (325, 35).
- Tunica. VII, 2 (264, 24); VII, 6.
- Tus. sanguinem supprimit V, 1. glutinat vulnus V, 2. purgat V, 5. adurit V, 8. turis et fuligo *et* cortex concoquunt *et* movent pus V, 3. rodit V, 6. tus masculum V, 18, 7.
- Tussicula. IV, 5; III, 22 (112, 2).
- Tussis. IV, 10 *et passim.*

## V.

- Variacula. V, 26, 32.  
 Varix. II, 8 (46, 25); VII, 31.  
 Vatius. VIII, 20.  
 Varus. VI, 5.  
 Vena. VII, 7, 15 (282, 29); II, 10 (53, 2); I, *prooem.* (4, 13); II, 2 (32, 11); III, 6 (85, 29); II, 10 (54, 29); VII, 18 (295, 16); V, 26, 2.  
 Venenum. V, 27, 3.  
 Venter. summus venter IV, 20. venter imus VII, 26, 5 (313, 19). II, 8 (45, 30); II, 1 (31, 17); II, 8 (47, 14).  
 Ventriculus. V, 28, 8.  
 Venus. I, 3 (21, 12, 16); III, 27, 3; III, 23 *et passim.*  
 Ver saluberrimum est II, 1 (27, 21) *et passim.*  
 Veratrum (*V. nigrum* = *helleborus orientalis*; *v. album* = *v. album*). II, 12, 1; III, 18 (101, 36); IV, 15.  
 Verbena (*V. officinalis*). reprimit et refrigerat II, 33.  
 Vermis. *in auribus* VI, 7, 5.  
 Verruea. II, 1 (30, 34); V, 28, 14.  
 Vertebra. VIII, 1 (325, 15 sqq.); VIII, 14.  
 Vertex. VII, 7, 15 (282, 16); VIII, 1 (324, 36).  
 Vesica. IV, 1 (122, 20); V, 26, 19; VII, 7, 1; II, 7 (49, 27).  
 Vettonica (*Bet. officinalis*), *v. Bettonica*.  
 Vinum. II, 18 (66, 12); *ibid.* (66, 18); II, 26. modice vetus VI, 6, 8. non pervetus V, 26, 30. dilutum, lene I, 4. integrum, austerum III, 24. firminus II, 17 (62, 22). austerum I, 6; III, 19 (103, 26); IV, 17, 2. vinum calidum *et vini varia genera* IV, 12 (137, 13sqq.). resinatum III, 24. meracum IV, 26 (151, 34). dulcec, vel lene II, 20. leve, austerum III, 22 (112, 21). leve, subausterum VI, 6, 8 (229, 21). tenue, odoratum IV, 18 (141, 18). austerum, sed quam tenuissimum III, 21 (107, 21). purum — dilutum VI, 11. merum IV, 11. mixtum VI, 9 (246, 8); IV, 26 (151, 26). salsum I, 6 (134, 27); III, 24. graecum salsum III, 24. amineum austerum IV, 5 (126, 32). dulcec, cett. IV, 12 (136, 25). rhetieum, vel allobrogieum IV, 12 (137, 13). resina conditum *ibid.* l. 15.  
 Viola. alba viola (*Matthiola incana*) diseutit V, 11. flos aperit V, 4. viola purpurea (*v. odorata?*) diseutit V, 11.  
 Virus. V, 27, 1; *ibid.* 2.  
 Viseum (*Viscum album*). V, 28, 11 (212, 13).  
 Viscus. I, *prooem.* (5, 7); II, 8 (45, 28); II, 10 (53, 3).  
 Vitellus. V, 5; VI, 6, 9; V, 22, 6.  
 Vitis (*V. vinifera*). folia vitis III, 7, 2. vitis alba (*Bryonia alba; dioica?*) glutinat vulnus V, 2.  
 Ulcus. VI, 7, 2; VI, 11; VI, 12; VI, 13; V, 25, 11; V, 28, 6; V, 28, 2; VII, 4, 1; V, 26, 33; V, 26, 28; V, 26, 32; VI, 18, 2 (255, 25); VI, 6, 18; II, 6 (36, 30); II, 2 (32, 1).  
 Ulcusculum. V, 28, 15 (218, 16).  
 Umbilicus. II, 1 (30, 26); II, 3 (32, 30); II, 4 (34, 8); VI, 17; VII, 14; VII, 29 (318, 32).  
 Unctio. I, 2 (15, 8); I, 3 (20, 9); I, 3 (20, 19); IV, 15; II, 14 (59, 16) *et passim.*  
 Uneus. VII, 26, 2 (309, 27).  
 Unguentum. III, 18 (100, 22); V, 21, 1.  
 Unguis. VIII, 1 (327, 38); VI, 19; II, 7 (44, 9). *morbus oculorum* VII, 7, 4.

- Vomica. III, 27, 4; IV, 15; II, 7 (43, 38 sqq.); II, 8 (44, 33).
- Vomitus. I, 3 (18, 38sqq.) *et passim*.
- Urina. non concocta II, 7 (39, 10). arenosa II, 7 (41, 5). destillat *ibid.* (41, 4). cruenta V, 26, 11. biliosa IV, 5 (126, 12). purulenta II, 8 (44, 24). turbida IV, 5 (126, 15). viridis II, 7 (40, 24). urina varians II, 5 (35, 28). in urina subsidentia II, 3 (33, 9). mala et pessima urina II, 4 (34, 37 et 38); II, 6 (37, 32sqq.); IV, 27, 2.
- Urtica (*U. dioica; urens*). boni succi II, 20. alyum movet II, 29. urticae contrita semina III, 27, 2.
- Uterus. IV, 1 (121, 8); III, 21 (106, 2); VII, 21 et 32; VII, 28; VII, 17; II, 10 (52, 5).
- Uva. II, 18 (65, 8); II, 24; II, 29; VI, 7, 7.
- Uva taminia (*Delphinium staphysagria*). urinam movet III, 21 (107, 13). aperit V, 4. purgat V, 5. rodit V, 6. adurit V, 8. discutit V, 11. uva taminia sine seminibus VI, 9 (246, 23).
- Uva. oculi VII, 14.
- Uva. palati VI, 8, 2; VI, 14; VII, 12, 3.
- Vulnus. V, 26 *et passim*.
- Vulsella VI, 18, 3; VIII, 5 (339, 2).
- Vulva. IV, 1 (122, 29); VII, 29 (317, 4); IV, 27, 1; II, 7 (40, 21); V, 21, 2; V, 21, 4; V, 25, 5; II, 24.

X.

Xylobalsamum. V, 18, 7.

Z.

Zingiber (*Amomum z.*). V, 23, 3.

# INDEX VOCABULORUM GRAECORUM

IN MEA EDITIONE LITERIS GRAECIS EXARATORVM \*).

- ἀγκτήρ p. 191, 24.  
 ἀγκύλη 171, 12.  
 ἀγκυλοβλέφαρον\*275,  
 24.  
 ἀγκρία 219, 15; 220, 27.  
 ἀθερώματα \*271, 33.  
 αἰγίλωψ 276, 7.  
 αἰμοῤῥοῖδες 31, 10;  
 259, 10.  
 ἀκροχορδών 30, 34;  
 \*216, 35.  
 ἀλφός 221, 5.  
 ἀλωπενία 223, 32.  
 ἀναστόμωσις 130, 7.  
 ἀναστομωτικά 170, 29.  
 ἀνθηρά 249, 4; 250,  
 22; \*252, 6; \*255,  
 12.  
 ἀντιάδες 288, 16.  
 ἀνώδυνα 183, 4; 227,  
 27.  
 ἀποπληξία 117, 6, 15.  
 ἀπόστημα 28, 29.  
 ἀπυρος 169, 11.  
 ἀραγοειδής 279, 34.  
 ἀρσενικόν 162, 7.  
 ἀσθμα 130, 33.  
 ἀσιτίτης 106, 5.  
 Ἀσιληπιός \*234, 28;  
 \*237, 4.  
 ἀστήρ 231, 30.  
 ἀτροφία 110, 3.  
 ἀυτόπυρος 65, 1.  
 ἄφθαι 30, 25; 249, 14.  
 ἀχάριστον 228, 25.  
 βάλανος μυρσεψική  
 167, 22.  
 βασιλικόν 172, 36;  
 236, 23.  
 βουβονοκλή 297, 30.  
 βρογχοκλή 289, 27.  
 γάγγλιον 271, 32.  
 γάγγραινα 196, 35.  
 δαρτόν 295, 20.  
 διάβρωσις 134, 7.  
 διὰ δαφνίδων 174, 18.  
 διαιτητική 2, 22.  
 διὰ λιβάνου 231, 38.  
 διὰ κέρατος 233, 12.  
 διὰ κρόκου 237, 6.  
 διάφραγμα 7, 34.  
 Διοκλείος κυαθίσκος  
 \*270, 25.  
 δυσεντερία 147, 28.  
 δύσπνοια 130, 32.  
 ἐγκανθίς 275, 12.  
 ἐγχριστα 182, 22.  
 εἰλεός 29, 5; 146, 7, 8.  
 ἐλικρινές 33, 7.  
 ἐκτρόπιον 278, 30.  
 ἐλαιώδης 189, 17, 22;  
 190, 9.  
 ἐλυτροειδής \*295, 18.  
 ἐμπειρικοί \*2, 22; \*5,  
 18; 160, 5.  
 ἐμπροσθότονος 128, 3.  
 ἐναιμα 172, 17.  
 ἐνναφάρμακον 173,  
 32.  
 ἐντεροκλή 295, 37.  
 ἐξάνθημα 218, 6.  
 ἐπινυκτίς 218, 20.  
 ἐπιπλοκή 295, 37.  
 ἐπισπαστικά 167, 2;  
 174, 17.  
 ἐρυσίπελας 196, 28;  
 197, 23.  
 εὔχχυμος 67, 4.  
 εὐώδης 182, 17.  
 ζύγωμα 324, 30.  
 ἥπατικός 40, 32.  
 ἠλιοτρόπιον 203, 10.  
 θηριώμα 207, 24; 208,  
 8.  
 θυμίον 217, 5.  
 ἰχώρ 189, 16, 18, 35.  
 κακόχχυμος 67, 4.  
 καρδιακός 102, 35.  
 καρκινώδη 169, 28;  
 \*170, 18; 245, 24.

\*) Asterisco notavi vocabula quae in tribus antiquioribus codd., vel saltem in Med. I et Vat. VIII, literis latinis exarata sunt. — Vide in praefatione quae de hac re scripsi.

- κερωτίδες 120, 11.  
 κατασταγμός 126, 18.  
 κανσώδης 47, 12.  
 καχεξία 31, 14; 110, 7.  
 κεραιοειδής 279, 24.  
 κερκίς 327, 12.  
 κεφαλαία 123, 11; 173, 15.  
 κηρίον 216, 9.  
 κισσοκήλη 297, 9.  
 κοιλική 145, 6.  
 κολικός 147, 8.  
 κόλον 57, 4.  
 κονδύλωμα 206, 27; 319, 25.  
 κορούζα 126, 16.  
 κρεμαστήρες 295, 15.  
 κριθή 273, 18.  
 κρισίμοι 80, 26.  
 κρυσταλλοειδής 280, 3.  
 κυνάγχη 129, 24.  
 κυνικός σπασμός 125, 4.  
 κύπειρος 107, 16.  
 κωακόν 172, 28.  
 λαγώφθαλμος 278, 14.  
 λειυτερία 29, 6.  
 λεπίς χαλκοῦ 56, 19.  
 λεύκη 221, 10.  
 λευκοφλεγματία 106, 4; 108, 9.  
 λήθαργος 104, 18.  
 λημνίσκος 316, 20.  
 λιθοτόμος 311, 27.  
 λιπαραί 176, 18.  
 μέθοδος 10, 7.  
 μελαγχολία 28, 30.  
 μέλας 221, 18.  
 μελίκηρα (μελιτηρά) 189, 16.  
 μελιτηρίδες 169, 33; 271, 32.  
 μειμιγμένος 233, 14, 26, 27.  
 μνηγοφύλαξ 332, 9.  
 μυδρίασις 238, 1.  
 μυρμήκιον 217, 14.  
 νόθαι 326, 16.  
 ξηροφθαλμία 235, 38.  
 ὀβολός 166, 4.  
 ὄξινα 244, 26; 286, 19.  
 ὄξη 93, 14.  
 ὀπισθότονος 128, 2.  
 ὀρθόπνοια 130, 35.  
 ὄσχεον 295, 26.  
 οὐρητήρες 122, 19.  
 ὀφίασις \*224, 2.  
 παράλυσις 29, 32; 117, 15, 16; 237, 30.  
 παρασυνάγχη 129, 27.  
 παρουλίσ \*250, 15; \*251, 15.  
 παρωτίδες 169, 32.  
 πεπλυμένος 166, 36.  
 περδίκιον 73, 7.  
 περιπνευμονικός 139, 26.  
 περιτόναιον 123, 1.  
 πεσσός 178, 11.  
 πλευριτικός 138, 10.  
 πρόπτωσης 230, 13.  
 πολύγονον 73, 9.  
 πτερύγιον 260, 21; 273, 35.  
 πυλωρός 121, 34.  
 ραγάδια 257, 38.  
 ράπτουσα 173, 11; 192, 23.  
 ῥήξις 134, 7.  
 ῥιζάγρα \*288, 14.  
 ῥινίον \*236, 11, \*18.  
 ῥυάς 274, 24; 309, 17.  
 ῥυπώδης 174, 34; 192, 31.  
 σαρκοκήλη 297, 25.  
 σαρκοφάγος 158, 15.  
 σηπτά 175, 14.  
 σκωρία μολύβδου 165, 8.  
 σμιλίον \*233, 28; \*231, 32; 235, 34.  
 σπασμός 29, 26.  
 στακτή 181, 23; 240, 32.  
 σταφίς ἀγρία 107, 14.  
 σταφύλωμα 279, 3.  
 στεατώματα 271, 34.  
 στόμωμα 228, 14.  
 στραγγουρία 29, 4.  
 στρόφοι 39, 29.  
 στρώχρον 83, 11.  
 σύκωσις 223, 13.  
 συνάγχη 129, 22.  
 σφαγιτίδες 120, 10.  
 σφαιρίον 233, 37; \*234, 13, 14, 27; \*235, 10, 35.  
 σφραγίς 177, 15.  
 σχιστός 161, 22.  
 σχοίνος 107, 16.  
 τεινεσμός 150, 19.  
 τένοντες 325, 33.  
 τέτανος 29, 27; 128, 3.  
 τετραφάρμακον \*150, 28; 173, 29; 255, 30.  
 τεφρίον 228, 34.  
 τιθύμαλλος 163, 8.  
 τομείς \*325, 5.  
 τροχίσκος 166, 7.  
 τρυγών 247, 11.  
 τυμπανίτης 106, 3.  
 ύλοειδής 279, 35.  
 ύδροκέφαλος 123, 25.  
 ύδροκήλη 296, 27.  
 ύδροφόβος (ύδροφοβία) 201, 15.  
 ύδρωψ 105, 29.  
 ύπό σάρκα 106, 4.  
 ύπόχυσις 237, 23.  
 χαλάζια 273, 28.  
 χάλκανθος 161, 7.  
 χειρουργική 2, 23.  
 Χείρων 233, 32.  
 χοινικίς 330, 26.  
 χολέρα 143, 32.  
 χόρδαφος 146, 7.  
 χοριοειδής 279, 28.  
 φαγέδαινα 207, 32; 208, 7; 256, 35.



φαρμακευτική 2, 23.	φλεγμονή 3, 25.	φύγεθλον 170, 1; 211, 22.
φθίσις 29, 3; 110, 18.	φλυζάκιον 218, 13.	φῦμα 256, 6.
φθειρίασις 232, 15.	φλύκταινα 218, 11.	ώμοπλάται 112, 27; 326, 21.
φιλαλήθης 234, 13.	φρενίτις 30, 6; 98, 13.	
φίμωσις 306, 1.		

## INDEX

## LOCORUM HIPPOCRATIS ET CELSI

## INTER SE COMPARATORUM\*).

Aer, aq. et loc. 1 = p. 71, l. 14.	Aph. II. 24 = * p. 81, l. 7 (post <i>undecimo</i> ); p. 81, l. 11.
3 = p. 218, l. 21.	
9 = p. 41, l. 15.	
De Affect. 23, 24 = p. 149, l. 26.	— — 25 = p. 46, l. 35; p. 51, l. 8.
Aph. I. 3 = p. 31, l. 32.	— — 26 = p. 194, l. 1.
— — 6 = p. 56, l. 13.	— — 28 = p. 35, l. 28.
— — 7 = p. 87, l. 22.	— — 32 = * p. 33, l. 4 (post <i>orta</i> ).
— — 9 = * p. 80, l. 7 (post <i>subveniet</i> ); p. 84, l. 8.	— — 35 = p. 32, l. 30; p. 34, l. 8.
— — 11 = p. 84, l. 8.	— — 36—37 = p. 58, l. 20.
— — 13 = p. 12, l. 22; p. 20, l. 33.	— — 42 = p. 51, l. 2; p. 117, l. 21.
— — 14 = p. 20, l. 35.	— — 43 = p. 51, l. 15; * p. 93, l. 22 (post <i>admit-</i> <i>tunt</i> ).
— — 15 = p. 21, l. 6.	— — 44 = p. 31, l. 21.
— — 16 = p. 86, l. 36.	— — 45 = p. 46, l. 16.
— — 22 = p. 78, l. 30.	— — 49 = p. 16, l. 13.
Aph. II. 1 = p. 37, l. 19.	— — 50 = p. 16, l. 11.
— — 3 = p. 34, l. 1.	— — 52 = * p. 33, l. 4 (post <i>orta</i> ).
— — 4 = p. 16, l. 6.	— — 53 = p. 21, l. 4.
— — 6 = p. 42, l. 2.	— — 54 = p. 28, l. 36.
— — 11 = p. 15, l. 15.	Aph. III. 1 et 8 = p. 28, l. 2.
— — 13 = p. 83, l. 9.	
— — 16 = p. 15, l. 31.	
— — 19 = p. 38, l. 31.	
— — 20 = p. 21, l. 2.	
— — 23 = p. 80, l. 31.	

\* ) Loca asterisco notata ea sunt quae iterata me docuit Celsi recensio, ipso textu jam typis exarato, peracta.

- Aph. III. 4 = p. 21, l. 23.  
 — — 5 = p. 29, l. 21.  
 — — 6 = p. 30, l. 9.  
 — — 7 = p. 29, l. 29.  
 — — 8 = p. 28, l. 18.  
 — — 9 = p. 28, l. 3.  
 — — 10 = p. 48, l. 18.  
 — — 11 = p. 29, l. 37.  
 — — 12 = p. 30, l. 4.  
 — — 13 = p. 30, l. 12.  
 — — 14 = p. 30, l. 18.  
 — — 15 = \* p. 28, l. 9 (post  
     *dies*).  
 — — 16 = p. 29, l. 30.  
 — — 17 = p. 29, l. 21.  
 — — 18 = p. 30, l. 23.  
 — — 19 = p. 27, l. 16.  
 — — 20 = p. 28, l. 34.  
 — — 21 = p. 29, l. 1.  
 — — 22 = p. 29, l. 7.  
 — — 22—23 = p. 37, l. 22.  
 — — 23 = p. 29, l. 14.  
 — — 24 = p. 30, l. 27.  
 — — 25 = p. 30, l. 31.  
 — — 26 = p. 30, l. 35.  
 — — 27 = p. 30, l. 37.  
 — — 28 = p. 31, l. 4.  
 — — 29 = p. 31, l. 8.  
 — — 30 = p. 31, l. 17.  
 Aph. IV. 4 = p. 18, l. 38.  
 — — 11 = \* p. 39, l. 30 (post  
     *soluntur*).  
 — — 13 = p. 58, l. 18.  
 — — 16 = p. 37, l. 14.  
 — — 17 = p. 19, l. 9.  
 — — 21 = p. 51, l. 17.  
 — — 24 = p. 49, l. 27.  
 — — 26 = p. 147, l. 32.  
 — — 28 = p. 47, l. 16.  
 — — 29 = p. 31, l. 4.  
 — — 31 = p. 43, l. 28.  
 — — 34 = p. 37, l. 5.  
 — — 35 = p. 37, l. 8.  
 — — 40 = p. 35, l. 25.  
 — — 43 = \* p. 33, l. 7 (post  
     *quievit*); p. 34, l. 23.  
 — — 44 = p. 42, l. 34.  
 Aph. IV. 48 = p. 37, l. 11; p. 60,  
     l. 20.  
 — — 49 = p. 36, l. 24.  
 — — 50 = p. 37, l. 12.  
 — — 51 = p. 35, l. 26.  
 — — 52 = p. 34, l. 6.  
 — — 53 = p. 34, l. 7.  
 — — 54 = p. 90, l. 2.  
 — — 55 = p. 82, l. 18.  
 — — 56 = p. 35, l. 23.  
 — — 59 = p. 47, l. 4.  
 — — 58 = p. 47, l. 12.  
 — — 60 = p. 47, l. 15.  
 — — 61 = p. 80, l. 27.  
 — — 62 = p. 115, l. 13.  
 — — 64 = p. 115, l. 14.  
 — — 67 = \* p. 34, l. 32 (post  
     *morbi est*).  
 — — 68 = p. 42, l. 35.  
 — — 72 = p. 35, l. 3.  
 — — 73 = p. 33, l. 23.  
 — — 75—76 = p. 40, l. 27.  
 — — 79 = \* p. 40, l. 28; p. 41,  
     l. 5.  
 — — 80—81 = p. 40, l. 28.  
 — — 82 = p. 47, l. 19.  
 Aph. V. 1 = p. 37, l. 14.  
 — — 3 = p. 51, l. 10.  
 — — 4 = p. 51, l. 12.  
 — — 5 = p. 37, l. 17.  
 — — 6 = p. 128, l. 6.  
 — — 7 = p. 46, l. 4; p. 113,  
     l. 21.  
 — — 9 = p. 111, l. 24.  
 — — 10 = p. 42, l. 38.  
 — — 11 = p. 110, l. 23.  
 — — 12 = p. 48, l. 13.  
 — — 13 = p. 41, l. 17.  
 — — 14 = p. 113, l. 5.  
 — — 15 = p. 41, l. 31; p. 44,  
     l. 33.  
 — — 16 = p. 26, l. 2.  
 — — 17 = p. 29, l. 28.  
 — — 18 et 20 = p. 25, l. 22.  
 — — 22 = p. 25, l. 30.  
 — — 25 = p. 25, l. 28.  
 — — 26 = p. 67, l. 30.

Aph. V. 30 = p. 37, l. 18; p. 52, l. 10.	Aph.VII. 9 = p. 51, l. 10.
— — 32 = p. 46, l. 32.	— — 10 = * p. 50, l. 4 (post <i>mala sunt</i> ).
— — 34 = p. 41, l. 18; p. 49, l. 6.	— — 11 = p. 43, l. 4.
— — 37 = p. 51, l. 5.	— — 12 = p. 43, l. 5.
— — 39 = p. 51, l. 6.	— — 13 = p. 43, l. 6.
— — 40 = p. 42, l. 32; p. 239, l. 16.	— — 14 = p. 43, l. 7.
— — 50 = p. 154, l. 5.	— — 15 = p. 134, l. 9.
— — 52 = p. 41, l. 20.	— — 16 = p. 48, l. 20.
— — 55 = p. 50, l. 12.	— — 17 = p. 41, l. 22.
— — 57 = p. 40, l. 3.	— — 18 = p. 43, l. 8.
— — 64 = p. 112, l. 9.	— — 21 = p. 43, l. 9.
— — 65 = p. 41, l. 26.	— — 23 = p. 43, l. 1.
— — 66 = p. 193, l. 31.	— — 26 = p. 51, l. 13.
Aph. VI. 8 = p. 106, l. 7.	— — 34 = p. 40, l. 28.
— — 12 = p. 41, l. 29.	— — 42 = p. 47, l. 2.
— — 13 = p. 46, l. 30.	— — 44 = p. 266, l. 8.
— — 15 = p. 46, l. 31.	— — 45 = p. 44, l. 35.
— — 16 = p. 47, l. 34.	— — 47 = p. 48, l. 34; p. 130, l. 15.
— — 17 = p. 46, l. 24.	— — 70 = p. 102, l. 7.
— — 18 = p. 186, l. 31.	— — 80—81 = p. 43, l. 2.
— — 19 = p. 186, l. 35.	— — 82 = p. 134, l. 10.
— — 20 = p. 42, l. 3.	De Arte 13 = p. 186, l. 7.
— — 21 = p. 46, l. 26.	— Articul. 6—7 = p. 356, l. 22.
— — 23 = p. 186, l. 21.	— — 14 = p. 356, l. 32; p. 341, l. 17; p. 348, l. 3.
— — 27 = p. 49, l. 6.	— — 15 = p. 341, l. 15.
— — 28, 29, 30 = p. 157, l. 2.	— — 17 = p. 357, l. 8.
— — 31 = p. 226, l. 8.	— — 26 = p. 358, l. 3.
— — 35 = p. 48, l. 33.	— — 29—30 = p. 358, l. 29.
— — 37 = p. 130, l. 15.	— — 30 = p. 353, l. 25.
— — 40 = p. 47, l. 2.	— — 32 = p. 340, l. 21.
— — 42 = p. 50, l. 5.	— — 33 = p. 340, l. 33.
— — 43 = p. 50, l. 8.	— — 36 = p. 338, l. 14.
— — 42 = p. 47, l. 6; p. 50, l. 10.	— — 38 = p. 338, l. 20.
— — 48 = p. 46, l. 47.	— — 39 = p. 339, l. 10.
— — 50 = p. 188, l. 18; * p. 333, l. 6 (post <i>vo-</i> <i>muerit</i> ).	— — 40 = p. 339, l. 15.
— — 51 = p. 48, l. 27.	— — 47 = p. 355, l. 3.
— — 52 = p. 36, l. 20.	— — 49 = p. 343, l. 5.
— — 55 = p. 157, l. 13.	— — 50 = p. 344, l. 19.
Aph.VII. 1 = p. 34, l. 15.	— — 67 = p. 81, l. 14.
— — 3 = p. 34, l. 17.	— — 67 (cf. 63—66) = p. 362, l. 11.
— — 4 = p. 34, l. 17.	Coac. 13 = p. 37, l. 11.
CELSUS.	— 51 = p. 42, l. 15.

- Coac. 72 = p. 36, l. 24.  
 — 113 = p. 60, l. 20.  
 — 115 = p. 42, l. 34.  
 — 118 = p. 115, l. 14.  
 — 129 = p. 46, l. 36.  
 — 132 = p. 57, l. 13.  
 — 142 = p. 80, l. 27.  
 — 207 = p. 47, l. 15.  
 — 220 = p. 46, l. 25.  
 — 271 = p. 37, l. 6.  
 — 272 = p. 37, l. 8.  
 — 285 = p. 33, l. 23.  
 — 332 = p. 51, l. 10.  
 — 350 = p. 194, l. 1.  
 — 361 = p. 42, l. 38.  
 — 391 = p. 43, l. 4.  
 — 396 = p. 43, l. 38.  
 — 398 = p. 41, l. 31; p. 44, l. 33.  
 — 426 = p. 110, l. 23.  
 — 428 = p. 48, l. 14.  
 — 431 = p. 111, l. 24.  
 — 442 = p. 47, l. 37.  
 — 446 = p. 47, l. 4.  
 — 457 = p. 50, l. 9.  
 — 463 = p. 47, l. 19.  
 — 465 = p. 47, l. 6; p. 50, l. 10.  
 — 490 = p. 188, l. 18.  
 — 494 = p. 186, l. 36.  
 — 495 = p. 41, l. 17.  
 — 497 = p. 33, l. 34.  
 — 499 = p. 186, l. 21.  
 — 562 = p. 35, l. 23.  
 — 568 = p. 35, l. 3.  
 — 596 = p. 51, l. 17.  
 — 617 = p. 47, l. 16.
- De Corde = p. 128, l. 13.  
 — Diaeta salubri 1 = p. 21, l. 8.  
 — — — 4 = p. 18, l. 18.  
 — — — 5 = p. 19, l. 35.  
 — — — 6 = \*p. 20, l. 37 (post *movent*).
- Epid. I, 3, 10 = p. 11, l. 18.  
 — — 12 = p. 80, l. 32.  
 — II, 1, 5 = p. 28, l. 18.
- Epid. II, 6, 11 = p. 81, l. 14.  
 — III, 4 = p. 44, l. 19.  
 — V, 27 = p. 333, l. 28.
- De Fistulis 4 = p. 268, l. 25.  
 De Flatibus 1 = p. 51, l. 27.  
 De Humor. 4, 5, 6 = p. 80, l. 32.  
 De Fracturis 4 = p. 345, l. 32; p. 348, l. 15.  
 — — 7 = \*p. 341, l. 4 (post *brachiaque*).  
 — — 8 = \*p. 341, l. 5 (post *humeri*); p. 348, l. 2.  
 — — 31 = p. 81, l. 14.
- Intern. affect. 31 = p. 143, l. 7.  
 De Morbis II, 8 et 25 = p. 117, l. 7.  
 De Officina 17 = p. 59, l. 2.
- Progn. 2 = 36, l. 11, 17, 20; p. 48, l. 29.  
 — 3 = 33, l. 27; p. 36, l. 31; p. 42, l. 23.  
 — 4 = p. 36, l. 36.  
 — 5 = p. 33, l. 2; p. 34, l. 23; p. 35, l. 23.  
 — 7 = p. 32, l. 32; p. 34, l. 11—12; p. 43, l. 22 et 26; p. 45, l. 2, 5, 7.  
 — 8 = p. 39, l. 23 et l. 27.  
 — 9 = p. 32, l. 27; p. 44, l. 19.  
 — 10 = p. 32, l. 28; p. 33, l. 32 et 33.  
 — 11 = p. 33, l. 18, 19 et 23; p. 35, l. 11; p. 38, l. 6.  
 — 12 = p. 35, l. 3 et 31; p. 37, l. 38; p. 43, l. 31.  
 — 12—13 = p. 33, l. 11.  
 — 14 = p. 44, l. 31; p. 47, l. 31.  
 — 15 = p. 37, l. 27; p. 43, l. 33 et 36; p. 44, l. 28; p. 47, l. 27; p. 48, l. 10.  
 — 16 = p. 43, l. 38.  
 — 17 = p. 44, l. 12 et 16; p. 45, l. 9 et 16.  
 — 18 = p. 42, l. 25; p. 45, l. 7.  
 — 19 = p. 37, l. 3; p. 42, l. 1.

- 6; p. 44, l. 25; p. 47, l. 25. *finitur*); p. 50; l. 35.
- Progn. 20 = p. 81, l. 13. Prorrh. II, 40 = p. 46, l. 29; \*p. 50, l. 37 (post *levatur*); \*p. 51, l. 1 (post *aestate*).
- 21 = p. 40, l. 10 et 13. — — 41 = \*p. 50, l. 30 (post *aestate*).
- 22 = p. 42, l. 30. — — 42 = \*p. 39, l. 38 (post *debilitentur*); \*p. 40, l. 6 (post *insudant*).
- 23 = p. 42, l. 38. Vet. medie. 18 = p. 126, l. 16.
- 24 = p. 40, l. 15; p. 43, l. 14. Viet. rat. II, 38 = \*p. 28, l. 14 (post *mutentur*).
- Prorrh. II, 4 = \*p. 39, l. 20 (post *instare*); p. 40, l. 24 et 26. — — — 60 = p. 13, l. 13.
- — 5 = p. 45, l. 37. Viet. rat. in acut. 5 = p. 117, l. 6.
- — 7 = p. 45, l. 16, 20, 25; p. 48, l. 24. — — — — 7 = p. 129, l. 35; p. 140, l. 21; p. 63, l. 34 (post *collocatur*).
- — 8 = p. 46, l. 3. — — — — 9 = p. 16, l. 8.
- — 9 = p. 46, l. 7; p. 49, l. 14. — — — — 12 = p. 17, l. 17.
- — 14 = \*p. 34, l. 34 (post *resolutum*). Vuln. capit. 8 = p. 334, l. 13.
- — 17 = p. 40, l. 19. — — — — 12 = p. 333, l. 28.
- — 18 = p. 225, l. 21. — — — — 13 = p. 335, l. 4.
- — 22 = p. 46, l. 15. — — — — 14 = p. 334, l. 10, \*29 (post *in conspectu sit*).
- — 23 = \*p. 50, l. 3 (post *senili est*).
- — 24 = p. 40, l. 21.
- — 30 = p. 47, l. 11; \*p. 50, l. 25 (post *subsequuntur*).
- — 31 = p. 39, l. 13.
- — 35 = p. 41, l. 35.
- — 36 = p. 42, l. 1.
- — 39 = \*p. 46, l. 24 (post

## INDEX

### AUCTORUM ANTIQUORUM A ME IN TEXTU ALLATORUM.

- Aëtius: p. 108, l. 30; p. 116, l. 5; \*p. 118, l. 3 (post *bubulis*); p. 174, l. 9; p. 190, l. 31.
- Aretaeus: p. 114, l. 37.
- Coel. Aurelianus: p. 101, l. 2; p. 125, l. 4; p. 135, l. 4; p. 141, l. 18; p. 144, l. 23; p. 146, l. 21; p. 105 et 108 (*in notis*).
- Columella: p. 24, l. 2; p. 152, l. 6.



- Dioseorides: p. 118, l. 34; p. 141, l. 19.
- Galenus: p. 167, l. 11; p. 168, l. 2, 19, 33; p. 169, l. 14; p. 170, l. 30; p. 171, l. 28; p. 172, l. 22, 26, 36; p. 173, l. 6, 16, 27, 30, 36; p. 174, l. 4, 17, 34; p. 176, l. 8; p. 177, l. 19, 32, 36; p. 179, l. 5; p. 181, l. 26, 27; p. 184, l. 35; p. 324, l. 3; p. 359, l. 28.
- Horatius: p. 62, l. 2.
- Oribasius: p. 52 (*tit.*); p. 61, l. 12; p. 62, l. 10; p. 66, l. 25; \*p. 69, l. 17 (post *absinthium*); p. 113, l. 9; p. 126, l. 32; p. 284, l. 31; p. 324, l. 3.
- Paulus Aegineta: p. 190, l. 31; p. 219, l. 9; p. 267, l. 5; p. 268, l. 8; p. 270, l. 20; p. 273, l. 9, 29, 35; p. 275, l. 13, 25; p. 276, l. 7, 30; p. 277, l. 7; p. 278, l. 14, 31; p. 279, l. 4; p. 282, l. 13; p. 284, l. 30; p. 286, l. 5; p. 287, l. 26; p. 288, l. 20, 21, 36; p. 289, l. 27; p. 290, l. 15; p. 292, l. 6 (et *not.*); p. 293, l. 4; p. 297, l. 10; p. 303, l. 6; p. 305, l. 4; p. 306, l. 2, 30; p. 297, l. 10; p. 303, l. 6; p. 305, l. 4; p. 306, l. 2, 30; p. 306, l. 23; p. 308 (*not.*); p. 316, l. 9; p. 317, l. 1 p. 319, l. 25; p. 322, l. 1; p. 342, l. 6.
- Plinius: p. 69, l. 10; p. 91 (*in not.*); p. 111 (*id.*); p. 114, l. 37; p. 130, l. 19, 23; p. 152, l. 6; p. 157, l. 29; p. 164, l. 5; p. 168, l. 26; p. 200, l. 22; p. 238, l. 33; p. 284, l. 4.
- Suetonius: p. 91 (*in notis*).
- Varro: p. 164, l. 27.

Subjungere libuit indiculum locorum Celsi ad quae ipse in opere suo remittit lectorem quaeque in ipso textu indicare neglexi.

- p. 14, l. 19: corpus integrum (cf. p. 33, l. 7; p. 83, l. 2).
- p. 17, l. 21: foveat (cf. VI, 6, 15).
- p. 25, l. 9: consuevit (cf. II, 7, p. 39, l. 30; II, 8, p. 45, l. 37; III, 27, 2; IV, 31, *init.*).
- p. 29, l. 5: *ελλέον* (cf. p. 146, l. 6).
- p. 30, l. 15: proposui (p. 29, l. 36—37).
- p. 47, l. 11: febrem ardentem (cf. p. 28, l. 35; p. 89, l. 12).
- p. 60, l. 20: supra posui (cf. II, 6, p. 37, l. 10; Aph. IV, 48 eet.).
- p. 62, l. 19: tenentur (cf. II, 8; III, 2).
- p. 98, l. 4: potest (cf. II, 1; III, 20, 21; IV, 15).
- p. 98, l. 13: *φρενίτιν* (cf. II, 1, p. 30, l. 6).
- p. 108, l. 30: inflatis vesicis (III, 27, 2, p. 118, l. 31).
- p. 115, l. 8: comprehensi sunt (cf. p. 113, l. 33; p. 114, l. 21 sqq.).
- p. 121, l. 31: supra posui (l. 7—8).
- p. 123, l. 29: deberent (cf. I, 2 et 4).
- p. 127, l. 4: supra retuli (cf. p. 126, l. 20 sqq.).
- p. 135, l. 9: adstringunt (cf. II, 30).
- p. 136, l. 22: praecepta sunt (IV, 9).
- p. 145, l. 5: ventriculi porta (cf. p. 121, l. 34).

- p. 156, l. 7: utendum est (cf. II, 17).
- p. 176, l. 18—19: λιπαρός (cf. V, 26, 35; V, 27, 13).
- p. 192, l. 19: proposui (cf. V, 19, 1).
- p. 197, l. 19—20: proposita est (cf. V, 19, 18?).
- p. 211, l. 35: proposui (cf. § 9).
- p. 212, l. 6—7: refrigerant (cf. II, 23, p. 73, 6).
- p. 212, l. 7: proposui (V, 26, 33; cf. V, 28, 4).
- p. 216, l. 25: posui (cf. V, 18, 18).
- p. 221, l. 29: dixi (l. 5) — l. 33 dixi (l. 8).
- p. 250, l. 22—23: dixi (p. 249, l. 4. cf. p. 51, l. 13; p. 255, l. 12).
- p. 264, l. 8—9: exsequutus sum (cf. V, 28, 11 sqq.).
- p. 289, l. 20: oris fiunt (cf. VI, 11).
- p. 289, l. 23: exposita sunt (cf. VII, 8).
- p. 290, l. 35: exposui (V, 28, 2).
- p. 293, l. 7: retuli (V, 26, 2 et 3).
- p. 294, l. 23—24: positum est (VII, 7, 11; VII, 14, p. 291, l. 14).
- p. 294, l. 26: posui (VII, 2, p. 265, l. 25—26).
- p. 300, l. 28: praecipimus (V, 26, 21 sqq.).
- p. 302, l. 26: excidenda est (cf. p. 299, l. 31).
- p. 302, l. 12: posui (VII, 4, 4, cf. 3, 3).
- p. 304, l. 31: docui (cf. capp. 20 et 22).
- p. 325, l. 21: deducuntur (cf. p. 355, l. 1).
- p. 337, l. 13: praecepi (V, 26, 25?).
- p. 360, l. 18: brachio sit (VIII, 15).



## CORRIGENDA.

---

- p. 23, l. 30, lege: id ipsum  
p. 41, l. 9, lege: extendendo dolorem levant  
p. 55, tit., lege: De cucurbitulis  
p. 56, l. 11, lege: cum eo  
p. 62, l. 13, lege (cf. III, 21).  
p. 62, l. 32: vide *Adn. criticam*  
p. 104, l. 35, lege: multo corpus tribus  
p. 109, l. 4—5, lege: superponere; si  
p. 112, l. 38, lege: plantaginem  
p. 125, l. 15, lege: calida marina,  
p. 132, l. 3, lege: ejus est, supervacua  
p. 153, in nota, lege: desunt.  
p. 184, l. 32, lege: z s, loco  $\Xi$   
p. 200, l. 22, lege: Plin. XXII, 73, 1; XXVIII, 8, 1.  
p. 220, l. 35, lege: (18, 18)  
p. 228, l. 9, lege: gummis  
p. 233, l. 11, lege: cornum  
p. 256, l. 28, lege: purae, loco crustac  
p. 260, l. 33, lege: p. )-( II, loco p. )-( XII  
p. 278, l. 31, lege: nominant  
p. 287, l. 17, lege: (*id est*: ὀδοντάγρα). Haec enim explicandi causa  
addidi.  
p. 297, l. 10, lege: (Paul. Aeg. VI, 64, cet.  
p. 308, l. 9, dele: *qui curatur*  
p. 318, l. 7, lege: facile hebeti corpusculo *cum codd.*  
p. 331, l. 23—24: vide *Adn. criticam*  
p. 339, l. 1, lege: διακαύση  
p. 349, l. 33, lege: adjectum sit, deliganda

Ceteris typhothetarum σφάλμασι quae aciem oculorum fugerunt,  
lector benevolens ignoscat et ipse ea corrigat.

---











